IN DIVI PAVLI EPI- ſtolam ad Hebręos enarratio,

à Fratre Nicolao Grandis, ordinis Minorum, necnon ſa- cratiſs. facultatis Pariſienſis theologorum minimo, edita. qua errores, qui inimici hominis arte ſubdola, hac infelici & deflenda tempe- ſtate ſuccreuere, qua poteſt animi manſuetudine refelluntur.



PARISIIS
Apud Poncetum le preux via ad D. Iacobum
M. D. XXXVII.

Cum priuilegio.

Extraict des registres de Parlement.

SVR la Requeste presentee a la chambre ordinaire par le Roy au temps de vacations, par Poncet le preux lung des quatres grandz libraires de Luniuersite de Paris, par laquelle il requeroit luy estre permis imprimer les Commentaires faictz par Frere Nicole Grandis docteur en theologie, religieulx de lordre Sainct Francoys, sur lepistre sainct Paul Ad Hebræos. Et deffences estre faictes a tous libraires imprimeurs tant de ceste ville icy que dailleurs, de ne les imprimer ou faire imprimer ne vendre daultres en quelque sorte que ce soit que de ceulx que ledict le Preux a faict imprimer & fera imprimer iusques a cinq ans, sur peine de confiscation des liures quil auront imprimez. Et quil leur sera trouue daultres que de ceulx que ledict le preux aura imprimez, veu par ladicte chambre ladicte requeste certain & extraict des registres de la faculte de Theologie de Paris: auoir veu & visite ledict liure, & ne vouloir empescher lesditz commẽtaires estre imprimez, & tout considere ladicte chambre a permis & permect audict le Preux imprimer ledict commentaire. Et faict inhibition & deffences a tous Libraires & Imprimeurs de ne iceulx imprimer ne vendre daultres que de ceulx que ledict le Preux aura faictz imprimer iusques a deux ans prochainemẽt venant, sur peine de confiscatiõ des liures quilz auront imprimez ou a vendre, & damende arbitraire. Faict en la chambre ordinaire par le Roy, au temps de vacations le XXIII iour Doctobre, lan M. D. XXXVII.

Ainsi Signe Berroier.

Christianissimo ac inuictissimo
necnon Augustissimo REGI FRANCISCO, suo Mecœnati
Frater Nicolaus Grandis, ordinis Minorum vitam beatam.

NON MIHI AFFECTVS DEFVIT, NON clementiæ tuæ obsequendi animus concidit, non tui nominis obseruantia penes me elanguit, Christianissime Rex. Nihil enim est quod hoc verius ac syncerius dicam, sed rei pertractandæ grauitas retardauit affectum, quominus celsitudini tuæ iugi studio a me suspiciendæ e uestigio occurrerem. Occurri tamen animo, occurri & voto: cuius equidem iussis æquissimis sensu ac mente semper inhæsi. Tanti quidem est apud eos qui rei literariæ addicti sunt tui nominis honos, vt te vnũm eruditorum omnium decus prædicent: ad te tanquam ad ancoram decurrant. Te etiam velut eorum asylum & suffugium suspiciunt, venerantur, summaque religione amplectuntur. Diutini itaque silentii & cessationis nostræ, qua hisce aliquot diebus vsus sum, partim verecundia, & ingenii (qua proh dolor pene omnes nati sumus) tarditate: partim metu, ne synceritati tuæ quæ in rebus maximis indefesse versatur, oneris quicquam aut molestiæ imponerem, finem hodiernus dies attulit, & has in Diui Pauli Epistolam ad Hebræos lucubrationes nostras (quantulæcunque sint) ad beneuolentiam tuam transmittendas curaui. Quas inuictissimæ maiestati tuæ summo sine scelere consecrare ac dedicare non potui, cum eandem (adeo ipse in eos qui bonis literis inuigilant propensissimus es) meis studiis plurimum gratulari semper prospexerim: tum quòd te sacerrimum sacris admodum delectari exploratissimum sit, cui ingeniorum imagines, quæ vera sunt & æterna monumenta, maxime probantur. studiosorum quoque consuetudine nil tibi aliquando sacratius, aut antiquius extitit, qui inter tot ciuilia negocia, tot domesticas & exteras rerum maximarum curas & anxietates, furentiaque bella, sine diuinarum aut humanarũ literarum lectione (quod Cnæum Pompeium, & Cæsarem Augustum egisse accepimus) nec diem vnam intermittis. quas vel ob id sacratiores & reconditissimas habes, quòd neutri desint fortunæ: hinc nec secundis aut auspicatis rebus plus æquo fidis, lubricam admodum fortunæ aleam percensens. cui rei quæ etiam bello præclare gesta fuere argumento sunt. Magna nempe, ait Ambrosius, videtur prælia ntium victoria, triumphãtium gloria: sed frequenter ipsos videmus qui vicerunt, rursus bellorum subiacere incertis, & transferri ad hostẽ euentu prælii, & eo ipso, quo victores ante fuerunt, fieri miseriores. Non denique improbæ cessisti fortunæ: sed quid improbam dico? lapsus sum. crudelem, atrocem, atque cruentam dicere debui. quę quo te inuictissimum periclitaretur, non primogenito tuo regni, religionisq́ paternę futuro hęredi pepercit. Qui quod vel à natura vel à virtute aut deo ipso expectandum est, cumulatissime prout illius ætas sufferebat, consecutus fuerat: sed prohdolor quem superstitẽ semper sperauimus, dira ac præmatura morte superis hominibusque infensa, in reipublicæ christianæ iacturam nõ mediocrem, & damnum exitiale, raptum audiuimus. En fractum est speciosum margaritum, virens smaragdi gemma contrita est, veræ nobilita-

tis specimen immature demessum est. En rerum in nobis ordo mutatus est, & in calamitatem nostram perdidit sua iura natura. Inuides parēti fortuna? Quid hoc Christianissimum regnum tam crudeli funestoque vulnere confecisti? Quid totius orbis paci ac tranquillitati tantopere aduersaris? A quo quæso pacis ineundæ maior omnium expectatio? Quis eo prudentius vbiqȝ furentem Martem cruentaque bella repressisset? Cui rursus sicut bello, ita pace regnandi potestas auspicatius aut felicius contigisset? Qui defunctus adhuc loquitur, & totius orbis opinione probatus optimę indolis omnibus gratæ gloriam superstitem reliquit. Quid itaque nobis agendum foret? quò nos verteremus? quid primū assumendum si vitæ huius nostra foret felicitas? Nunc igitur reges paulisper intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Intelligite quàm volubilis, fugax, & incerta sit huius seculi prosperitas. Tēpus enim breue est, ait Paulus: reliquum est enim, vt qui gaudent tanquam non gaudentes sint: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur: præterit enim figura huius mundi. Intelligite etiam quàm infelix sit humana conditio, mœstitiæ & tedii plena, nilque vel quàm minimū lætitię hāc ipsam habere, futuram vero veram & homini germanam felicitatem suppeditare. Quod alta mēte tecum reputans, agnoscens genuisse mortalem, incredibili animi modestia spe futurorum iustum temperasti dolorem, nec meliora lapsis desperans teipsum vicisti, naturam superasti, & fortuna superior: Iob quoque constantiæ non immemor in hæc verba prorupisti, Filium præmisi, non perdidi: Dominus dedit, dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factum est: sit nomen domini benedictum. Non mereo quòd talem amiserim, sed deo congratulor quòd talem habui, imo habeam. Mortuus est enim in Christo, & vita eius abscondita est cum deo: & vt sapiens architectus non hoc mundo domus suæ fundamenta iecit. post paululum enim ruiturus est, & cuncta perditum ibunt. Non super mobilem arenā, sed in petra, quæ Christus est. idcirco inuicta fabrica perseuerat, nihil eam commouet, nihil eam euertit. hic autem nihil stabile, nil permanens, nil nisi quampericulosissime conditum: obruunt terræmotus, incendia consumunt, infestantia bella deuastant, & viuos nos auferunt antequam mundus iste concidat. Stante mundo morbi irruūt, & aut celeriter hinc excludunt, aut suo iure hominem viuere non sinunt: nos quoque impræsentiarum nauigamus, sed quotidie è vita periclitamur: luctamur, & deiicimur: pugnamus, & oppugnamur: ipse vero tranquillo & optato portu agit, coronatur, triumphat affatim diues cum Christo. O præclara sed rara virtus, o vere aurea & inexpugnabilis victoria. multi quippe castra euertere, monstra domuere, munitissimas ciuitates superauere, gentē bellicosissimā subegere, regna superba debellauere: qui vero seipsum vincat, suique dominetur, hic rarus est, aut toto procul ab orbe. Sed vnde quæso tibi tanta philosophia? quid te ad hanc animi constantiam prouexit, vt tui miraculum etiam apud barbaras nationes excitaris? nonne diuina lectio? ardens ne ille sacrarum literarum amor? Quęcunque enim scripta sunt (autore Apostolo) ad nostram doctrinā scripta sunt: vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Quas quum summo studio prosequaris, exosculeris, & amplexeris, christianam religionem non potes summe non venerari: quæ in te tanta est, vt nec fucum desideret, nec pati possit: ita sunt pleraque (vt probe norunt omnes) quibus tam prodige applausit naturæ benignitas, tam abunde indulsit, vt si cerussam aut purpuris-

ſum addiderit quiſpiam,de dignitate detrahet.quam qui habuerit, reliquas omnes habere:& qui hac vna caruerit,omnibus caruiſſe cenſetur.Nihil igitur hoc monili precioſius,nihil huius gemmæ varietate diſtinctius,nihil ipſa fulget ſplendidius aut auguſtius.Quid itaque infracti animi tui magnitudinem,modeſtiam,iuſtitiam,prudentiam,cæteraſque virtutes referam,quas à pietate Chriſtiana ſuapte natura tibi inſita proficiſci conſtat?Cui quum ſacrarum literarum intelligentia admodum ſubſcribat, hanc interpretatiunculam noſtram ſacratiſſimæ Maieſtati tuæ deuoui: haud neſcius quàm viuis coloribus ſacrarum literarum amor in tabellis pectoris tui depictus ſit, quo ſtudio diuinam proſequaris philoſophiam,quave religione hanc ſemper ſis veneratus.Habeât cæteri ſi velint ſuas opes,gemma bibant,ſerico niteant,plauſu populi delectentur:Tuus ſit theſaurus nulli rei componendus, diuina ſcriptura:tuæ diuitię,in lege domini frequentius meditari:tuæ delicię, huiuſcemodi oblectamentis animum paſcere:cum pſalte regio decantans, Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo.Hoc ſuffultus prӕſidio mortiferos Syrenarum cātus ſurda aure pertranſibis,huius quoque ſeculi cimmeriis (quod aiunt) tenebris obuoluti,depulſis nebulis vera perfrueris luce,& cuncta præſentis vitæ diſcrimina ſecurus vinces, regno æterno & incomprehenſibili potiturus,vbi hoc temporali,quod non præter dignitatem nactus es,felicibus auſpiciis perfunctus fueris.quod à deo omniū maximo,optimo,ac munificentiſſimo ſubmiſſius efflagitamus.

Inclytissimæ & semper augustæ

MARGARITAE, Reginæ Nauarræ, Frater Nicolaus Grandis ordinis Minorum perpetuam felicitatem.

E A est animi tui facilitas, is animi candor, & eousque in eos qui parem vitæ castimoniam cum optima eruditione copularint propensissima voluntas, Illustrissima Regina: vt horum nulli vix interpellata non prospicias, nullum spe optima non foueas, & beneficentia tibi suapte natura insita, vnũquenque seruitute perpetua deuinctissimum efficias. Quod enim, quæso, ab ea quæ ob reipublicæ vtilitatem suipsius ac vitæ propriæ vix meminit, maius beneuolentiæ erga literatos argumentum, vel amicitiæ vinculum emanare potuit: quod eorum obliuisci nequeat? Cum itaque diuinæ legis semper tibi arriserit meditatio, idque iure optimo. (Quid enim hoc sacratius sacramento? quid hac lætitia lætius? quid hac voluptate iocundius? qui cibi, quæ mella dulciora sunt, quàm dei scire prudentiam: & in abdita eius intrare: sensum creatoris inspicere: & dei sui præcepta ne dicam in pectore reconditissima, sed in manu exequenda habere?) Hãc lucubratiunculam nostram horis succisiuis reuoluẽdam, ad suspiciendam clementiã tuam transmisi: quam (si per ocium licuerit) vbi prægustaueris, quæ est synceri animi tui mãsuetudo, Christianissimo Regi Francisco (cui te vincam sororem esse vnice delectamur) ceu beneficii non obliterandi ab inuictissima maiestate eius accepti testimonium quoddam offerre non dedignetur. In ea (quod suæ amplitudini voluptati fore existimo) qua potui animi modestia eos qui Paulum aut cæteros canonicos authores perperam interpretantur, non probris aut conuitiis, sed diuinis scripturis, Conciliorum sacrorum authoritate, interdum vero receptissimorum doctorum testimoniis ad veritatis lumen reducere enixe desudaui: caninam detestatus facundiam, qua aliis accusandis sic nonnulli excercentur, vt eruditionis eorum pars optima maledictis conueniat, igni oleum adiicientes, non ipsum suffocantes. quod à Christiana pietate plurimum dissidere semper duxi: aliquoties aliquot scripturæ loca quæ inuicem pugnare videbantur non contrariis, sed diuersis niti sententiis edocui. Texui nonunquam Chrysostomi, Ambrosii, Hieronymi, Augustini, aliorumque eruditorum albo conscriptorum dogmata, pleraque etiam ex ipsis dissoluenda ænigmata: quatenus his qui posthac sacrarum literarum interpretationi publice contendãt, hic noster labor vtcunque subsidio sit. Superest beneuolentiam tuam enixe deprecer, vt mei, cui non posterius suppetet viuere quàm tui meminisse, aliquãdo recorderis. Faxit Deus Optimus Maximus, te suæ beatitudinis participem.

Index.

ERRATA colligendo Indice deprehensa, sic restituenda.

Folio 6, B, versu 8, humanã. 7, G 4, & H 8, cap.decimo. 14, A, 11, hoc miss. 16, D, 10, quàm cons. 17, G, 10, per bapt. 26, H, 13, ad eã. 29, A, 6, iterandã. 32, A, 4 easdẽ. 13, placet, intelligitur. Ibidẽ, G, 8, diuino iure. 36, D, 11, in aliud. 37, C, 14, salutis. 38, A, 15, quãdo. 40, B, 11, id Prouerbi. 24. 42, H, 16, sacramẽta. 47, A, 14, quibuscũq; cibis. 48, E, 12, ipsi per fut. Ibidẽ H 11, paulisper grad. 51, E, 9, qui vtrãq;. 69, F, 11, carnis parẽtes. 70, D, 7, consociat. 72, D, 11, morte affecta. 77, D, 7, ergo deus illos. 11, & corpus. F, 4, habetur, dicamus. 78, E, 6, veros fidei termi. &, prorsus inutili.

Animaduerte

Studiose lector, vbicunque in hoc Commentario locos manu notatos offenderis, aut errorem hæreticum refelli, aut opinionem aliquã saltem impugnari. Quæ breui tabella hac perstrinxi, vt siquãdo occurrerint, in promptu sint. loci, quibus aut refutare aut impetere quasi depromptis telis fidei hostem possis.

Argumentum.

HAnc epistolam quæ ad Hebræos inscribitur, falso Pauli titulo annotatam, scripturisq; canonicis non ascribendam (si Hieronymo creditur) nonnullis aliquando placuit. qui in epistola ad Dardanum inquit, Hanc epistolam quæ inscribitur ad Hebræos, non solum ab ecclesiis orientis, sed ab omnibus retro ecclesiis græci sermonis scriptoribus, quasi Pauli apostoli suscipi nostris dicendum est: licet plerique eam vel Barnabæ vel Clementis arbitrentur: & nihil interesse cuius sit cum ecclesiastici viri sit, & quotidie ecclesiarum lectione celebretur. Quòd si eam Latinorum consuetudo non recipit inter scripturas canonicas, nec Græcorum quidem ecclesiæ Apocalypsim Ioannis suscipiunt, & tamen nos vtraque suscipimus: nequaquam huius temporis consuetudinem, sed veterum scriptorum autoritatem sequentes, qui plerunque vtriusque abutuntur testimoniis. Hæc Hieronymus. Qui rursus in Matth. cap. 26 ait, Paulus in sua epistola quæ scribitur ad Hebræos (licet de ea multi Latinorum dubitent) sanctorum merita descripsit. Et ad Titum primo, Si quis vult recipere eam epistolam, quæ sub nomine Pauli ad Hebræos scripta est. Ad idem Augustinus lib. 6 de ciuitate dei, cap. 26, Epistolam quæ ad Hebræos inscribitur, plures eam Pauli apostoli esse dicunt, quidã vero negant. hac (vt coniicio) ratione adducti, quòd in morem aliarum Paulus eam non auspicatur, nec nominis sui vocabulum, nec ordinis dignitatem describit. Ast hæc ratio facile diluitur, cum eo iure eam quæ ad Philippenses, vtranque ad Thessalonicenses, & ad Philemonem, Pauli non esse comprobari posset: in quarum nulla officii sui prærogatiuam expressit. Hæc autem huius causa extitit, quòd ad eos qui ex circuncisione crediderant scriberet, quorum Petrus apostolus erat, ipse vero gentilium, Galat. 2, Qui operatus est Petro in apostolatu circuncisionis, operatus est mihi inter gentes. Ideo Hebręis scribens, apostolatus dignitatem subticuit, ne Petri autoritatem sibi arroganter vendicare videretur: sciens etiam eorum superbiam, qui se ex genere Abrahæ progenitos gloriabantur, Iohan. 8, Nos filii Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam. Quos idcirco taxat Paulus Rom. 2, Si autẽ tu Iudæus cognominaris, inquit, & requiescis in lege, & gloriaris in deo. Et vt humilia de se sentiens acceptior haberetur, sui officii simul & nominis meritum præponere noluit. Hinc Chrysostomus homil. 1 in hanc epistolam, Quare prophetas nominans, semetipsum contra non posuit: siquidem tanto eis maior extabat, quanto ei fuerat dispensatio præclarior credita. sed non hoc fecit, quid ita? Quia de se dicere maiora recusauit. Quod & beatus Iohannes humilitate ductus, sui euangelii cap. 21 obseruauit. Hic est discipulus ille, ait, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc, & scimus quia verum est testimonium eius. Est & alia ratio Eusebii Cæsariensis lib. 6 ecclesiasticæ historiæ cap. 10, Pauli quippe, ait, Iudæis nomẽ infensum erat, eiusq; doctrina ingrata: audierant enim de illo quòd discessionẽ doceret à lege Act. 21. Ideo nomen suum prudẽter declinauit, ne statim Pauli nomine inspecto, lectio epistolæ repudiaretur, & ante displiceret quàm legeretur. Dignitatem similiter subticuit, propter domini honorem, quem omnium apostolum dicturus erat: ne se temere Christo componere videretur, & pari ordine se illi coniungere. Quæ ratio est etiam Hieronymi ad Galatas primo dicentis, Propterea Paulus solita consuetudine, nec nomen suum, nec apostoli vocabulum apposuit: quia de Christo dicturus erat, Habentes ergo pontificem magnum, apostolum confessionis nostrę Iesum: Nec fuisse congruum, vt vbi Christus apostolus dicendus erat, etiã Paulus apostolus diceretur. Quod plerique non intelligentes, eam non esse Pauli dixere. Obiiciunt pręterea nonnulli, quòd epistolæ huius stylus sit multo eloquentior, & longe venustior aliarum stylo. Verum hoc facile refellitur: cum teste Hieronymo Isaiæ 50, humanarum rerum peritissimus fuerit. quod & Chrysostomus testatur homil. 4 de laudibus Pauli. Et idcirco nimirum vt idem Hieronymus lib. illustrium virorum asseuerat: Si Hebræus Hebræis Hebraice scripsit, id est suo stylo disertissimus, vt ea quæ eleganter scripta fuerant in Hebræo, eloquentius verterentur in Græcum. Quæ omnia vtinam Erasmus suo lustrasset ingenio, & æqua lance appendisset: non enim eam Pauli esse diffiteretur, aut subdubitaret. quod ne forsan de nostro sensu videamur asserere, aut quicquam illi perperam succensere, illius censuram, quam in huius epistolæ calce comperies adiecimus: Verum vt non potest, ait, certis argumentis cuius sit, quòd nullius habeat inscriptionem, ita compluribus indiciis colligi potest, ab alio quopiam, quàm à Paulo fuisse scriptam. Primum quòd sola omnium Pauli nomen nõ præferat, tametsi non me effugiat hoc vtcunque dilui à Hieronymo, deinde quòd tot annis, nempe vsque ad ætatem Hieronymi non recepta fuerit à Romanis, quemadmodum ipse testatur in suis epistolis. Ad hanc coniecturam facit, quòd Ambrosius cum omnes Paulinas epistolas sit interpretatus: in hanc vnam nihil scripserit: vt ne dicam interim non esse aliquot locos qui quorundam hæreticorum dogmatibus patrocinari videntur. Adde huc quòd diuus Hieronymus cum aliis aliquot locis, ita citat huius epistolæ testimonia vt de autore videatur ambigere: cum edisserens cap. 2 Hieremię, Primum hoc inquit testimonio Paulus apostolus, siue quis alius scripserit epistolam ad Hebræos, vsus est. Restat iam argumentum illud, quo nõ aliud certius, Stylus ipse, & orationis character nil habet affinitatis cum phrasi Paulina. Qui tandẽ concludens subintulit, Equidem haud interponam hoc loco meam sententiam. Cęterum admodũ probabile est, quod dicit Hieronymus in catalogo illustrium virorum, Clemẽtem huius epistolæ autorem esse. Hæc ille. Qui si eorum quæ præmisimus meminisset, iam sciret sibi fuisse responsum: singulis tamen eius rationibus diuisim satisfacere contendam. Quòd itaque primum ait, certis argumentis pro-

Paulus humanarum rerum peritissimus.

bari non posse cuius sit:mirari satis oequeo,qua ratiooe id sibi suadeat:cum Dionysius fidei sacramentis E
à beato Paulo initiatus,frequentius in suis opusculis quæ in ea scripta sunt vt Pauli referat.Quod & mil-
lies egit Ambrosius.Hanc etiam Pauli esse Eusebius Cæsariensis dicto libro sexto post beatum Clemen-
tem restatur.Huc pertinet Origenes,qui procemio in libros Peri Archon ait,Vnde sufficere existimo voo
hoc Pauli testimooio debere nos vti,ex epistola quam ad Hebræos scribit,Fide grandis factus Moyses,
negauit se dici filium filiæ Pharaonis.Iis accedit diuus Cyprianus libro de doplici martyrio dicens,San-
guis Christi pro oobis effusus reddit euidens testimonium:Melius pro nobis loquens,vt inquit Apostolus
Hebræorum duodecimo,quàm sanguis Abel.Idem quoque Cyprianus expositione in symbolum apo-
stolorum,Sicut,ait,& Paulus apostolus ad Hebræos scribens dicit, Credere eoim oportet accedentem
ad deum,quia est,& quia credentibus in se remunerator sit.Qui eodem tractatu libros veteris & noui te-
stamenti recensens,Paulum quatuordecim epistolas,quas nunc io manu habemus, edidisse scribit.Adde
Hieronymum ad Galatas primo:qui in epistola ad Damasum papam de terra repromissionis inquit:
Vas electionis loquitur ad Hebræos,Fide Abraham obediuit egredi in locum quem accepturus erat.Ad
idem Augustinus libro secundo de doctrina Christiana, capite octauo in libris canonicis describendis:
quorum supputationem firmat libro tetractationum secundo capite quarto.Damascenus similiter libro
quarto,capite decimooctauo.Item Chrysostomus in argumento epistolæ prioris ad Timotheum dicens,
Hebræis Paulus scribens ait,Cognoscite fratrem Timotheum dimissum.Et in commentariis in hanc epi-
stolam,passim Paulum loqoentem introducit:qoem Theophylactus imitatur : quorum omnium autori- F
tati, non temere refragandum est, aut reclamandum : & vt ex abundanti testimonium proferam, his
omnibus accedit Concilii Laodicensis actione finali determinatio:necnon Concilii Carthagioensis tertii,
actione quadragesimatertia:quibus haoc Pauli esse aperte definitum est.Quod & huius epistolę senten-
tia nouissima facile comprobatur,quæ eadem cum cæteris est:Gratia enim,inquit,cum vobis omnibus,
amen.Cur autem Pauli nomen, aut dignitatem non præferat,iam docuimus,idcirco ad aliam obiectio-
nem,qua dicit vsque ad Hieronymi tempora eam non receptam fuisse à Romanis descendo:cui tamen
nullus locus relinqui videtur, si quæ Hieronymos io prologo Galeato scripsit, ad mentem reuocentur.
Nam sapientia quæ vulgo Salomonis dicitur,& Ecclesiasticus,in canone Hebræorum non habentur:&
tamen teste Augustino libro secundo de doctrina Christiana,& libro decimoseptimo de ciuitate dei,ca-
pite vicesimo, eos occidentalis ecclesia semper in autoritate habuit.Quæ igitur hæc consequentia?ad
Hieronymi ętatē vsque à Romanis recepta oon est,ergo nec nunc recipienda?esto antecedēs concedere-
tur.Huc accedit quòd vsque ad tempora prædicationis apostolorum Petri & Pauli euaogelium Romæ
receptum non fuit:qui tamen Romam solum perrexere vicesimoquinto anno post Christum passom,
vt constat ex Hieronymo libro illustrium virorum:Quis tamen adeo desipiens, vt ante tempora illa
euangelio oon fuisse credendū dicat,aut super euangelii firmitate nunc hæsitandū esse?Nihil etiam offi-
cit,quòd dicit Ambrosium in hanc vnam nihil scripsisse:cum in Lucam solom scripserit,nullus tamen ob
id Matthæi,Marci,aut Iohannis euangelium repudiat.Postremæ insuper eius rationi,qua dicit,huic epi-
stolæ aliquot locos inesse,qui hæreticorum dogmatibus patrocinari videntur, vllam fidem prorsus fa- G
ciendam non esse,hinc facile coniicitur : quòd secundæ Petri tertio scriptum sit,Charissimus frater no-
ster Paulus,secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis : sicut & in omnibos epistolis loquens in eis,
de his in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & iostabiles deprauant, sicut & cæteras
scripturas.Si igitur ob id quòd ea abutuntur hæretici repudianda est,& reliquæ scripturæ caoonicæ re-
probabuntur.Verum præter has,& consuetas quidem obiectiones,duas profero.quarum prior Chryso-
stomi sententię innititur:qui homilia prima in priorem epistolam ad Timotheum ait,Porro Paulus vbi-
que dum scribit,apostoli nomen adiunxit:vt auditores erudiat, ne humana esse existiment quæ dicun-
tur:Qui enim mittitur (quod Apostolus sonat) nihil proprium loquitur, & cum dixerit apostolum,
protinus auditorem ad eom qui se misit dirigit:idcirco in omnibos epistolis istud iungit : vt fidem verbis
ac doctrinæ faciat.Nam tametsi certis rationibus dignitatem & nomen suppresserit, nullum tamen vi-
detur relictum argumentum,quo doceamur eam Pauli esse,imo sane quàm multis indiciis id aperte mon
stratum est.Altera ratio ex Hierooymo desumitur,qui Isaiæ sexto ait,Epistolam ad Hebræos latina con
suetudo non admittit:& rursum Isaiæ octauo,Cæterum Paulus in epistola ad Hebræos hoc docet, licet
latina consuetudo inter scripturas canonicas eam nō recipiat.Loquitor Hierooymus ante ecclesiæ deter-
minationem:at vbi ipsius accessit autoritas,cui in canonicis scripturis recipieodis plurimum debemus,di-
cente Augustino libro contra epistolam Manichæi (quam fundamenti vocant) capite quinto,Euangelio
non crederem,nisi me catholicæ ecclesiæ commoueret autoritas:Hic scrupulus prorsus abscessit : quod H
Hieronymi ætate effectum esse,ex his quæ ad Titum scripsit compertum est:Lege,inquit,epistolam Pau-
li ad Hebræos,siue cuiuscunque eam esse potes:quia iam inter ecclesiasticas est recepta.Et in dicta episto
la ad Dardanum,Compertissimum itaque est hanc Pauli esse nullatenus hæsitandum, aut subdubitan-
dum fore:id enim fidei officeret,si vehemens hæsitatio, & animi trepidatio esset.Fides nanque(inqoit
Chrysostomos homilia prima in priorem epistolam ad Timotheum) animom cogitationēque facit con-
quiescere,& nō permittit de vlla re contendere,aut ambigere:sed requiē ab his omnibus prębtat.Vbi ve-
ro dubio leui mens fluctuaret,fides non periclitaretur.Alioqui quid saluator Matth.14 Petrum dubitao-
rem,fidei modicæ dixit,si dubitans fide vacuus fuisset?Ex quibus perspicuum est Caietanum minus re-
ligiose locutum,lapsumque fuisse.cuius nonnulla in scripturam canonicam edita,optarem,vt in scriniolis
suis tantum musitassent, & faciem publicam reformidassent.Qui præfatione sua in hanc epistolam,vbi
aliquot locos ex Hieronymo protulit,quibus iam satisfactum est,quatenus hanc epistolam Pauli oon esse
suadeat,subintulit,Ideo dubio apud Hieronymom aotore huius epistolæ existente,dubia quoqoe reddi-

Fides si vehemens hæsitatio affuerit, periclitatur.

Caietanos confutatur.

tur epistola,quoniam nisi sit Pauli,non perspicuum est canonicam esse.Quo fit vt ex sola huius epistolæ autoritate non possit,siquod dubium in fide accideret,determinari.Ecce quãtum parit malum liber sine autoris titulo.Coniecturam quoque nonnullam efficiunt in hac epistola contenta quòd non sit Pauli.Alterum est in principio epistolæ,vbi ad probandum Christum esse superiorẽ angelis,cum dixisset,Cui aliquando dixit angelorum,Filius meus es tu,ego hodie genui te?addidit & rursus,Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium.quæ verba scripta sunt 2 Reg.7.& 1 Paralip.22 ad literam de Salomone.vnde deus Dauid dixit expresse,Salomon filius tuus ædificabit domũ meam & atria mea:ipsum enim elegi mihi in filium,& ego ero illi in patrem.Minus siquidem decet tantum apostolum in tanta re tali vti argumento:cum potuissent Hebræi facile respondere,quòd non de filio dei,sed de puro homine dicta sunt hæc verba à deo per Nathan.vnde ex tali filiatione non probatur superioritas ad angelos.Vti autem his verbis in sensu mystico,minorem reddit autoritatem probantis:in principio præsertim epistolæ,& apud Hebræos.Hæc ille.Sed quis,quæso,vel talpa cæcior hanc admodum ieiunam & frigidam rationem statim non deprehendet?Quis enim adeo desipiens,vt epistolam ad Galatas Pauli esse subdubitet aut diffiteatur?in qua tametsi gentibus scribens,quibus sensus mystici nondum innotuerãt,cum historiam non didicissent,allegoriis lusit capite quarto eiusdem,dicens,Scriptum est,ait,quoniam Abrahã duos filios habuit:vnum de ancilla,& vnum de libera:sed qui de ancilla,secundum carnem natus est:qui autem de libera,per repromissionem,quæ sunt per allegoriam dicta.Quis rursum eam quæ ad Ephesios scribitur Pauli negabit,quòd non absimili argumento eiusdẽ cap.5 vtatur, dicens?Hoc sacramentũ magnum est, ego dico in Christo & ecclesia.An denique priorem ad Corinthios Pauli non esse quis contẽdet?vbi id quod Exod.17 habetur,allegorice interpretatus,eiusdem cap.10 dixit,Bibebant omnes de spiritali consequente eos petra,petra autem erat Christus.Et vt rem in pauca conferam,nunquid ipse proprio gladio confossus concidit,qui Rom.10 locum illum explicans,In omnem terram exiuit sonus eorum,ait? Autoritas psal.qui ad literam non loquitur de apostolorum prædicatione,sed de corporeis cælis,nec in Hebræo habetur sonus,sed filum seu linea:verum quia apostoli cæli sunt spiritales,mystico sensu vsus Paulus hoc ad apostolos retulit.Hæc ille.Nemo tamen ob id eam Pauli esse aliquando subdubitauit.Consideret igitur ille,quòd vbi Apostolus psal.2 autoritate,quæ Iudæum conuincit,Christum dei filium naturalem edocuit; subinde ex abundanti in alio loco scripturæ ostendit:quo nos certiores efficeret eundem scripturæ locum diuersis sensibus niti,veluti effusius infra cap.1 cum receptorum doctorum,tum scripturæ testimoniis annotauimus.Epistolæ nempe Pauli etsi titulum peculiarem præferant,ad omnes tamen ecclesias,& omnes ætates scriptæ sunt,vt ad Colos.vltimo cõstat,vbi Ambrosius hoc notat. Altera ratione non minus rancida & manca,huius epistolæ erroris authorẽ incusat:quòd capite 9 dixerit,Vbi enim testamẽtũ est,mors necesse est intercedat testatoris:testamentũ enim in mortuis confirmatum est.Et mox subintulerit,Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est.Lecto enim omni mandato legis à Moyse vniuerso populo:accipiens sanguinem vitulorum & hircorum populum aspersit,dicens,Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos deus.Exodi autẽ 24 hæc afferuntur,vbi nõ est sermo de testamento sed de pacto.vnde authori huius epistolæ dici potest:quòd de testamẽto proprie sumpto migrat ad pactũ.aut quòd errat putando in Exodo sermonẽ esse de testamẽto:quorũ vtrunque dedecet sanctũ apostolũ.Hęc ille.Quis tamẽ adeo ineptit,vt veterẽ illam legem,de qua Exod.24,sicut pactum,ita testamentũ dici nesciat?cũ psal.24 scriptum sit,Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas requirentibus testamentum eius:filii Ephrem non custodierunt testamentum dei,& in lege eius noluerunt ambulare.& psal.131,Si custodierint filii tui testamentum meum & testimonia mea hæc,quæ docebo eos.2 quoque ad Colos.3 dicitur,Vsque in hodiernum diem in lectione veteris testamenti idipsum velamẽ manet.Quòd autem & lex ipsa pactum appelletur,fatetur ipsemet.cuius rei testimonium extat Hieremiæ 31,Ecce dies veniunt dicit dominus:& feriam domui Israel,& domui Iuda pactum nouum:non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris,in die qua apprehendi manum eorum.Quis igitur imperitiæ aut ignorantiæ huius epistolæ autorem denotabit,quòd legem veterem testamentum censuit appellandam?aut quòd testamento pacti loco vsus sit?cum vtroque nomine censeatur,sintque idem pactum & testamentum teste Hieronymo, qui Hieremiæ loco nunc inducto pro ferens septuaginta interpretum editionem,vbi pactum habemus,posuit testamentum.qui rursus in commentariis suis eodem loco ait,Quòd autem pactum pro testamento ponimus hebraicæ veritatis est:licet testamentum recte pactum appelletur,quia volũtas in eo atque testatio eorum qui pactum ineunt continetur. Idem quoque Hieronymus cap.sequenti locum illum explicans,Feriam eis pactum sempiternum,ait,disponam illis testamentum æternũ,septuaginta secutus. Nouissime aliam rationem adiecit,quæ tamen est Theophylacti,licet ipsius non meminerit,infra cap.2 inquiens,Sed quid per coniecturas vagor,in secundo huius epistolæ cap.author numerat se inter illos,in quos euangelica salus confirmata est per illos,qui audierunt à domino Iesu:Paulus autem clamat,quòd non ab homine,neque per hominem didicit:sed per reuelationem Iesu Christi:& quòd apostoli nihil sibi contulerunt.Cui obiectioni Theophylactus occurrens infra cap.2 ait,Verum cur alibi non ab hominibus accepisse se dicit apostolus?Quia ibi quidem permagnum aliquid inerat & necessarium quod eum vrgebat,non hominum se fateri discipulum.Illi nanque obiiciebatur,quemadmodum dominum non audisset, eoque & eius prædicatio periclitabatur:ne autem fides prædicanti sibi à discipulis demeretur,se ab hominibus non accepisse tunc protulit:hic vero nulla huiuscemodi cogebatur necessitate.vel quia quẽadmodũ dicturus est statim,diuino testimonio id est signis & portentis à deo factis,sed non ab hominibus arguit hæc se accepisse.Potest & aliter dici,quòd Paulus in persona credentium & ecclesiæ loquebatur,ad quem apostolorum prædicatione euangelii doctrina peruenit,1 Iohan.1,Hæc est annunciatio quam audiuimus ab eo,& annũciamus vobis.In omnem quippe terram exiuit sonus eorum,Idcirco nihil periculi est,si ita loquutus

sit Paulus, q̃q̃ à Christo instructus, quēadmodū Christus ecclesiæ vices gerens, pleraq; protulit, quę sibi nequaquam conueniunt, sed mēbris tātum, velut cap.5 huius epistolę admonuimus. Huc accedit illud Danielis 9, Peccauimus, inique egimus, & recessimus, & declinauimus à mandatis tuis atque iudiciis: tametsi nihil huiuscemodi admisisset in persona omniū loquutus. Hinc Hiero. eo loco peccata populi, quia vnus è populo est, enumerat ex persona sua, quod & apostolū in epistola ad Romanos facere legimus. Quòd autē hāc hebraice scriptā non fuisse dixit, illi non assentior, Hieronymū & cæteros, quos iam protulimus, sequutus. Quibus id suffragatus quòd hāc epistolā ad gentē suam & Hebræā apostolus transmisit: quibus vel paucis admodū græcæ linguæ peritia obuenerat. Idcirco titulum Hebraice Græce & Latine scriptum Christi crux prætulit. Hic vero quò id suadeat, profert quod infra cap.7 habetur. Primum quidem Melchisedech interpretatur rex iustitiæ, si hebraice hæc epistola scripta est, in quo quę so idiomate interpretatur Melchisedech rex iustitiæ? Melchisedech enim apud Hebræos dictio composita est, ex rex & iustitiæ, & ideo in hebræo debuisset dicere Melchisedech interpretatur Melchisedech, & tanto magis quanto scribitur apud Hebræos diuisim: primo melchi deinde sedech. At nihil prorsus conuincit hæc ratio: cum Iudicum 15 cap. scriptum sit, Philistiim castrametati sunt in loco qui postea vocatus est lechi, id est maxilla. Et rursus eodem cap. Vocaui nomen loci illius Ramath lechi: quod interpretatur eleuatio maxillæ. Quis tamen eousque impudens, vt caput illud hebraico sermone non fore conscriptum asseueret, quòd vocabulum hebraicum latine illic interpretetur? Consideret itaque interpretem nostrum, quo versioni eius fides maior adhibeatur, nomen hebraicum latinæ interpretationi miscuisse. vt similiter Marc.5 cap. habetur, Thabita cumi, quod est interpretatum, puella tibi dico surge. Quis tamen ob id versionem illam aliquando vitio dedit, quòd hebraicum hebraice non explicet? aut illud quod Act 9 habetur, Quædam discipula nomine Thabita, quæ interpretatur dorcas: vbi gręca interpretatio non hebraica ponitur probro ducet? Nihil est itaque quòd illius argumento quispiā moueatur. Aliud tamen profert quod plurimum vrgere videtur, quippe vbi Paulus præsenti epistola veteris instrumenti testimonia citat, passim septuaginta interpretes, non veritatem hebraicam sequitur, quod maiorem in modum Hieronymus Prouerb.3 demiratur. videtur itaque hæc Græcis non Hebraicis characteribus exarata. Longe tamen aliter est, velut ex iis quæ locum illum explicātes infra cap.10, Quem diligit deus castigat, annotauimus, conicere licet. vbi hæc difficultas apertius pertractatur. Rectius namque illi in mentem venisset hanc epistolam hebraice scriptam fuisse, huius quoque authorem Pauli extitisse: nec rei huius subdubius fuisset, si sacrorum Conciliorū, vbi id conclusum est, meminisset, quorum verba iam recensuimus. Superest quid causæ sit, quòd hanc epistolam Paulus scripsit aperiamus. Nempe quo legis veteris obseruantia prætermissa, nouæ legis sacramenta multo augustiora, excellentioraque hominis saluti sat esse ostenderet: nilque veterem illam legē virtutis habere, aut emolumenti, vbi euangelium illuxit. Cui rei edocendæ cap.7 & tribus sequentibus Paulus plurimum laboris insumpsit. & vt Iudæos in Christum credentes multis conuitiis, grauioribusque iniuriis ab infidelibus affectos, viribus quoque pœne destitutos solaretur, & subleuaret: quos cap.10 alloquutus inquit, Rememoramini pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum: & in altero quidem opprobriis & tribulationibus spectaculum facti: in altero autem socii taliter conuersantium effecti: nam & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis. Affert prætera in eadem quamplurima fidei exempla, simul quàm multa de tolerantia disserens cap. vndecimo & sequenti. Est autem præsens epistola, licet omnium nouissima ordine ponatur, ea quæ est ad Timotheum vetustior, quēadmodū Theophyl. præfatione sua in hanc epistolam ex his quæ vltimo cap. eiusdem habentur manifestat: illa namque ostendit se breui excessurum è vita, Ego, inquit, iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat 2 Timot.4. Hac vero pollicetur Iudæos fideles se esse quandoque visurum: Cognoscite, ait, fratrem nostrum Timotheum dimissum: cum quo si celerius venerit, videbo vos, infra cap. vltimo. Idem quoque super epistolam ad Philemonem sentias: in ea equidē scripsit, Spero autem per orationes vestras me donari vobis, & à vinculis quibus Christi causa vinciebatur, absolui. Est & ea quæ ad Romanos scribitur, vtraque ad Corinthios tēpore posterior, vt testificatur Origenes Rom. 15, Non solum, ait, prima ad Corinthios, sed & secunda, ante scripta quàm hæc ad Romanos: quam habemus in manibus. Scripsit autem eam Paulus Romæ dum vinculis teneretur, vt coniicitur ex illa sententia vltimi capitis, Salutant vos ex Italia fratres: glosa interlinearis. Per hoc nota, cum à Roma hanc scripsisse epistolam: quam licet hebraice scripserit, Lucas tamen euangelista eius sensum & ordinem retinens, vbi Paulus è vita sublatus est, teste Theophylacto, græco sermone composuit.

FINIS ARGVMENTI.

MVLTIFARIAM MVLTISQVE MODIS
olim deus loquens patribus in prophetis, nouiſſime diebus
iſtis loquutus eſt nobis in filio. ¶Hęc epiſtola partitur in procemium De legis
& narrationem. Narratio eo loco incipit, Qui cũ ſit ſplendor &c. Initio autem à vtriuſque
cõmendatione legis euágelicę auſpicatur, eá ampliore gratia dignam, & lege Mo differẽtia.
ſayca multo excellentioré oſtendens. Primũ, ex loquendi differentia: quippe vbi
olim ante Chriſti aduẽtũ licet multifariá multisq; modis loquutus ſit patribus an
tiquis, qui Chriſti incarnationẽ præceſſere, per prophetas futura Chriſti ſacramẽta illis reuelátes: no-
uiſſime autẽ, hoc eſt legis euágelicę, & gratię tẽpore: quod nouiſſimũ eſt, Nos enim ſumus in quos vlti
mi fines ſeculorum deuenere, 1. Corinth. 10. Et in temporis plenitudine, Galat. 4, At vbi venit plenitu
do temporis, miſit deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege. Sexto quoque millenario ab
orbe condito iam decurrẽte, vt placet Hieronymo, ad Tit. 1. [LOQVVTVS eſt nobis deus pater in
filio ſuo.] ſeu per filium ſuum, quando verbum caro factum eſt, & dei filius noſtram aſſumpſit natu-
ram: in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, Philip. 2. Qui voluntatis pater-
B næ abdiriſſima ſacramenta nobis ore proprio reſerauit, Ioan. 1. Vnigenitus qui eſt in ſinu patris ipſe
enarrauit nobis. ¶Apparet itaq; nos maiore gratia dignos eſſe antiquis illis patrib⁹. Ad hos enim, pro
phetas dimiſſos fuiſſe dicit: ad nos vero, filium ipſum. Legem quoque euangelicam veterem antecel-
lere. Hæc enim data eſt & ordinata per angelos in manu mediatoris, Galat. 3. euangelium vero tulit
Chriſtus, magni cõſilii angelus, Eſa. 9. maior tamen angelis, vt infra hoc capite patebit. Eſt itaq; is qui Multifa-
nobis loquutus eſt, prophetis & Moyſe longe excelſior, ſanctior, & dignitate ſuperior. ¶ Sed quid riá, & mul
Paulus multifariam multisque modis deum loquutum dixit? Sunt ne hæc eadem? an eorum quicquam tis modis
intereſt? Multum equidem. Multifariam enim dicitur, quod multoties, teſte glo. ord. & ſub priori teſta- differre.
mento, & antè Moyſi, Iacob, Iſaac, Abraham & reliquis loquutus ſit, vt Matth. 20 habetur. Simile eſt re
gnũ cœlorũ homini patrifamibas, qui exiit primo mane cõducere operarios in vineá ſuam. Et egreſ-
ſus circa horam tertiam vidit alios ſtantes in foro otioſos, & dixit illis, Ite & vos in vineam meam, &
quod iuſtum fuerit dabo vobis. Iterum autem abiit circa horam ſextá & nonam, & fecit ſimiliter. Ope-
rarii illi quos deus alloquens miſit in vineam ſuam mercedem recepturos, iuxta Hieronymi ſentẽtiam
eo loco, ſunt hi quos deus à mundo condito alloquutus eſt. Prima nempe hora, Adam alloquutus eſt
cæteroſque patriarchas vſque ad Noe: quos in vineam ſuam miſit. Tertia hora, ipſum Noe, eiuſque ſe
quaces, vſque ad Abraham. Sexta, Abraham & reliquos vſque ad Moyſen. Nona, Moyſen & cæteros
ſub lege exiſtentes. Vel ſecundo, Multifariam, variis & multiplicibus figuris, inquit Theophylactus,
C ſub quibus euangelica veritas nobis reſerata latitabat: ideo non niſi velata facie Moyſes populo loque
batur, Exod. 33. quatenus oſtenderet veterem legem typum & figuram, non veritatem ipſam præfer-
re: vmbram enim habebat lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum, infra cap. 10. quæ
Chriſto adueniente euacuata eſt. Lex nanque per Moyſen, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum, Io-
há. 1. cui ceſſit vmbra. ¶Quod autem dicit multis modis, hoc refertur ad loquutionis diuerſitatem, vt De loqu
placet Auguſt. literam hanc differenti, pſalm. 49. Loquutus eſt nobis dominus, ait, multis modis: per tione dei.
angelos ipſe loquutus eſt, per prophetas, per os proprium, per apoſtolos ſuos, & per fideles ſuos ad-
huc loquitur. Vel ſecũdo, hoc ad loquutionis differẽtiá referendũ eſt. Verum quatenus id cõpertius ha
beatur, Auguſtini meminiſſe oportet, qui lib. 8. de Geneſ. ad literam, ait, Certiſſime enim tenere de-
bemus deum aut per ſuam ſubſtantiam, aut per ſubiectam creaturam loqui. Si per ſuam eſſentiam,
non loquitur ad vniuerſas creaturas niſi eas creádo ſua voluntate: ad ſpirituales autem atque intelle-
ctuales, non ſolum creando ſed etiam illuminando, cum iam poſſunt capere loquutionem eius. Illis
autem qui eam capere non poſſunt, non niſi per creaturam loquitur, aut tantummodo ſpiritalem, vt
in ſomnis ſeu in extaſi, ſimilitudinem rerum corporalium, id eſt ſpecies producendo, quæ obiecti vi-
ces gerunt: aut etiam per ipſam corporalem creaturá loquendo, dum ſenſibus corporis vel aliqua ſpe
cies apparet, aut voces intonát. Ex quibus & his quę lib. vnico de eſſentia diuinitatis ſcripſit, poſt Hie
ronymũ tamen, tractatu de his quæ deo in ſcripturis ſacris attribuũtur, vbi ne verbo quidẽ vno inuicẽ
diſſident, liquido conſtat, ꝙ deũ loqui creaturæ eſt inuiſibiliter ſine voce vel quolibet ſtrepitu in men-
tibus ſanctorum ſuam ſanctam volũtatem atque rectum intellectum inſpirare: ſeu futura, ſicut in pro
D phetis, reuelare. Quòd autem dicũt ſine ſtrepitu vocis, intellige, à deo immediate procedente. à creatu
ra vero, qua velut inſtrumẽto deus vtitur, vox formata prodit. Hinc Auguſt. lib. 1. de ciui. dei cap. 15. Di
uinæ prouidẽtię placuit certis indiciis per ſubiectam creatori creaturam viſibiliter apparere, & ſylla-
batim per tranſitorias temporum morulas humanę linguæ vocibus loqui. ¶ Dei autem loquutio Dei lo-
vt ſentiunt triplex eſt. Prima, per ſubiectam creaturam, & hoc vel per viſiones corporales aut ſpecies quutio tri
viſui auditui & cæteris ſenſibus exterioribus impreſſas: ſicut Moyſi in rubo & igne apparuit, Exod. 3. plex.
Abrahæ ſimiliter & Loth, quibus per angelos loquutus eſt, Gen. 15. 17. & duobus cap. ſequentibus. Bal
thaſar quoque apparuerunt digiti quaſi manus hominis ſcribentis contra candelabrum in ſuperficie
parietis, Daniel. 5. Secũdo loquitur per ſpecies virtuti imaginatiuæ impreſſas: de qua loquutione Eſa.
6, Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum. Sed quomodo vidit? Non quòd diui-
nitatem dei agnouerit, inquit Hieronymus, quæ inuiſibilis eſt oculo corporali, Exod. 33. Non videbit
me homo & viuet. Et Ioannis primo, Deum nemo vidit vnquam: ſed in aliquibus ſpeciebus virtuti

imaginatiuæ impressis diuinitatem intellexit,quemadmodnm Ezechiel, vt patet sul lib. cap.1. Quæ E
loquutio dormienti sicut vigilãti fit,vt patet Gen. 41.de Pharaone,& Matth.1.de beato Ioseph,cui in
somnis apparuit angelus domini. Tertius autem loquendi modus neqne per hominem neque per
creaturam vllam fit,sed occulta tantum inspiratione,qua inuisibiliter corda immediate illustrat.Cuius
loquutionis qnemadmodum præcedẽtium meminit August.lib.12.de Gen.ad literam, cap.26.& duo

Deũs variis modis agnosci-tur.

bus sequentib. Varie,inquit,deus agnoscitur à prophetis vita præsenti. Vno modo ,quãdo virtuti ima-
ginatiuæ à deo aliquæ formæ imprimũtur,in quibus intellectus illustratus cognoscit veritates spiritua
les,vbi sese super eas reflectit. Alio modo,quãdo sine tali imaginaria visione deus immediate illabitur
intellectui nostro,vt intelligat veritatem supernaturalem.qui modus cęteris excellentior est & paucis
admodum concessus.Quo Moyses à deo donatus est,cum Hieronymus in epistola ad Damasium,ip
sum iuxta possibilitatem humanam deum vidisse dicat: sitque de eo scriptum, Exod.33,Loquebatur
autem dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut amicus ad amicum. & Numer.12.Siquis fuerit
inter vos propheta domini,in visione apparebo ei,vel per somnium loquar ad illum.Quo loco duas
loquutiones expressit.mox autem subintulit,At non talis seruus meus Moyses,ore enim ad os loquor
ei.De hoc tam vario loquutionũ genere,vide August. lib.8.de Gen. cap.17. ¶Occurrit autem hoc lo
co,cur Apostolus qui Christi pręeminentiam ostensurus erat,nõ æque dixit in Christi commendatio-
nem,loquutus est nobis in Christo sicut in filio. Sane iuxta Chrysost. id prudenter ac consultissime
egit.quanuis enim manifestum sit deum per Christum loquutum,vt patet Iohan.8.Quæ audiui à pa- F
tre hæc loquor.& cap.15.Omnia quæ audiui à patre meo nota feci vobis: Infirmi tamen adhuc erant
Iudęi,necdum poterant de Christo aliquid magnum percipere,cuius mors tunc præsentissima multis
erat scandalo.1.Corinth.1.Prædicamus Christum crucifixũ,Iudæis quidem scandalum,gentibus au-
tem ignominiam.Idcirco cum omnis qui lactis particeps est expers sit sermonum iustitiæ dei, perfe-
ctorumque solidus sit cibus, infra cap.5.deum nobis in filio loquutum dixit,quem tamen mox Chri
stum dicturus erat. ¶Interim tamen prætermittendum non est quod Chrysost. hoc loco non ni-
si purgatis auribus suscipiẽdum scripsit. Vide,inquit,quomodo communem facit hanc causam,& se-
ipsum apostolis ordine pari coninngit, dicens,loquutus est nobis,quanuis ipsi Paulo vel istis non sit
loquutus,sed apostolis & per apostolos aliis.Intelligẽdum quippe est Christum ante passionem suam

Paulo dominus apparuit nõ angelus.

Paulo loquutum non fuisse,cum nondum conuersus esset.Post resurrectionem vero ipsemet Christus
Paulo apparuit & loquutus est,quemadmodum idem Chrysost. Homil. 3.in hanc epistolam fatetur,
Cornelio,ait,angelus astitit,& omnes apostolos angelus de custodia eduxit. Paulo vero ipse dominus
non angelus apparuit. Quod quispiam non attendens lapsus est, asseuerans angelum non Christum
Paulo apparuisse,cum scriptum sit.1.Corinth.15.Deinde visus est Iacobo, deinde apostolis omnibus,
nouissime autem omnium tanquam abortiuo visus est & mihi.Nec velim quispiam obiiciat,Christum
angeli ministerio Paulo apparuisse vt Moysi in rubo & igne monstratns est: Exod.3.Eo etenim loco
Paulus earum apparitionum meminit quibus Christus suę resurrectionis veritatem patefecit. ¶Su- G

Semel & multifariã quomodo loquutus dominus.

perest obiectionem quæ ex Psalmo 6t oritur dissoluere,vbi habetur,Semel loquutus est deus:duo hęc
audiui,quoniam potestas tibi magna est,& tibi domine misericordia.Si semel,quomodo multifariam
multisque modis? Si multis modis, quomodo semel? Videntur itaque hæc dicta inter se dissidere. At
non ita se habent.Semel nanque deus loquutus dicitur teste August. lib.5.de ciuit. dei cap.9.quia im-
mobiliter & incommntabiliter loquutus est. Sicut enim omnia etiam futura incommutabiliter nouit,
ita loquitur.Non est deus vt homo,vt mentiatur: neque quasi filius hominis, vt mutetur, Numer.23.
Et Malach.3.Ego deus qui non mutor. Semel igitur loquitur deus, qui secũda loquutione contraria
priorẽ non reuocat,nec verbum suum irritum facit.Vel secundo,vt idem August. dicto psal.ait, Deus
apud homines & hominibus sæpe multisque modis per multiformem creaturam loquutus est: & ita
hæc litera de loquutione dei extrinseca intelligenda est. Apud se autem & interne vel intrinsece semel

Loqui dei quid.

loquutus est,quia verbum vnicum genuit.Loqui enim deũ penes se,filium generare,verbum eructa-
re seu dicere,idem sunt, vt diffusius idem pertractat Augustinus psal. 44.

De dominatu, monarchia, & regno Christi.

Quem constituit hæredem vniuersorum. ¶Hic Christi excellentiã quò Iudęos
ad ipsius amorem sensim prouocet describere incipit,dicens cum mundi totius dominatorem a deo ef
fectum:quod vtique secundum humanæ naturæ dispensationem Christo competit,vt ait glo.interlin. H
proferens id quod psal.2.habetur,Postula à me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionẽ
tuam terminos terræ.vbi August.Hoc tam temporaliter secundum susceptum hominem intelligendũ
est,vt ad ipsam totam dispensationem temporalem,quæ pro genere humano,referatur quod dictũ est,
Postula a me &c. Ad idem Augustinus epistola 166 contra Donatistas.Huic rei argumento est quod
Rom.4.scribitur,Non enim per legem promissiones Abrahæ,ant semini eius,vt hęres esset mũdi.Sed
in quo semine hęc repromissio adimpleta? Sane in Christo. Abrahæ enim dictæ sunt promissiones &
semini eius.non dixit in seminibus,quasi in multis:sed quasi in vno,& semini tuo,qui est Christus:qui
Abrahæ semen censetur secundum humanam naturam. ¶Compertissimũ itaque est Christum homi-
nem orbis totius monarcham fuisse. Perdiscendum tamen est Christum hominem ius regium a paren
tibus cõsequutum:quippe qui à Dauid cæterisque regibus ortum habuerit.Matth.1.Hinc Hieronymus
Matth.17,Dominus noster & secundum carnem & secundum spiritũ filius regis erat:vel ex Dauid stir
pe generatus,vel omnipotẽtis verbum patris,ergo tributa,vt regum filius non debebat. Verum hoc ius
gentis vnius Iudæorum videlicet tantum extitit. Qnod vero totius mũdi rex & monarcha fieret,eo ha
buit quod ob naturam humanam diuino verbo hypostatice vnitam etiam,vt homo dei filius naturalis

A esset: quòd si filius, & hęres per deum, Galat. 4. ℭ Hic tamen occurrit quod Psalm. 39. habetur, Ego autem pauper sum & mendicus. quod de Christo intellexit Hieronymus, quẽadmodum & illud psal. 108, Persecutus est hominem inopem, & mendicũ. Et rursus, Matth. 8, dixit Christus, Vulpes foueas habent, volucres cœli nidos: & filius autem hominis non habet vbi reclinet caput suũ. Si adeo extremæ paupertati addictus est Christus, quid eum mundi dominum dixit Paulus? cum etiam Iohan. 18, dixerit, Regnum meum non est de hoc mundo. Non igitur mundi huius hæres censendus videtur. imo vere hoc illi demandatum est regnum, nilque dei promissa mentita sunt. cuius tamen administrationi libere cessit. Quemadmodum regis primogenitus religionem ingressus regni administrationem abs se abdicaret, licet eiusdem ius illi ingenitum foret. Quòd autem mundi huius regnum suum non esse dixit, hoc proculdubio de regno supremo & excellentissimo intellexit: cui si huius mundi regna conferas, ea nihili esse comperies, vt testificatur Chrysost. 82. Homil. in Iohannem. An non est mundi huius Christi regnum? Quid ni? Quomodo ergo inquit non esse? Non quòd hoc etiam non possideat, sed ꝙ in cœlo habeat imperium non humanum, sed longe maius atque præstantius.

Christus quomodo rex mũdi, cũ tamen pauper & inops.

Regnum Christi quomodo nõ est de hoc mundo.

Per quem fecit & secula. ℭ Vbi de Christi carne disseruit, ad eius perpetuæ dignitatis transcendit vestigium, diuinitatem ipsam videlicet, vt dicũt Chrysost. Theophilactus, & glo. ordin. Per ipsum enim filium, seu verbum sibi coæternum deus pater fecit non solum inuisibilia & immutabilia quæ minus nobis nota sunt, sed & secula mutabilia & visibilia, Psal. 1, Omnia per ipsum facta sunt. Et B Gen. 1, in principio creauit deus cœlum & terram. glo. ord. & interl. In filio suo creauit angelos, qui cœli nomine intelliguntur: quemadmodum per terram, creaturæ corporales. Quòd autem cœli nomine & terræ prædicta intelligantur, patet Esa. 1, Audite cœli, & auribus percipe terra. vbi Hieron. in cœlo, supernas angelicásque virtutes significat: in terra mortalium genus.

Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. ℭ Institutum suum iam apertius exequitur ad excelsiorem omnibus gradum perueniens, quo alium altiorem inuenire non possis, Christum deo patri coæternum secundum tamen diuinæ naturæ dispensationem ostendens: Cum sit splendor gloriæ patris, id est à patre procedat vt splendor à sole. Candor enim est lucis æternæ, & speculum sine macula Sap. 7. Sitque patri coæuus, quemadmodum & splendor cum re ipsa quæ splendorem emittit, & eodem momento illi collucet. Sicut enim sol aliquando sine radiis & fulgore cõspectus non est: sic nec pater sine filio aliquando intelligi potest, inquit Theophilactus. Ad idem August. lib. 1. de incarnatione verbi cap. 12, Splendor ergo lucis est vnigenitus filius ex ipso inseparabiliter velut splendor ex luce procedens, & illuminans vniuersam creaturam. Quæ omnia teste Chrysost. Homil. 2. in hanc epistolam religioso debemus accipere intellectu: & si quid absurdum fortasse occurrit, ab acie mentis abigere debemus, sicut vbique dum de deo aut aliquid loquimur aut audimus: cum inuestigabiles sint viæ eius, Rom. 11. Paulus itaque impropriis vtitur nominibus, qui propria reperi- C re non poterat, rerum temporalium similitudine ad ostendendam veritatem æternorum, patris videlicet & filii: quanuis temporalia integra collatione æternis comparari non possint. Hinc filius, ꝙ procedat à patre, splendori seu luci comparatur, quæ à corpore luminoso sole aut igne egreditur ℭ Maximum tamen discrimen & ingens dissimilitudo reperitur. Nam pater & filius etsi personaliter & realiter distinguantur, non tamen essentialiter: Ego & pater vnum sumus, Ioannis 10. Et rursum 14, Ego in patre & pater in me est. Splendor autem seu lux solis essentialiter distinguitur cum sit eius accidens. Quod Fotinus, Marcellus, & Marcion non intelligentes, in errorem prolapsi sunt, filium à patre essentialiter distingui percensentes. Contra quos pugnant testimonia huc inducta, & id quod sequenti litera habetur, in qua euestigio patris & filii consubstantialitatem & æqualitatem indicat, dicens eum figurã substantiæ patris, quia est vera & perfecta imago patris, Colos. 15, Qui est imago dei inuisibilis, primogenitus ante omnẽ creaturã. Naturalis item similitudo, forma, & eiusdem cum patre substantię, Philip. 2, Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualẽ deo. Hic alia versio teste glos. interlin. habet, & character substantię eius. Character autem, vt ait Chrysostomus, similitudinis omnimodę præbet indicium ad illud cuius character ostenditur, & suspicionem vel paruæ dissimilitudinis omnino non recipit. ℭ Nullus tamen hic moueatur audiens Paulum dei filium ob id patri æqualem dixisse quòd sit figura substantiæ eius seu imago: cum Gen. 1, dictum sit, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Quod nonnulli perperam intelligentes, dixere hominem ad similitu- D dinem dei factum non ipsam dei imaginem esse, quòd hoc præ se ferat veram & perfectam similitudinem, illud vero imperfectam tantum ostendat. Cuius sententiæ Augustin. aliquãdo extitit lib. octoginta trium quæst. quæstione 51, sed postmodum legens id quod 1, Corinth. 11 scribitur, Vir quidem non debet velare caput suum, quoniam imago & gloria dei est: priorem retractauit sententiam lib. 1, retractat. cap. 36. qui libro vnico de trinitate & vnitate dei, cap. vndecimo aliter sentiens dicit, quòd filius figura substantiæ & imago patris idcirco dicitur, quia plena & perfecta similitudo illius est: non ab illo ex nihilo facta, sicut homo, sed de illo genita nihil minus habens quàm ille cui est imago, nec in ea dissimile aliquid est. Homo vero imperfecta dei imago censetur, vt idem August. docet lib. septimo de trinitate, cap. finali. ℭ Verum quatenus hæc res compertior habeatur intellige ex Augustino libro primo de incarnatione verbi, cap. vndecimo, quòd imago interdum ea dicitur, quæ in materia aliqua vtputa, ligno, lapide, aut ære vel depingi vel sculpi solet. Interdum vero imago dicitur is qui natus est respectu illius à quo nascitur, cum videlicet similis est patri in lineamentis, facie, & corpore: & hæc est expressior similitudo & verior, quia naturalis: prior vero, solum artificialis. Prio-

Christus quõ splendor gloriæ patris

Pater & filius quõ inter se distingantur.

Character.

Christus quõ figura substãtię patris.

Homo quõ imago dei.

Imago dupliciter accipitur.

ri autem exemplo aptari potest is, qui ad similitudinem & ad dei imaginem primus hominum factus est: secundæ vero comparationi imago filii dei comparari potest. secundum hoc etiam, quòd inuisibilis dei inuisibilis imago est. E

Pater omnia per filiũ quomodo fecit.

ℭ Alia tamen subinde oritur difficultas. Nam si filius patri æqualis est, quomodo omnia à patre per filium facta dicuntur, cum pater & filius consubstantiales sint, & vnum sit patris & filii operandi principium? Quanuis pater eiusdem cum filio substantiæ sit, attamen per filium secula fecit filius quidem vt pater omnia operatur, Iohan. 5, Pater meus vsque modo operatur, & ego operor: tamen quicquid habet filius, habet à patre, essentiam & voluntatem quæ est operandi principium, vt idem filius testificatur: Omnia, inquit, mihi tradita sunt à patre meo Luc. 10. Ideo à patre habet ꝙ operatur, licet eodem principio. & ad hunc sensum pater per filium operatur, vel filio seu verbo, vt dicitur Iacobi 1, Voluntarie genuit nos verbo voluntatis suæ, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Huic solutioni proxime accedit Chrysost. Quid ergo, dicet aliquis, inquit, nonne ab ipso verbo facta sunt omnia? sed non sicut tu dicis, vel inaniter suspicaris, tanquam per aliquod instrumentum pater per filium fecit omnia: neque tanquam facere non potuisset, si ei non porrexisset dexteram, id est, si filius non secum cooperaretur. Sed sic dicitur operari per filium, quia constat eum opificem genuisse. Si enim causa eius pater est secundum quod pater hoc principium productiuum, multo amplius eorum causa est quæ per filium facta declarantur. Sicque per filium operatur, quia filio à se genito principium operandi contulit. Qua authoritate illa Scoti senten tia comprobatur, quam multi velut peculiarem illi adscribunt, quòd videlicet si filius à patre non procederet (id tamen fieri non posse existimes) nihilominus pater creaturam omnem produceret, causam autem filii patrem esse principium intelligas productiuum. F

Christus omnia cõtinet, administrando & conseruando.

Portánsque omnia verbo virtutis suæ. ℭ Vbi cuncta per filium facta esse dixit, postmodum summam authoritatem illi adscribit, eò quòd cum authoritate cuncta continet & gubernat, portans omnia verbo virtutis suæ, administrans & cõseruans omnia suo imperio, & sua infinita virtute. Siquidem dicunt Chrys. & Theophilact. cadentia & ad nihilum tendentia continet: quod non minus est, quàm mundum fecisse. sed si oportet aliquid audacius dicere, adhuc amplius est. Nã in faciẽdo quidem ex nullis extantibus rerum essentiæ productæ sunt, id est, ex nihilo. In continendo vero, ea quę facta sunt, ne ad nihilum redeant, præseruantur. Hic ergo dum reguntur à verbo, & inuicem sibi repugnantia coaptantur, magnum & valde mirabile, plurimæque virtutis indicium declaratur.

Christus purgatio & reconciliatio nostra.

Purgationem peccatorum faciens. ℭ Cum de ipsius verbi diuinitate disseruerit, explicat quemadmodum saluti prospexit, purgans nos & emundans à peccatis, Roman. 5, Gloriamur in deo per dominum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus. Ephes. 2. Vos enim qui aliquando eratis longe facti estis prope in sanguine Christi Iesu: ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. ℭ Quam Pauli sententiam plerique perperam accipiunt, qui sibi ocinsis & vota facientibus salutem obuenire putant, peccatorum purgationem à Christo factam asseuerantes, nec aliam à nobis expetendam esse: hominisque saluti sat esse. credere Christum passum mortuum, & ob iustificationem nostram à morte excitatum: Opera autem nostra quibus salutem promeremur, inania ac superflua existimant. Alii vero & si non superflua, ea tamen vt adiaphora, hoc est, indifferẽtia recipiũt. Nõnullis ita placẽt, vt fidei fructus, cui decori ac ornamẽto esse fatẽtur, nil tamẽ impletioni legis conferre. Verum quatenus hanc controuersiam inimici hominis verius calumniam dixero, paucis finiamus, ne obscuris obscura nectentes lectori fastidio simus, hanc fidei & operum regulam texẽdã duxi, Credendum est, fide qua deo adhęremus, & gratia peccatorem iustificari, non operibus ipsis: quę fide viua (quam formatam dicimus) priora sunt, tametsi iustificationi plurimum conferant. qua consequuta, vt legem impleamus, ipsis vita quidem æterna dignis studendum est. Huius propositionis pars prior probatur, Ephe. secundo, Gratia enim saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis, dei donum est: & non ex operibus, ne quis glorietur. Rom. 3, iustitia autem dei glo. interl. qua iustificabimur per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes: qui credunt in eũ. Et paulo post, Iustificati gratis per gratiam ipsius, & per redemptionem quæ est in Christo Iesu: quem proposuit deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. At cap. 5. iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad deum per dominum Iesum Christum. Ad Titum 3, iustificati gratia ipsius hæredes simus secundum spem vitæ æternę. Quòd autem operibus fidem viuam præcedentibus velut pręmio æterno condignis peccator non iustificetur, constat Ephe. 2, loco nunc adducto, & Rom. 4. Si vero qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiæ dei: sicut & Dauid dicit, Beatitudinem hominis cui accepto fert iustitiam sine operibus. glos. interl. præcedentibus, ipsa tamen opera iustificationi plurimum conferunt. Interior nanque contritio & peccatorum tristitia iustitiæ recuperandæ necessaria est. Hinc beatus Petrus Act. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Et Act. 20. Beatus Paulus erat testificans Iudæis atque gentibus in deum pœnitentiam, & fidem in dominum Iesum Christum. Matth. quoque. 3, & Luc. 3, beatus Iohannes dicebat, Facite dignos fructus pœnitentiæ. H

De operibus quæ considerãda.

Regula fidei, simul ac operũ.

Pœnitẽtia quid.

Opera satisfactiõi necessaria

ℭ Sed quid quæso aliud Pœnitentia est nisi peccatorum dolor & tristitia? dicente Paulo 2 Corinth. 7, seculi tristitia mortem operatur: quæ autem secundum deum tristitia est, pœnitentiã, in salutẽ stabilem. ℭ Sunt & opera exteriora satisfactioni ęque necessaria. Huius rei cõpertissimum est testimonium quod Luc. 7, de beata Magdalena habetur, quæ peccatorum doloris lachrymas adiecit, quibus pedes domini rigauit, quos capillis tersit. Laudatur itẽ publicanus ille, qui vt Lu. 18. dicitur, mano pectus tõdebat oculos in terrã defixos tenẽs. Legimus etiã quòd beatus Petrus à Christo

A in memoriam delicti reductus poſt ſui peccati dolorem egreſsus foras fleuit amarè, Matth. 26. Vbi Hiè
ronymus, Egreditur foras de impiorum conſilio, vt negationis ſordes amaris fletibus lauet. Nun-
quid etiam viri Niniuitæ quòd poſt ſuorum peccatorum à deo poſtulatam veniam ieiunium in
cinere & cilicio celebrauerint, à Chriſto commendantur, Matth. 12, & Luc. 11? Huc accedit quòd Mat-
th. 11. ſcribitur, Tunc cœpit exprobrare Chriſtus ciuitatibus in quibus factæ eſsent plurimæ virtutes, &
pœnitentiam non egiſsent. Contextum tamen literę paulisper attendamus, quo ſaluator quid pœniten
tiæ nomine velit, aperte explicat ſubiungens, Ve tibi Chorozain, ve tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro &
Sydone factæ eſsent virtutes quæ in vobis, olim in cinere & cilicio pœnitentiam egiſsent. ❡Non ita-
que peccatorum dolor aut fides in deum & Chriſtum iuſtificationi ſufficiunt, cum opera exteriora quę
ſatisfactoria diximus, veræ pœnitentiæ ſaluator copulauerit. Non igitur abs re peccatori dictum eſt Da
niel. 4, Peccata tua eleemoſynis redime. Et Luc. 11, Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vo-
bis. Eſt & Confeſsio neceſsaria, ſuper qua poſt hac effuſius diſseremus. In pręſentia autem operum tan
tum ratio habenda eſt, quibus adepta iuſtificatione ſtudere operæprecium eſt, vt docet Paulus Eph. 2,
Ipſius enim, ait, ſumus ſactura, creati in operibus bonis, quæ præparauit deus vt in illis ambulemus.
Coll. 1, Ambuletis digne, deo per omnia placentes, in omni bono opere fructificantes. Rom. 2, Non au
ditores ſed factores iuſtificabuntur. Galat. 5, In Chriſto Ieſu neque circuncisio aliquid valet neque præ-
putium, ſed fides quæ per charitatem operatur. Heb. 11. Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt
iuſtitiam, adepti ſunt repromiſsiones 2. Pet. 1, Quapropter fratres magis ſatagite vt per bona opera
certam vocationem veſtram & electionem ſaciatis. Hæc enim ſacientes non peccabitis aliquando. Prę
B terea ſi ad legis adimpletionem opera præcepta non forent, quid dominus reprobis eorum omiſsionē
adeo improperat, Matth. 25, dicens? Eſuriui & non dediſtis mihi manducare. Sitiui, & non dediſtis mi
hi potū. Hoſpes erā, & non collegiſtis me. Nudus, & nō operuiſtis me. Quid rurſus propter opera ipſa
electos tantopere effert, vt eos beatitudinem huiuſcemodi operibus promeruiſse eo loco dicat? Sic ita-
que purgationem peccatorum Chriſtus egit, vt emundati optimis ſtudiis inuigilemus, Tit. 2, Qui dedit
ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret populum ſibi acceptabilem,
ſectatorē bonorū operum. Vbi ſtudioſe vtrunque Paulus expreſsit. ❡Non inficior tamen opera no-
ſtra niſi diuina liberalitate & acceptatione gratia cōcurrente pręmio ęterno digna fore, iuxta illud 2,
Corint. 3, Non enim ſumus ſufficientes ex nobis quaſi à nobis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Si vero
operibus gratia deſit, quanuis ipſa præmio æterno indigna ſint, non tamen prorſus inutiliſa, vt nonnul
lis placet: cum temporalibus bonis conquirendis non parum conferant: peccatorique, quò facilius re-
ſipiſcat, plurimum ſuffragentur. Huius propoſitionis pars prior probatur Exod. 1. Benefecit deus obſte
tricibus AEgypti, & quia timuerunt deum, ędificauit illis domos. Vbi glo. poſt. Auguſt. & Grego. Ea-
rum miſeratio, quæ ob peccatum in æterna vita retribui non potuit, in terrenam retributionem & ad
temporalium bonorum abundantiam inclinata eſt. Alterius partis veritas Act. 8. oſtenditur, vbi de eu-
nucho Candacis reginæ AEthiopū ſcriptum eſt, quia veniſset adorare in Hieruſalem, & dum reuerte
retur Iſaiam legeret, à Philippo inſtructus baptiſmatis lauacro purificari meruit, qui tamen gentilis &
C peccatis irretitus erat. hinc gloſ. eo loco, hic AEthiops mutauit pellem, quia ſordes peccati in lauacro
depoſuit: AEthiops merito, & natura. ❡Nō igitur probarim opinionem illorum, quam ſemper ingra-
tam habui, qui omnia opera extra gratiam facta, peccata dicunt: cum nullus adeo impudens ſit vt ſce-
lera apud deum præmio vel temporali digna percenſeat. Huic præterea ſententiæ aduerſatur Hieron.
Gal. 1. Vnde, ait, multi abſq; fide & euangelio Chriſti vel ſapienter ſaciūt aliqua, vel ſanctè, vt parenti-
bus obſequantur, vt inopi manum porrigant, non opprimant vicinos, non aliena diripant. Quòd ſi ſan
ctè, non hæc peccata iudicanda ſunt. Idē Hier. in epiſtola ad Demetriadā, Quàm multos enim philoſo
phorum & audiuimus, & legimus caſtos, patientes, modeſtos, liberales, abſtinentes, benignos, & hono-
res mundi ſimul & delitias reſpuentes, iuſtitiæ quoque amatores. Vnde quæſo hominibus alienis à deo
iſta, quæ deo placent? Vnde autem illis bona, niſi de naturæ bono? Si igitur deo placent, & bona cenſen
tur, quis ea niſi prudenter indoctus peccata exiſtimabit? Adde Auguſt. lib. 5. de ciuit. dei, cap. 15. dicen-
tem, Romanos, quia multa præclara & laude digna exercuerant, præmio tamen æterno indigna, tem-
porali munere à deo donatos. His inſuper omnibus fidem facit gloſ. ordi. Numer. 11. quæ Origenis eſt.
Non hic prætermittendum quòd hæc opinio concilii Conſtantien. ſeſsione. 15, & nouiſsima, reproba-
ta videtur, & Iohannis Huſs damnatis erroribus annumerari, dicentis, Diuiſio immediata humanorū
operum eſt, quòd ſint virtuoſa vel vitioſa: quia ſi homo eſt vitioſus, & agit quicquam, tunc vitioſe agit:
quemadmodum ſi virtuoſus, quicquid operatur, ſtudioſum eſt. Sicut enim crimen, aiebat, quod vitium
dicitur ſiue peccatum mortale, actus hominis inficit: ita virtus omnes hominis actus viuificat, nilque
medium inter bonum opus ſeu meritorium & peccatum. ❡Verum ſi quiſpiam dicat Iacobi 2 dictū,
D Abraham ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare, quomodo ergo peccato-
rem operibus non iuſtificari aſſeueramus? Attendat iuſtificationem eo loco pro acceſsione, quam quis
priori iuſtitiæ efficit, accipi, non pro impii purgatione: quemadmodum glo. ord. & interl. teſtifican-
tur, imo & contextus ipſe. Vides quoniam fides cooperatur operibus illius, & ex operibus fides cōſum-
mata eſt. Adde huc quòd Apocal. 21. ſcriptum eſt, Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. Poſtremo ſilentio
obmittendum non eſt, quòd huius controuerſiæ author, ad Galat. 2. poſt multam concertationem pro
lixioremque fidei & operum digreſsionem, tandem Auguſt. adhęſit, qui libro 4. de trinit. cap. 3. Chriſti
paſsionem ſacramentum dixit, quòd ſignificet, & credentibus donet mortē peccati in nobis. Quomo-
do aūt id fiat paulo poſt idem Aug. explicat, quod tamen alius ſubticuit, proferens Paulum Roma-
norum 6, Scientes quia vetus homo noſter ſimul confixus eſt cum illo, vt euacuetur corpus peccati,

Opera noſtra niſi ex diuina liberalitate prēmio eſſe digna æterno.

Opera extra gratiā facta, an ſint peccata.

Abraham quomodò ex operib. iuſtificatus.

Iuſtificationis duplex ſignificatio.

Crucifixo hominis cũ Christo, quid.

& vltra non seruiamus peccato. Crucifixio enim interioris hominis pœnitentiæ dolores intelliguntur, E & continentia quædam salubris cruciatus per quam mors impietatis perimitur, in qua nos non dereliquit deus: & per talem crucem euacuatur corpus peccati. hæc August. Cuius sententiæ illud Pauli Rom.8. consonat, Si compatimur, & glorificabimur. quod & prędictus postmodum innuit dicens post August. eam exemplum esse, quemadmodum.1.Petri.2. dicitur, Christus pro nobis passus est, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Exemplum itaque est (& recte quidem) quòd & nos imitari eum oportet patiendo moriendóque corporaliter, si causa affuerit.

Sedetque ad dexteram maiestatis eius in excelsis, tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hęreditauit. ¶ Vbi initio ob auditorũ imbecillitatem Christum prophetis prętulit, nunc vero altius progrediens & angelis anteponit: sensim hoc pacto auditores ad veritatem traducens, idque duplici ratione. ¶ Altera, quòd Christus sedeat ad dexteram maiestatis in excelsis, hoc est omnibus altior & eminentior in cœlestibus sit. Consessus enim vt sentit glo. Chrys. & Theophilactum sequuta, nihil demonstrat aliud nisi honoris parilitatem, qui secundum naturam superiorem & diuinam Christo competit. Si vero Christum sedere ad dexteram maiestatis secundum humanam naturam quis accipiat, intelligat Christum secundum eandem quibuscunque creaturis in gloria præfectum, Ephes.1, Suscitans illum à mortuis, & constituens ad dex- F teram in cœlestibus supra omnem principatum & potestatem & virtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. ¶ Altera aũt ratione, quia tanto melior angelis effectus est, dignior & excellentior etiam secundum humanæ naturæ dispensationem, veluti omnes interpretes sentiunt, quanto præ illis differentius & excellentius nomen accepit. de quo Matth.1. Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum à peccatis eorum. quod nec angelorum eminentissimo deus contulit. ¶ Verum quomodo differentius & perfectius præ angelis nomen hæreditauit, cum iusti omnes, angelos ne dicam, sed & homines angelis inferiores dei filii cẽseantur? Matth.5, Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur. longe quidem aliter angeli & homo hoc nomine à Christo appellantur. hic enim, iure originis filius naturalis est, illi vero adoptiui, Ephes.1, Qui prædestinauit nos in adoptionẽ filiorum per Iesum Christum in ipsum. Hac ratione argumenta quæ in hanc partẽ subobscura videntur, quibus nonnulli Christum dei filium adoptiuum ostendere contendunt, facile dissolui possunt. Nempe & si angelo concreata esset gratia, non tamen animæ Christi, ob id Christus adoptiuus filius non diiudicaretur sicut angelus, sed naturalis: quod hic non iure suæ creationis aut generationis, sed per gratiã suæ naturæ accedẽtem id muneris consequeretur, Christus vero iure suæ originis naturalis foret, non ergo adoptiuus. ¶ Obiiciunt item nonnulli id quod psal.8. scribitur, Minuisti eum paulominus ab angelis, Si minoratus angelis, quomodo præ illis differentius nomen accepit? Si de diuinitate locus hic intelligi posset, hæc obiectio facile dilueretur. At quoniã Christum angelis meliorem effectum dicit, quod prorsus à diuina natura alienum est secũdum quam filius G patri consubstantialis est, ab ipso natus, non factus aut effectus, vt ex symbolo Niceno constat. Proinde versatur hic sermo de Christo homine, qui angelis passione minor extitit, maior autem gratiæ plenitudine. Non enim datus est Christo spiritus ad mensuram, Ioh.3, sicut angelis & vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi, Eph.4. hæc ex mente August. dicto Psal. dicẽtis de Christo. Propter ipsam infirmitatem carnis, quam sapientia dei gestare dignata est, & passionis humilitatem, recte dicitur, minuisti eum paulominus &c. Vel secundo, angelis maior effectus est, quia filius dei naturalis, cæteri vero adoptiui, vt dictum est.

Christum sedere ad dexteram patris, qd.

De minoritate, maioritate, & excellẽtia Christi ab angelis.

Cui enim aliquando angelorũ dixit, Filius meus es tu, ego hodie genui te? ¶ Probat authoritate veteris instrumenti quæ à Iudæis recepta est, id quod præmisimus, proferens quod Psalm. 2. scribitur, Cui enim angelorum dixit deus, pater, aliquando, filius meus es tu, naturalis, ego hodie genui te, hoc est, in æternitate. quia quicquid est ęternum, semper est. hinc Chrysost. & Theophilact. Nihil hic aliud manifestat, nisi quòd à principio, & ex quo pater est, filium generauit. Sicut enim esse ex præsenti tempore dicitur, quod deo ascribitur, Exod.3, Qui est misit me ad vos: ita hodie præsentis temporis est quod deo maxime congruit, vt se sempiternum ostendat. Tempora siquidem & si multiplicia sint, deo tamen præsentia sunt. Idcirco sicut pater ab æterno genuit filium sibi ęqualem: ita nunc generat & generabit, idem enim nunc æternitatis verba illa significant quod semper est, & diuersis temporis nostri differentiis coexistit. Potest & secundum carnem teste Chrysost. hoc accipi. Etenim caro communicat altioribus, sicut & diuinitas humilibus communicare dignata est: quo fit, vt hic homo à deo in æternitate genitus sit, demonstrato diuino supposito in humana natura subsistente. Hinc Hebræ.13, Christus Iesus heri hodie & in secula. & Ioannis 8, Amen dico vobis, antequam Abraham fieret ego sum.

Hodie.

Tempus pñsens deo potissimũ cõgruere.

Et rursus, Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. ¶ Affert aliud scripturæ testimonium, quo Christum dei filium naturalem docet, id videlicet, quòd.1.Paral.22. scribitur, Et rursum de eo dicit deus, pater, Ego ero illi, Christo, in patrem, & ipse erit mihi in filium. ¶ Verum cum authoritas illa secundum historiam de Salomone intelligatur, vt patet.2, Regũ.7, vbi eadem sententia est. eo quippe loco habetur, ipse ędificabit domum nomini meo, templum videlicet: & ego ero illi in patrẽ &c. qd cũ Christo cõmune habebit? Aduerte aliquot sacræ scripturæ loca sic Salomoni cõuenire, ꝙ Christo nullatenus cõpetere possunt, licet Salomõ typũ & figurã Christi prętulerit. Huius rei testẽ habes Aug. in enarratione Psal.71.&.126. Optime igitur, ait, hoc egit misericordia dei, & spiritua

De figura seu typo & figurato.

A eius,vt quicquid boni p Salomonẽ gestũ est aut dictũ,deo & Christo asseriberetur:peccatũ vero homini soli.vt est illud quod.3.Reg.11.scribitur,ꝙ cũ senex esset,deprauatũ est cor eius per mulieres.Itẽ ꝙ lucos idolis consecratos permiserit,& pleraque his similia.Nonnulla autem dicuntur de Salomone vt Christi figuram gessit & similitudinem,quę soli Christo etiam secundũ historiam conueniunt,Salomoni nequaquam.Hinc Hieron.Daniel.11,Illud enim quod de domino saluatore psal.71.dicitur,qui pręnotatur Salomonis,Salomoni non valet conuenire.Neque enim permansit ipse Salomon cum sole,& ante lunam in generatione sua,cum multo post creationem mundi natus fuerit,neque dominatus est a mari vsque ad mare,& a flumine vsque ad terminos orbis terrarum.Neq; ante solem permansit nomen eius,nec benedictæ sunt in ipso omnes tribus terræ.Ex parte autem & quasi in vmbra & imagine veritatis in Salomone pręmissa sunt,vt in domino saluatore perfecte implerẽtur.hęc Hieron.Ad idẽ Aug.in enarratione prędicti psalmi,In Salomone quidem ait psalmi huius titulus pręnotatur, sed hæc in eo dicũtur quæ non possunt Salomoni regi Israel secundum carnem conuenire, domino autem Christo aptissime conueniunt.Vnde intelligitur etiam ipsum vocabulum Salomonis ad figuratam significationem adhibitum vt in ipso Christo accipiatur.Ad idem Aug.lib.13.contra Faustum Manicheũ cap.7,plures psalmos proferens qui in persona aliorum figuram Christi gerentium recensita de Christo intelliguntur, vt est psalmus secundus & tertius:qui etsi in persona Dauid dicantur,Christo tamen conueniunt.Alia autem de Salomone in scriptura sacra vtroque modo enarrãtur.quę videlicet in ipso & Christo cuius figurã gessit etiam secundum historiam impleta sunt,perfectius tamen in Christo.quemadmodum est autoritas hic

B adducta:quæ tametsi de Salomone intelligatur quia filius dei adoptiuus seu per gratiam ante lapsum eius extitit,& idcirco à Nathã domino amabilis dictus est.2.Reg.10. ¶Hine inferas ex eodẽ textu duplicem sensum litteralem colligi.quod enim in veteri instrumento secundum historiã de Salomone scriptum est,idipsum de Christo Paulus intellexit. Quod idcirco dixerim, propter nonnullos, quibus dubium est eiusdem scripturæ sensum litteralem multiplicem haberi,aliquibus autem non inesse placet. Contra quos est Aug.senteñ.lib.3.de doct. Christ. cap.25.quando ait,Ex eiusdem scripturę verbis non vnũ aliquid.i.vnus sensus,sed duo vel plura sentiũtur:etiam si latet quid senserit ille qui scripsit,nihil periculi est,si quodlibet eorũ cõgruere veritati ex aliis locis sanctarũ scripturarum doceri potest.id tamen eo conante qui diuina scrutatur eloquia,vt ad veritatem perueniatur autoris per quem scripturam illam spiritus sanctus operatus est.Demum sequitur,In diuinis eloquijs largius & vberius potuit diuinitus prouideri, vt eadem verba pluribus intelligantur modis.Et lib.primo de Gen.ad litteram cap.19,Non incõuenienter creditur duplicem sensum eandem litteram habere,si vtriq; sententiæ debita circunstantia suffragatur.Lib.item.15.de ciuit.dei,cap.13,& lib.83.quęst.quęstione.43.adde Hieronymum Eph .5.locum illum interpretãtem,Sacramentum hoc magnum est,ego dico in Christo & ecclesia,dicẽtem,Gregorius Nazianzenus vir valde eloquẽs,& in scripturis aptissime eruditus,cum de hoc mecũ tractaret loco,solebat dicere,vide q̃tum istius capituli sacramentum sit,vt Apostolus in Christo illud & in ecclesia interpretans non se ita asserat vt testimonij postulabat dignitas expressisse:sed quodammodo dixerit,Scio quia locus iste ineffabilibus plenus sit sacramentis,& diuinum cor quærat interpretis.Ego autem pro pusilli-

Ex eodẽ textu duplicẽ imo multiplicẽ sensum colligi interdum.

C tate sensus mei in Christo interim & ecclesia intelligendum puto.Constat itaque loci vnius scripturæ nõ vnicam fore intelligentiam,sed multiplicem & variam.Præter autem hunc locũ habes id quod Isai.53. scribitur,Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras,attritus est propter scelera nostra . Vbi Hiero.Nos pro nostris sceleribus debebamus sustinere,ille pro nobis omnibus passus est.Matth.tamẽ.8. inducitur autoritas illa,vt ad corporales infirmitates nostras etiam a Christo sanandas referatur.vbi dicitur,Eijciebat spiritus verbo,& omnes male habẽtes curauit,vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam, Ipse infirmitates nostras accepit,& ęgrotationes portauit.Accedit id quod Aggei.2.scribitur,Adhuc autem modicum & qui venturus est veniet,& non tardabit.quod de primo Christi aduentu in carnem interpretes eo loco dicunt intelligendum,quemadmodum ex literæ contextu compertum est.Inducitur tamen a beato Paulo infra cap.10.vt de secundo Christi aduentu in iudicium intelligatur: vbi dicitur, aliquãtulum & qui venturus est veniet,omnium retributor.quod vtiq; futuro iudicio fiet.¶AEque omnia optarem studiose pertractaret is,qui in responsionibus Eccianis vnicum sensum esse & principalem scripturarum dixit, nec duos eam habere posse:quia,vt inquit,ex duobus sensibus nihil probari posset.priorem enim sententiam facile retractasset.Quod autem ipse cum nonnullis in hanc partem obiicit,quia si eiusdem scripturæ multiplex & varius sensus haberetur,nullum efficax ex ea argumentũ desumi posset: fallacia quippe ęquiuocationis aut amphibologiæ.Quòd aiunt,huiuscemodi argumentum facile refelleretur,nil prædictæ assertioni nostræ officit.Vbi enim sensus illi omnes ecclesiæ autoritate recepti essent, ex eorum quolibet efficax argumentum traheretur,quemadmodum ex textu hic adducto,viro catholi-

D co æque probatur quòd Salomon dei filius extitit,& Christus naturalis: cum recepta scriptura vtrunq; expresserit.¶Et ita iudicandum est de sensu mystico,à quo efficax argumentũ non haberi plerisque placuit.cuius sententiæ est Lyranus hoc loco proferens Aug.epistola ad Vincentium Donatistam , quæ est 48.Nihil tamen huius rei meminit Aug.nisi forsan quis illam eiusdem epistolæ sententiam illi suffragari arbitretur.Quis autẽ,ait,non impudentissime nitatur aliquid in allegoria positum pro se interpretari nisi habeat manifesta testimonia?Quam in ipsum contorqueo.nãq; teste Augu.vbi manifesta testimonia adfuerint,allegoria vtimur: vbi vero defuerint,illam prętermittimus.Sed quod quęso ecclesię autoritate testimonium manifestius,à qua scripturæ canonicæ robur maxime pendet?Idcirco ex illo Pauli Gal.4, Scriptum est quoniam Abraham duos filios habuit,vnum de ancilla,& vnum de libera:sed qui de ancilla,secundum carnem:qui vero de libera,secundum repromissionem:quæ sunt per allegoriam dicta:æquę efficax argumentum velut ex litterali,qui Gen.12.habetur,deducitur:cum sensus vterq; scripturis cano-

Idẽ in mystico sensu contingere.

nicis inferatur,& ab ecclesia receptus sit. Illud etiá quod Exod.17.scriptum est,quomodo populus aquá E de petra miraculose profluentem bibit,cum ad Christum iuxta allegoriam Paulus hoc ipsum traducat,1.Corint.10.Omnes eundem potum spiritalem biberunt:bibebant de spiritali consequente eos petra: petra autem erat Christus.Ex vtroque sensu ratio quæ repugnantē conuinceret desumitur.

Vter sensus in huiusmodi sequēdus sit.

¶Vter vero eorum sequendos sit,vbi huiusmodi scriptura,quæ vni & alteri sensui innititur, occurrerit,idem textus structura aperte manifestat.Hęret quippe sibi sermo diuinus,ait Hieronymus,Math.10,& sequentia pendent ex superioribus.Idcirco prudens lector caueat semper superstitiosam intelligentiam,vt non suo sensui attemperet scripturas,sed scripturis iungat sensum suum,& intelligat quid sequatur.Et rursus cap.12, Vt contextus loci non passim & vagus in diuersum fluctuet,atque insipientium more turbetur:sed hærens sibi respondeat,vel ad priora vel ad posteriora referatur.

Doctorū, à scriptoribos canonicis, sententię quatenus cōuincunt.

¶Cum autem contingit sensus illos ecclesiæ autoritate non fore receptos,sed a doctoribus opinionis integræ & bonæ expectationis collectos,tunc ii rationem solum probabilem non conuincentem suppeditant.Huic rei fidem facit Hieron.Ezech.26. dicens,Prudens lector ac diligens debet ignoscere labori meo:aut si melius quid potuerit inuenire & ego in eius transibo sententiam.Idem Micheæ.2, Si quis autem in lege domini die ac nocte meditatus maius habuit studiū,maius ingenium,& potest de præsenti cap.probabilius aliquid dicere,non inuideo,non aspernor:quin potius cupio ab eo discere quod ignoro,& libēter me discipulū profitebor.Nec mireris si in seipsum Hieronymus proferat hāc sententiá,qui viros sua ętate probatos ac eruditissimos nō in omnibus se sequutū fuisse in procemio Oseæ fatetur. Adde Aug.in prologo lib.3.de trinitate,cuius verba habentur in cap.Noli,distinc.9.Noli,inquit,meis litteris quasi canonicis scripturis deseruire:sed in illis & quæ non credebas cum inueneris incunctanter crede:in istis autē quod certum non habeas,nisi certū intellexeris,noli firmum tenere Et in epistola ad Hieron.cuius verba habentur in cap.Ego solus,eadem distinc.Alios autem doctores à scriptoribus canonicis ita legi, vt quantalibet sanctitate quantave doctrina polleant,non idem verum putem quia ipsi ita senserunt,sed quia mihi per autores vel canonicos vel probabiles rationes quod à vero non aberrat persuadere potuerunt.Idem lib.12.Confessionum.cap.25, Non tamen temere à tantorum patrum sententiis recedendum est,præsertim quòd multo vsu & diutina consuetudine eorum,vt suspicienda recepta sit autoritas,sitque hoc ecclesiæ censura definitum in cap. Sancta Romana,distinc.15.

Vbi res in controuersiam vocatur,quid agendum

¶At vbi inuicē digladiantur,resque aliqua inter eos in controuersiam versatur,verbi gratia,vt est mundi creatio subita absque dierum reali successu:Petri reprehensio à Paulo facta, & his similia,tunc audiendus est Hieronymus,qui Sopho.2.inquit,Si quis autem magis verisimilia & habentia rationē quàm à nobis sunt disserta repererit,illius magis lector autoritate ducatur.Et in Abdiā, In hoc propheta & adolescentuli lusimus,& senes prēsumpsimus:qui veriora & meliora dixerit,in illius sententiam transgredere.

Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ dixit,Et adorēt eum omnes angeli dei. ¶Tertio probat alia autoritate psalm.96.Christum secundum carnem angelis superiorem dicens,Et iterum cum introducit primogenitum filium suum (cuius generatio G creaturam omnem pręcessit)Rom.8,in orbem terrę,vt carnem assumeret.

Exitus cur dicatur aduentus Christi in carnem.

Quemadmodum enim Christus aduentum suum in carnem exitum vocat Iohan.16, Exiui a patre & veni in mundum:ita Paulus,vt ait Chrysost.homilia 3,Introitum Christi in hunc mundum carnis assumptionem appellauit. Nec abs re tam variis & diuersis scriptura vtitur nominibus.eo enim aduentus Christi in carnem Exitus dicitur,quia ad eos venit qui foris eramus,& elongati a deo per offensam,Rom.5,Commendat deus charitatē suam in nobis,quoniam cum peccatores essemus,secundū tempus Christus pro nobis mortuus est.

Idem cūr introitus dicatur.

¶Paulus vero introitum nominat ex metaphora hæreditatum per ius dominandi in aliqua possessione inuentum. dicendo enim,introducit,hoc significat quòd committit ei mundum gubernandum,qui tunc totū orbem terrę possedit,cum ab vniuersis est agnitus.& ita Chrys.Theophilact.post Greg. Nisenom & Cyrillum. glos.similiter ordin.de primo Christi aduentu,hunc locum interpretatur,quo totius mundi hæres constitutus est:licet Lyranus de secundo hoc intellexerit,quo tranquilla & perfecta orbis vniuersi possessione potietur,1.Corinth.15, Oportet enim illum regnare,donec ponat inimicos sub pedibus eius:tūc enim subiecta erunt illi omnia,dicit.Itaque cum introducit primogenitum in orbem terræ ait, Et adorent eum, Christum hominem,omnes angeli dei.hoc nimirum argumento ostendens Christi humanitatem angelis præfectam esse.

Adoratio

Adoratio quippe est serui ad dominum, & inferioris ad superiorem, quæ Christo etiam impendenda docetur psalm.98, Adorate scabellum pedum eius,glos.humanitatem. & Apocal.7. H Omnes angeli eeciderūt in conspectu throni,& adorauerūt eum. ¶Mirari tamē satis nequeo,quomodo dominus Lyranus glosæ ordin. præsentis psalmi succenseat,quòd ipsa glos.psalmum hunc Dauid edidisse,& in eius persona intelligendum fore asseuerauerit:cum eo loco dicat,Ad litteram illud tangitur hic,quòd mortuo Absalon iniquo filio Dauid,qui viuens patrem persequebatur:Dauid restituta est terra,& in pace regnauit.De quo hic non agitur,sed potius de significato,id est de ipso Dauid,vt Christi figuram tulit:licet titulus psalmi habeat,psalmus ipse Dauid,quando terra restituta est ei.cuius sensus est secundum eandem glos.psalmus ipsi Dauid,Christo videlicet,ascribitur,cuius typum & figuram Dauid gessit,quando terra ei restituta est,id est,Iudæa prius incredula ad Christum conuersa est: vel vbi eius caro,postquam crucifixus fuit,resurrexit.Apparet itaque,quòd de Christo secundum historiam prædictum psalmum intellexit:de Dauid autem tantum,vt est Christi figura.Idem sentit August.in præfatione prædicti psalmi,quam glos.sequuta est,à quo tamen sit editus non manifestat. Verum Hierony.in epistola ad Cyprianum, & in expositione psalm.36.psalmum illum a Moyse conscriptum docet.Moyses enim,inquit,non solum quinque libros reliquit,Genesim Exodum Leuiticum Numeros & Deuterono-

A minm:sed vndecim quoque psalmos, ab octogesimo nono vsque ad nonagesimum nonum. cur autem ipsi Dauid ascribatur, cum in hebræo, teste Hieronymo, titulum eius non pręferat, dictum est. Vel secundo dici potest, quòd Dauid vt Aug. in præfatione primi psalmi testatur, Ex omni populo quattuor principes spiritu sancto muudatos elegit, quorum nomina sunt Asaph Eman Ethan & Idithum, vt in quencunque spiritus sanctus intrasset, hymnum deo caneret: qui solum nouem psalmos proprio ore edidit. cum ergo iusserit illos scribi aut colligi, qui a Moyse & aliis in lucē emissa fuerant, illi iure ascribuntur, quia videlicet eius autoritate compilati. Ex his compertum est non omnes psalmos à Dauid compositos fuisse, quod & Hieronymus dicta epistola ad Cyprianum testatur, Sciamus quoque, ait, errare eos qui omnes psalmos Dauid arbitrentur, & non eorum quorum nominibus inscripti sunt. Idem Hiero. in epistola ad Sophronium, Psalmos omnes eorum testamur autorum, qui ponuntur in titulis, Dauid scilicet, Asaph, Idithum, Emau, Salomonis, Moysi, & reliquorum quos Esdras primo volumine comprehendit. Idē similiter Math. 13. ¶ Præterea notanda est hæc littera, ꝙ apostoli aut euāgelistę testimonia ex veteri testamēto proferentes, non verba sed sensum posuere. Prædicto enim psalmo habetur, Adorate eum omnes angeli eius. Adde hue Hiero. Math. 2. dicentem, Si fixum posuisset euangelista de scripturis testimoninm, nunquam diceret quod dictum est per prophetas, sed simpliciter quod dictum est per prophetam: Nunc autem pluraliter prophetas vocans ostendit non verba de scripturis sumpsisse sed sensum. Idem Gal. 3, Hoc autem in omnibus pene testimoniis quæ de veteri-
B bus in nouo assumpta sunt testamento obseruare debemus, quòd apostoli vel euangelistæ tantum explicato sensu sæpe ordinem commutauerūt, nonnunq̄ vel detraxerunt verba vel addiderunt. Et Ephe. 5, vbi de hac re textus apertus est.

Psalmos omnes à Dauid editos non esse.

Sensus nō verba ex veteri testamento pro testimoniis proferri solent plerunque.

Et ad angelos quidem dicit, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. ¶ Nunc docet angelos Christo inferiores, non solum quòd Christo deferant & ipsum venerari teneantur, verumetiam quia eius sunt ministri & serui, qui simul propter ipsum nobis obsequuntur: proferens quod psal. 103 habetur, Qui facit angelos suos spiritus, hoc est spiritus cęlestes suos legatos & nūcios. ¶ Spiritus enim teste glos. ord. naturę nomē est, angelus vero officii. Quos enim deus spiritus condidit, mittendo nuncios, angelos efficit. de quibus infra hoc cap. dicitur, Nōne sunt omnes angeli administratorii spiritus, & in ministerium missi, propter eos qui hęreditatē capiūt salutis? Dicit itaq;, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammā ignis, hoc est, Seraphin qui sunt ordinis superioris ęque ministrare voluit, acsi inferioris ordinis essent. Angelorū autem discretos ordines Damascen. lib. 2. cap. 3. post Dyonisiū lib. de cælesti hierarchia descripsit.

Spiritus & angelus idem nomen.

Ad filium autem, Thronus tuus deus in seculum seculi, virga æquitatis virga regni tui. ¶ Non præcedentibus contentus testimoniis, quin etiam aliud inducit
C psal. 44, quo per dignitatem simul & potestatem Christum commendat. Ad filium autem dicit deus pater, Thronus tuus, regnum tuum, & potestas iudiciaria: In seculum seculi, hoc est inęternū manet. Daniel. 7, Potestas eius, potestas ęterna. Et Luc. 1, Regni eius non erit finis. Quid vero causæ sit quòd regnum eius æternū perseueret, explicat: Siquidem virga æquitatis, virga regni eius: perinde ac dicat, Ideo regnum tuum æternū est, quia regula eius directiua, ęquitas est & iustitia. Esa. 11, Arguet in ęquitate pro mansuetis terræ. ¶ Iudæi vero qui Christi diuinitatē eiusdemq; imperium æternū obtrectant, hunc psalmū de Assuero interpretari nituntur: sed perperam, quemadmodum Hiero. erudite docet ex dicti psalmi titulo, qui hebraice legitur Lamnaxeah allosanim libne corah masKil sir ididoth: quod nos in latinum vertimus, Victori pro filiis liliorum Core, eruditionis cāticum amantissimum. Quòd autem ait, pro dilecto, totus psalmus refertur ad Christum: de quo pater loquitur in euangelio, Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui, Math. 17. Vel psalmus spiritualium nuptiarum continet sacramentum, id est coniunctionem Christi cum ecclesia. Initiatur ergo a voce paterna, Eructauit cor meū verbum bonū &c. Lyranus item apposite hoc ipsum ostendit. siquidē vbi legimus, Speciosus forma præ filiis hominū &c, Chaldaica versio quæ Iudæis accepta est, sic habet, Pulchritudo tua Messia, maior est q̄ filiorum hominum. De Messia igitur & omniū saluatore, non de Assuero intelligēdus est.

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatē: propterea vnxit te deus deus tuus
D oleo exultationis præ participibus tuis. ¶ Manifestat quemadmodum Christo æquitas cordi semper fuerit: quippe qui dilexit iustitiam dei, patris mandatis omni studio inhærendo factus obediens vsque ad mortem, Philip. 2, cui nil gratius aliquando extitit quàm patris voluntati intēdere. Ioh. 4, Meus est cibus vt faciam voluntatem patris mei, qui in cælis est. Est & illi plurimum infensa iniquitas; Sapiē. 14. similiter odio sunt deo impius & impietas eius. ¶ Quid vero inde pręmii Christus consequutus sit, aperit, Propterea, inquit, quia dilexisti iustitiam &c. vnxit te, o deus fili, deus, pater, oleo lętitiæ, & spiritali, spiritusancto videlicet, præ participibus tuis, id est præ cæteris electis. Vbi Paulus hebraice scribens hebraicam veritatem sequutus est, non septuaginta interpretes, qui præ consortibus legunt, velut ex Hieronymo perspicuum est: qui vtroq; modo & iuxta veritatem hebraicam & septuaginta interpretum editionem psalmos transtulit. Vnctus est igitur Christus spiritusancto prę participibus suis, quia non est ei datus spiritus ad mensuram, Ioh. 3. Et ita hanc litterā exponunt Chrysost. & Theophilac. hoc loco, Hiero. autē & Aug. dicto psalmo. Quanuis enim, inquit Aug. idē casus nominis repetitus putetur, in græco tamen euidentissima distinctio est, cum vnus nominatiui casus sit, alter vocatiui. Ex quo constat cum vnus deus duntaxat sit, Deuter. 6, Audi Israel, dominus deus tuus vnus est:

quòd idem deus est Christus cum deo patre,& illi consubstantialis. Hinc vt Chrysost.& Theophilac. E
placet,Paulus hic Iudæos,Arrianos,Paulum Samosateũ,Marcionem,Sabellium,omnemque hæreti-
corum conuentum simul percussit. Iudæos quidem,ostendens Christum verum deum esse, quod illis
ingratum erat,vt patet Luc.22.Et eadem consequentia Samosateũ,& Arrium,qui eum purum homi-
nem dicunt. Marcellum vero,& cæteros,quia hic sunt duæ personæ patris scilicet & filii secundum
subsistētias separatæ,licet eiusdem essentiæ. Marcionistas autem,ostendens quia non deus,sed huma-
nitas vngitur:prę participibus quidem vnctus est Christus. Sed qui Christi participes præter homi-
nes?Hic autem qui vnctus est,Christi nomen accepit. Christus enim a chrismate dicitur,& vnctionis
nomen est:nec in alio regno vngebantur reges & sacerdotes,nisi in illo regno vbi Christus propheta-
batur:& vnde venturum erat Christi nomen,id est in regno Israel,quam vnctionem Christi merito
suscipimus. Et ideo vncti & Christi nomine cēsemur psal.104,Nolite tangere christos meos,hoc est
spiritu sancto vnctos siue christos(si ita loqui concessum est)quia vncti reges Israel dicti sunt 1.Reg.
14,& 26.Absit a me vt mittam manum meam in christum domini.Saulem videlicet vnctum.& 2.
Reg.1,Quare non timuisti mittere manum tuam vt occideres christum domini?Apparet igitur quid
velint autoritates illæ 1.Petri 2,Vos estis genus electum,regale sacerdotium,gens sancta,populus ac-
quisitionis.& Apocal.5,Fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotium.quas plerique perperam in-
terpretantur.Sacerdotes enim christiani dicuntur,quia oleo vncti sunt non exteriori sed interiori, vt
dicit Aug.dicto psal.Cui Hieronymus consentit qui Malach.1,inquit,Genus sacerdotale & regale su- F
mus omnes qui baptizati in Christo Christi censemur nomine.Non tamen eo christiani sacris ordi-
nibus initiati sunt,nisi præter baptisma episcopi ordinatio accesserit,vt nonnulli temere asseuerarunt.
Contra quos aperte pugnat id quod ad Titum 1.scribitur,Huius rei gratia reliqui te Cretæ,vt ea quæ
desunt corrigas,& constituas per singulas ecclesias presbyteros.Quid enim hæc constitutio aut ordi-
natio contulit,si omnibus baptismate renatis sacerdotalis dignitas & sacramentorum conficiendorum
& administrandorum potestas donata est?Ad idem est quod 1.Tim.4 scribitur,Noli negligere gra-
tiam quæ in te est,quæ data est tibi per prophetiam & impositionem manuum presbyterii.Et cap.5,
Paulus instruens Timotheum episcopum super huiuscemodi ordinatione,dicebat,Manus nemini ci-
to imposueris,neque communicaueris peccatis alienis.quod vtique contingit vbi quempiam episco-
pus ordini sacro inconsiderate ascripsit.Et rursus 2.Tim.1,Propter quam causam adiuro te,vt resusci
tes gratiam quę data est in te per impositionem manuum mearum.Sed quid hanc manuum imposi-
tionem Paulus tantopere effert,nisi sacro ordini plurimum conduceret?At quid cōducere dico,quum
necessaria sit?His omnibus accedit quòd reges Israel tametsi vncti & Christi nomine censerentur,sa-
cerdotibus nihilo secius haud adnumerabantur,dicēte Paulo cap.7,In quo enim hęc dicuntur de alia
tribu est,quia de Iuda,videlicet in qua nullus altario pręsto est.Manifestum est enim quòd ex Iuda
ortus sit dominus,in qua tribu nil de sacerdotibus Moyses locutus est.Non igitur eo quòd quis de la-
uacro renascitur,aut Christi nomine censetur,sacro ordini initiari existimandus est,cum nouæ legis G
sacerdotium Aaronico seu Leuitico multo sit excellentius.Et vt paucis finiam,sacrorum conciliorum
super hac re sanctiones suspiciendas prętermittens,reticendum non duxi quòd Concilium Nicenum
omnium celeberrimum Actione prima,2,9,10,& 17,Clericis sacris ordinibus initiādis regulam pre-
scribit. ¶ Verum cum Paulus dicat Rom.11,Si enim gratia est,iam nō ex operibus:alioqui gratia iam
non est gratia:quomodo scribit ꝙ propter iustitiam dilectam Christus spiritu sancto interius vnctus
sit?Hac occasione textum hunc glosa interlinearis varie interpretatur.Prior expositio est,vt,propter-
ea,dicat causam finalem:& tunc sensus est,Propterea vnxit te deus oleo lætitiæ: vt hæc tibi inessent
quæ prædicta sunt vt diligeres iustitiam,& odires iniquitatem.Sicque ad iustitiam exercendam hac
vnctione illitus est Christus.Potest & in hanc sententiam interpretari,vt,propter,causam meritoriam
insinuet:& tunc sensus est,Quia dilexisti iustitiam &c.propterea vnxit te deus. ¶ Ast talis vnctio ad
corporis glorificationem & impassibilitatem,quam Christus meruit,referenda est,non animæ glo-
riam.Quam expositionem Hieronymus dicto psalmo 44,sentit,dicens,Alii reges qui typum Christi
prætulerunt,& regnando consortes dicti sunt,oleo corruptibili sunt vncti:hic vero dei filius a deo pa-
tre oleo exultationis, hoc est resurrectionis,ascensionis,dominationisque est delibutus. Non tamen
ob id existimandum est, quòd prius gratiam meruerit quàm sit illi collata,cum gratia prima me-
ritis nostris non ascribatur.licet contrariæ sententiæ Origenes,nisi purgatis auribus audiatur,esse vi-
deri possit,lib.2,Periarchon cap.6,vbi hanc litteram interpretatus ait, Verum quoniam boni ma- H
lique eligendi facultas est,hinc animæ quæ Christi est,ita elegit diligere iustitiam, vt pro immensi-
tate dilectionis & inconuertibiliter inhæreret,ita vt propositi firmitas & affectus immensitas & dile-
ctionis inextinguibilis calor omnem sensum conuersionis atque immutationis absciderit. Vbi,vt,
consequutiue accipi debet,non vt causam inducat meritoriam.velut Math.4,Ductus est Iesus a spi-
ritu in desertum vt tentaretur à diabolo.Vel tertio dici potest,quod Christus sua morte meruit non
vt deus esset, quod est errori Fotini consentire:sed quòd vbique deus esse manifestaretur. Philip-
pen.2,Factus est obediens vsque ad mortem:propter quod & deus exaltauit illum,& dedit illi no-
men quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur,& omnis lingua con-
fiteatur quia dominus Iesus in gloria est dei patris. Tunc enim fieri aliquid in sacra scriptura di-
citur,cum innotescit. Luc.2,Proficiebat autem Iesus ætate & sapientia & gratia apud deum & homi-
nes.non quòd suæ gratiæ quicquam accederet, cum Iohan.1.dicatur, Vidimus gloriam eius glo-
riam quasi vnigeniti a patre,plenum gratiæ & veritatis:sed quod hominibus eius gratia & sapientia
temporis decursu compertior fieret.

Christus

Vncti & Christi nomine cēsemur.

Christiani omnes sacerdotes: q̄uis nō omnes sacrorum ministri ordinati.

Vnctionē hācChristus quomodo promeruisse intelligatur.

Vnctio Christi quo referenda.

Fieri aliquid in scripturis quādo dicatur.

A **Et tu in principio domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cęli.** ❡Cuidam tacitæ obiectioni satisfacit. cum enim primogenitum in orbem terrarum prius dixisset introductum, ne quis idcirco filium patre inferiorem diiudicet, tanquam id donum rerum creationis & dispensationis filius a patre postremo consequutus esset: ipsum creaturæ non vltimo, sed à principio conditorem asserit, producens quod psal. 101 habetur. cuius verba ad filium diriguntur, Et tu domine in principio terram fundasti. hoc est, ante mundũ conditum terrã creasti, Isaię. 48. ❡Manus tua fundauit terram, & opera manuum tuarum sunt cæli. i. potentia. Manus quippe dei in scriptura sacra pro dei potentia accipitur: vt ait Hiero. Isaię. 5. Et Aug. lib. 6. de Genesi ad litteram cap. 12. hinc Exodi. 13. In manu forti eduxit vos dominus de AEgypto. Esa. 5, Iratus est furor domini in populo suo, & extendit manum suam super eum, id est potentiam. Nomine vero cæli & terræ, quæ extrema elementa sunt, non modo media, sed & vniuersæ creaturæ intelligũtur, quæ a patre simul & filio productæ sunt. Iohannis. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Apparet igitur filium cum patre eiusdem potẽtiæ esse: hæc expositio ex mente Chryso. & Theophil. est. Potest & aliter hic textus interpretari, eodem tamen sensu perseuerante, vt propheta patrem alloquatur, qui in principio fundauit terram: hoc est, in filio seu per filium, cui interpretationi cõsentit id quod Gen. 1. dicitur, In principio creauit deus cælum & terram. glos. ordina. & interliñ. post Augu. lib. 1. de Gene. ad litteram cap. 4, & duobus sequentibus, In

B principio, hoc est, in verbo seu per verbum. Ad idem Ambro. lib. 5. de fide proferens quod Prou. 3. scribitur, Deus in sapientia fundauit terram, parauit autem cęlos in intellectu. vbi ostenditur quòd nec pater solus sine filio cælos fecit, nec sine patre filius. ❡Hęc littera Arrio manifeste aduersatur impie asseuerãti filium inęqualem patri, & potestate inferiorem, quem illi loco nunc adducto Ambrosius obiicit, aliquot sacræ scripturæ loca, perperam ab ipso intellecta in medium producens, vt est illud. 1. Corint. 11, Omnis viri caput Christus est, caput autem mulieris vir, caput autem Christi deus. Si Christi deus caput est, inquit Arrius, nunquid illi subiectus & inferior, quemadmodum mulier viro censenda est? Verum vt docet Ambro. lib. 4. de fide cap. 2. secundum humanum conditionem & naturam caput Christi deus dicitur. Non enim dixit, caput Christi pater, sed deus: quia diuinitas quæ creatrix est, caput est creaturę. Quòd autem dicta autoritas sic accipienda sit, apertius insinuat Paulus Ephe. 5. Quoniam vir caput est mulieris, inquit, sicut & Christus ecclesiæ qui se tradidit pro ea: quod vtique secundum humanitatem egit Christus, secundum quã ipse ecclesiæ caput est, & Christi deus. ❡Obiicit pręterea Arrius id quod Ioh. 5. scribitur, Amen amen dico vobis, non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem faciẽtem. Cum itaque nihil fecisse filium dicat, nec facere posse nisi quod viderit patrem facientem, patre inferior operatione filius videtur: cui obiectioni, quemadmodum inquit Ambro. eiusdem lib. cap. 3. Si quis sequẽtem textum attendat plene satisfactum illi esse agnoscet, quæcunque pater faciet (dicitur ibidem) eadem & filius faciet. Cur ergo ait, scriptum est eadem faciet & filius, & non talia: nisi vt in filio vnitatem non

C imitationem paterni operis existimares, & idem opus patris filiiq; sentires? Sensus ergo autoritatis est, nihil filius facit nisi quod placet patri: quia vna voluntas, vna sententia est, vna est charitas, vnius operationis effectus. ergo vt dicit scriptura, quia non potest &c. ad inseparabilis & indiuiduæ charitatis retulit vnitatem, quia pater nihil sine filio operatur, vt hic dicitur: & psal. 103, Omnia in sapientia fecisti. Reliquas Arrii rationes duobus cap. sequentibus idem Amb. erudite refellit.

Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes vt vestimentum veterascẽt. & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem ipse es, & anni tui non deficient. ❡Filium patri coæternum demonstrat, soli nanque æterno immutabilitas cõpetit: quæ sub eiusdẽ psalmi autoritate Christo germana docetur. Ipsi enim cæli simul & terra peribunt & deficient circa seculi finem. 2. Pet. 3. Cæli enim qui nunc sunt, & terra eodem verbo repositi, sunt igni reseruati, scilicet in diem iudicii igne transformandi & immutandi: Tu autẽ permanebis, iudicio adueniẽte. & omnes cæli terra & cætera elementa, vt vestimentum veterascent, in morem vestis paulatim consumẽtur. quo loquendi tropo q̃ sit Christo facilis huiusmodi immutatio, teste Chryso. explicat. sicut enim quilibet amictum conuoluit atq; permutat, sic & ipse mundum complicaturus & mutaturus est. At idem ipse est semper immutabilis perseuerãs, cũ verus deus sit, cui nec minimũ mutabilitatis inest. Malach. 3, Ego deus qui nõ mutor. & Iac. 1. Apud quẽ non est trãsmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Hęc interpretatio ex

D Hiero. officina Galat. 1. desumpta est. ❡Simul animaduerte, ꝙ anni eius nõ deficiẽt, hoc est, duratio eius semper vna & eadẽ est, & perpetuo erit. Nempe quæ tẽpore quot diebus ac noctibus horisq; sibi inuicẽ succedentibus currit, velut ætas nostra non mensuratur, sed nunc æternitatis quod immutabile est. Hinc Aug. psal. 101. locum illũ interpretatus, In generatione & generationẽ anni tui. Non enim aliud anni dei, & aliud ipse deus: sed anni dei æternitas dei est, æternitas ipsa dei substantia est, quæ nihil habet mutabile. Ibi nihil est pręteritũ quasi non sit, nihil futurũ quasi nondũ sit: sed ibi non est nisi est, non est fuit aut erit. hæc Aug. Huic litteræ aduersari videtur id quod psal. 118. scribitur, In generatione & generationem veritas tua, fundasti terram & permanet. Si permanet terra, quid hic eam dicit Paulus periturã? ꝙ si peritura, quomodo igitur permanebit? Forsan dices post Aug. dicto psal. terram ipsam non permansurã, sed terræ fundamẽtũ est quod Christus. 1. Corin. 3, Fundamentũ autẽ aliud nemo potest ponere pręter id quod positũ est, quod est Christus Iesus. Verũ hęc solutio difficultatẽ non euacuat cũ Eccl. 1. dicatur, Terra in æternũ stat. Et Iob. 37. Qui cæli, scilicet solidissimi sunt quasi ęre fusi. q̃uis Aug. hãc disceptationẽ aliquanto periculosiorẽ inter doctos asseueret, & eam indecisam dicto psal. 101 relinquat, & hic glos. ordina. licet Aug. non meminerit. Idem tamen Aug. lib. 20. de ciuit. dei, cap. 16. ita eã explicat, ꝙ cõflagratione ignis

De Christi æqualitate cum patre & minoritate.

Manus dei.

De coæternitate Christi cũ patre.

elementorum corruptibilium qualitates, quæ corruptibilibus corporibus nostris grauandis & conseruandis congruebãt, ardendo penitus interibũt. Ipsa autẽ substantia eas qualitates habebit, quæ corporibus immortalibus mirabili mutatione conueniãt, vt scilicet mundus in melius innouatus apte accommodetur hominibus, etiam carne in melius innouatis. sicque intelligendum putes, quod Apocal. 21. dicitur, Vidi cœlum nouum, & terram nouam. & Esa. 65. Ecce enim ego creo cœlos nouos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora. Vbi Hieronym. In quo Psalmo, 101 videlicet, perspicue demonstratur perditionem & interitum, non abolitionem in nihilũ, sed commutationem sonare in melius. B

Ad quem autem angelorum dixit aliquando, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. ℂ Ad conceptum pridem de Christo sermonem redit, eum patri coęqualem, Psalm. 101 authoritate ostendens. Ad quem enim angelorum, ait, dixit aliquando deus pater, sede à dextris meis, sicut Christo dictum est. qui consessus quemadmodum aliqua ex parte præloquuti sumus, si de Christo secundum superiorem naturam intelligatur, eum deo patri æqualem indicat. Philip. 2, Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Potest item ad humanitatem pertinere, quæ si diuinitati vnita consideretur, eò sedet à dextris dei, quòd pari honore vna & eadem adoratione cum deo veneranda sit, vt inquit Damascenus lib. 3. cap. 3. Si vero seorsum natura assumpta accipiatur, sedet à dextris, quia summa felicitate fruitur, teste August. lib. vnico de fide & symbolo, cap. 7. Est pręterea hic consessus iudiciariæ potestatis indicium, quæ Christo homini communicata est, Ioan. 5, Dedit illi iudicium facere, quia filius hominis est. Et Act. 1, Quemadmodum vidistis eum euntem in cælum ita veniet. cui expositioni suffragatur Augustinus libro vnico de essentia diuinitatis, Sedere, ait, dicitur deus nõ corporaliter humano more, sed potentialiter super omnem creaturam rationalem præsidere. Citat quod psalm. 46 habetur, Regnabit dominus super gentes, & deus sedet super sedem sanctam suã. Et illud Ephe. 2, Sedere eum fecit ad dexteram suam in cælestibus super omnem principatum, potestatem, virtutem, dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo, sed in futuro. Vbi Hieronymus in morẽ hunc literam illam interpretatur. Dicit itaque Paulus, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, hoc est, quãdiu omnia tibi subiiciẽtur: quod perpetuo fiet. Donec enim in scriptura sacra, teste Hieronymo in epistola aduersus Heluidium, tempus infinitum & indeterminatum aliquando significat, vt hic. Et primæ Corinth. 15, Oportet illum regnare donec ponat inimicos sub pedibus eius. Quem locum Hieronymus edisserens ait, Nunquid tandiu regnaturus est dominus donec incipiant esse inimici sub pedib' eius, & postquam subiecti fuerint regnare desistet? cum vtique tũc magis regnare incipiet. Et Matth. vltimo, Vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. & cap. 1, Nõ cognouit eam Ioseph donec peperit filium suum primogenitum, hoc est, nullo tempore. Quod non intelligens Heluidius miserrime lapsus est. Nonnunq̃ vero tẽpus finitum & determinatum insinuat. Genesis 3, In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terrã tuam, hoc est, quãdio vita pręsenti deges, & cap. 34, Cum audisset Iacob absentibus filiis, & in pastu pecorum occupatis, siluit donec redirent. ℂ Postremo hic prætereundũ non est, quòd Iudęi psalmum hunc quem Paulus hic de Christo interpretatur, & saluator de seipso Matth. 22 dicens, Quomodo Dauid vocat eum, Christum scilicet, dominum, inquiens, Dixit dominus domino meo, scilicet, sede à dextris meis, in persona Abrahæ intelligi volunt, qui vt ait Hieronymus, Matth. 22 ad eludendam interrogationis Christi veritatem friuola multa confingunt. Et quòd vernaculus Abrahæ Eliezer in ipsius persona confecerit psalmũ, & post cędem quinque regũ dominus deus domino suo Abrahæ dixerit, sede à dextris meis. Contra quos erudite arguit Hieronymus ex eiusdem literæ contextu. Quomodo enim dixit dominus Abrahæ quæ sequuntur, Ex vtero ante luciferum genui, id est, ex substantia mea, etiam ante angelos & omnem creaturam, quod Abrahæ conuenire non posse compertissimum est. nec similiter id quod eodẽ psalmo habetur, Iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos inæternum secundum ordinem Melchisech. Quomodo Abraham sacerdos fuerit secundum ordinem Melchisedech, pro quo Melchisedech obtulit panem & vinum & à quo decimas prędę accepit? Item Psalmus Dauid non intitulatur. Sunt & aliæ Lyrani rationes quas pertranseo.

De sessione Christi ad dexterã patris, secũdum vtranque naturam.

Donec.

Nonne sunt oẽs angeli administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? ℂ Probat item dictum psalmum angelo non cõuenire, vt interim taceam Iudęorũ nonnullos id sibi satis imperspecte suasisse. omnes quippe angeli administratorii spiritus sunt, quibus ex officio Christo ministrare incumbit, psalm. 102. Benedicite domino omnes virtutes eius, ministri eius, qui facitis voluntatem eius. Et Matth. 4, Et accedentes angeli ministrabant ei. Cũ ergo angeli huiuscemodi seruituti addicti sint, non est eorũ à dextris dei sedere, Nec est quod mireris, inquit Chrysostomus, si Christo ministeriũ suũ exhibent, cũ etiam pro nostra salute constet eos ministros effectos. Ideo in ministeriũ & obsequium seu officiũ missi censentur propter eos qui hæreditatẽ capiũt salutis, hoc est, propter electos quibus vitæ æternæ hæreditas repromissa est 1. Corint. 1, Fidelis deus per quem vocati estis in hæreditatem filii eius. Et 1. Petri 3, In hoc vocati estis vt hęreditate possideatis terram. Nobis itaque licet inferioribus Christi imperio angeli ministerium suum exhibẽt, nobis laborant, propter nos discurrunt, nobis suo funguntur officio. hoc est eorum ministerium vt propter nos vbique mittantur. Verum non modo electis officium suum impartiuntur, sed & quibuslibet hominibus, Hieron. Matth. 18, Magna dignitas animarum est, vt vnaquæq; habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum deputatum. ℂ Sed quid ipsos hominibus intendere dico, cũ orbis

De ministerio angelorum.

A totius gentium & locorũ præsides effecti, teste Damasceoo lib. 2, cap. 3. angelicę functionis officiũ vigi-
lantißime adimpleant? Hieronymus quoque Iob. 33. huius literæ meminit, ipsis angelis prouinciã iniuo-
ctam à deo dixit, vt diuersis hominibus vel nationibus defensionis suę opem ferant. Et Daoielis. 10. idem
ait Michaelem Iudæorum principem idcirco dici, quòd illi populi illius peculiaris cura semper fuerit.
Idem similiter eeosendum de angelo Græcis Persisque præfecto. Huic sententiæ fidem facit illud Deut.
32. Cum diuideret excelsus gentes, cũ disseminaret filios Adam, constituit terminos terræ secundum nu-
merum angelorum dei. Ast cum Iudæorum regnum dirutum sit, quẽadmodum Christus Math. 23. prę-
dixerat, Ecce relinquetur domus vestra deserta, & apostoli Iudæis derelictis gentium populo adhęserint,
Actuum. 13. Vobis oportebat primum loqui verbum dei: sed quooiam repellitis illud, & indignos vos
iudicatis vitæ eternæ, ecce conuertimur ad gentes: angelorum imitatores effecti, de quibus Hiere. 51. Cu-
rauimus Babylonem, & non est curata: propterea derelinquamus eam. Idcirco Michael dei populo to-
tique Christianæ ecclesiæ hodie præfectus est. ¶ Cui gentis Gallorum præcipuũ esse studium hinc con
ijcitur, quod beatus Gregorius lib. 5. Epistolarum registri Epistola. 5. dicat, Vnde non immerito contingit,
vt cunctarum gentium regna præcellat populus Gallorom, quippe qoi earũdem gentium creatorem &
pure colit & veraciter confitetur. Et rursum epistola sequenti, Quantum cæteros homines regia dignitas
antecellit, tanto cęterarũ gentiũ regna regni vestri profecto culmẽ excellit. Sicut enim magnæ lampadis
splendor in atræ noctis obscuritate, luminis sui claritate fulgescit: ita fidei vestræ claritas inter aliarũ geo-
tium obscuram perfidiam rutilat ac coruscat. hæc Grego. Prætermitto Hieronymum qui in epistola ad-

Galli fidei & religionis semp obseruãtißimi.

B uersus Vigilantium, vbi plerasq; nationes hæresi labefactatas descripsisset, in Gallicanæ gentis fidei com
mendationem tandem subintulit, Sola Gallia monstra non habuit, sed viris semper fortißimis & eloquẽ
tißimis abundauit. Huic rei proxime accedit, quod tam auspieato tãmque augusto nomine gentis illius, re-
ges Christianißimi censentur. Nomina nanq; rerum proprietati frequentißime congruunt, si Ambrosio
Rom. primo, Hieron. Esa. 62. Aug. lib 9. cap. 12. super Genesim ad literã credimus. ¶ Cũ igitur teste
Origene cuius verba refert & sequitur glo. ordin. Num. 18. Angeli vnicuique gẽti iuxta illius merita prę-
ficiantur, pie sentirem plurimam esse Michaeli de Gallorũ regno susceptam curam, eámque semper ges-
sisse, quam olim ante passum Christum Iudaico populo adhibuit. Quem tunc illi præfuisse populo Hie-
ron. Abacuc. 3. Ezechiel. 28. testatur. Tãtum vero abest vt aliarum gentium religioni, fidei, sinceritati, aut
gloriæ inuideam. Omnibus enim omnia factus, cunctis qui eadem religione mihi coniuncti sunt, optima
quæque deprecor, quibus angelos esse præfectos, qui erga eos suo studiose fungantur officio, non reticui.
Facessat igitur inuidia, procul hinc absit assentatio, si proborum virorum autoritate prouocatus, hæc fi-
dei antiqua monimenta cęteris virtutis exercendæ calcar adhibentes recensuimus, ne vel nostratium pie-
tatis christianæ vehementior ille affectus tepescat. Non denique Hieronymi anceps sententia hoc loco
prætermittẽda est, qui Micheæ. 6. hanc literam interpretatus inquit, Sicut interdum episcopi culpa est, in-
terdum plebis, & sæpe magister peccat sæpe discipulus: & nonnunquam patris vitium est, nonnunquam
filij, vt vel bene vel male erudiantur: ita in iudicio dei vel ad angelos crimẽ referetur, si nõ egerint cuncta
quæ ad suum officium pertinebant: vel ad populum, si illis vniuersa facientibus ipse audire contempserit.

Angelos vnicuique gẽti præfici.

C Quæ loquutio hyperbolica est, quemadmodum & illud Pauli Galat. 1. Sed licet nos aut angelus de cælo
euangelizauerit vobis præterquam quod euangelizauimus, anathema sit. Vbi Hieroo. Potest & hoc hy-
perbolice dictum accipi, non quod apostolus aut angeli aliter potuerint prædicare quàm semel dixerũt: sed
etiam si hoc posset fieri, quod aut angeli aut apostoli mutarentur, fieri inquam per impoßibile, non esset
recedendum ab eo quod iam receptum est. Ita similiter dictum Hieronymi Micheæ. 6. intelligas, quod si fie
ri posset vt angeli erga nos suo officio non fungerẽtur, futuro iudicio pœnas luerent. ¶ Occurrit præ-
terea hoc loco quod Iohan. 6. dicitur, *Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem.* Et rur-
sum cap. 8. Qui misit me, verax est. Qua igitur consequentia, angelos Christo inferiores Paulus eo sua-
dere nititur quod à deo in ministerium nostrum mittantur: cum hoc ipsum de se Christus dixerit? Hanc obie
ctionem licet Crysost. dissoluere videatur dicens, Missus est quidem dei filius, sed non sicut minister, nec
vt perfunctus quibuslibet officijs: sed sicut filius vnigenitus eadẽ patri suo volẽs atque desiderãs: neque e-
nim de loco ad locũ pertransijt, sed carnẽ sumpsit. Angeli autẽ per loca mutãtur, imperia illis iniũcta exci
piẽtes: & prima loca deserentes ad alia veniũt transeũdo, in quibus non fuerant antea. Hæc Crysost. Hic
tamen nescio quid scrupuli suboritur, cum Matth. 20. dicat saluator, Filius hominis non venit ministrari,
sed ministrare, & dare animam suam in redemptionem pro multis. Quid igitur Crysostomus eum nõ si-
cut ministrum missum asseuerat? Missus est quidem à patre Christus, nullo tamẽ obstrictus præcepto,
sed vltro hanc legationem salutis nostræ gratia suscipiens. Isa. 53. Oblatus est quia voluit: angelis vero
quæ ad salutem nostram conducunt, vt ministrarent, Christus pręcepit. quemadmodum glo. ord. hoc lo-

De missiõe Christi & angelorum differenti.

D co sentit. ¶ Notanda tamen interim Crysostomi sententia, qua eorum opinio conuellitur, quibus pla-
cet angelum duntaxat in loco esse cum operatur. Angelus nanque reali mutatione nulla accedente ope-
rari potest aliquid, quod non prius, volendo aut intelligendo: sicque nouo loco detinetur priori non ce-
dens. quod Chrysostomo aduersatur. ¶ Opponũt insuper & recentiores & superioris ætatis theologi,
quomodo Paulus omnes angelos in ministerium missos affirmet, cum Daniel. 7. scriptum sit, milia miliũ
ministrabant ei, & decies milies centena assistebant ei. Vbi Daniel eos discreuit, qui ministri sunt & lega-
tionis munere funguntur ab ijs qui semper domino assistunt: quibus id officii commissum non est, vt no-
bis subministrent. Hinc glo. ord. post Grego. eo loco, Assistunt enim illi proculdubio potestates, quæ ad
quærendam hominibus pacem & nunciandam non exeunt: ministrant vero cæteri, & ad explenda offi-
cia veniũt. Huius occasione existimo Lyranũ sensisse angelos superiores missioni interiori duntaxat ad-
dictos, cæteros vero missioni exteriori obstrictos suo erga nos officio fungi. Veruntamen illa eius senten-

Angeli omnes an mittãtur.

tia præſens argumentum non diluitur,cum Iſa.6 ſcriptum ſit, Volauit ad me vnus de ſeraphin, & teti- E
git os meum.qui ſupremæ hierarchiæ eſt,& vicinius deo aſsiſtit,vt vult Damaſ.lib.2.cap.3,poſt beatum
Dionyſiũ lib.6 cęleſtis hierarchiæ.Cõſtat igitur angelos etiã ſupremi ordinis huc concedere. ¶Quòd
ſi quiſpiam,vt nonnulli ſentiunt,angelos inferiores operationes ſuas his à quibus mittuntur aſcribere di-
xerit,eorumque nomine cenſeri:ideo non ſeraphin in perſona iudicandus eſt, ſed angelus inferior ab eo
miſsus.quanuis huic ſententiæ ſuffragari videatur Auguſtinus lib.3.de trinit.cap.vltimo, vbi multis ſcri-
pturæ locis docet angelum dei miniſtrum deum dici, quanto magis angelus ab altero miſsus illius no-
mine à quo mittitur cenſeri poteſt.Ad idem Auguſtinus lib.10 de ciuit.dei.cap.15. Hæc tamen non ple-
ne difficultatem euacuant, cum Michael vnus ex principibus & ſupremis, vt dicitur Daniel.10. & 12.
populi Hebręorum in perſona curam geſserit,vt patet Daniel.10.iuncta Hieroymi interpretatione ibi-
dem. Præterea Raphael vnus erat ex angelis aſtantibus coram domino, vt habetur Thob.12: & ta-
men ipſemet non alius eius vices gerens legationis munere erga Thobiam functus eſt, vt ex eodem tex
tu conſtat.Exiſtimo itaque iuxta Pauli ſententiam hoc loco angelos omnes etiam ſupremi ordinis ac in-
fimi pari ſeruitute obſtrictos:Gregorium vero intelligendum,quòd qui ſupremæ hierarchię ſunt,non fre
quentius & paſsim,ſed negotii pondere id exigente mittantur.

EXPOSITIO CAP. II.

PRopterea abundantius oportet nos obſeruare ea quæ audiui- F
mus, ne forte pereffluamus. ¶Vbi Chriſtum omnibus creaturis emi-
nentiorem,omniumq; opificem deſcripſit: qui non hominibus tantum, ſed & ſupernis
virtutibus dominatur: tandem hortatur eos vt ſtudioſius animaduertant & obſeruent
ea quæ per illum annunciata ſunt. Propterea,inquit, quia Chriſtus talis & tantus eſt,
oportet nos qui Chriſti nomine cenſemur,abundantius & perfectius obſeruare ea quę audiuimus,& no-
bis demandata ſunt,ne forſan pereffluamus,hoc eſt, æternaliter pereamus: & diſtrictior vindicta futuro
iudicio à nobis exquiratur:nec mirum ſane,ſeruus enim ſciens voluntatem domini & non faciens, plagis
vapulabit multis,Luc.12.Nobis quoque compertior ac manifeſtior veritas quę ſub priori teſtamento fi-
guris & ænigmatibus obuoluta latitabat illuxit,Corinth.3, Et non ſicut Moyſes ponebat velamen ſuper
faciem ſuam,vt non intenderent filii Iſrael in faciem eius, quod euacuatur per dei gratiam videlicet.

De legis vtriuſque differẽtia.

¶Sed quorſum iſta? cum Chriſtus legem euangelicam mitiſsimam leuiſsimámque prædicet,Matth.11,
Tollite iugum meum ſuper vos,& diſcite à me quia mitis ſum,& humilis corde,& inuenietis requiem a-
nimabus veſtris: Iugum enim meum ſuaue eſt,onus meum leue.Et Rom.8,Non accepiſtis legem ſerui-
tutis iterum in timore,quæ tormentorum metu ad ſui obſeruantiam ſibi ſubiectos prouocet:ſed adoptio-
nis filiorum, quæ inſtar liberorum amore & beneuolentia quadam nos allicit. Quid igitur Paulus legis
euãgelicæ tranſgreſsores ſeueriori pœnæ obnoxios prędicat, & in ſui contemptores eam vltricem acer-
biorem? Verum inter hos textus facile iniri concordia poteſt, ſi attendamus legis euangelicæ tranſgreſ-
ſoribus toties quoties deum offenderint, veniam repromiſsam modo eos prioris vitæ pœniteat. Ideo,vt G
Matth. 18 habetur,ſciſcitanti Petro,Domine quoties peccabit frater meus,& dimittam ei? vſque ſepties?
Subiunxit ſaluator,Non dico tibi vſque ſepties,ſed vſque ſeptuageſies ſepties.Hieronymus, vt toties pec
catum fratri dimittat in die,quoties ille peccare non poſsit.At vbi quis Moſaycam legem prætergredie-
batur, veniæ locus non erat (de pœna temporali infligenda loquor) velut infra cap.primo habetur, Ir-
ritam quis faciens legem Moyſi,ſine vlla miſeratione ſub duobus aut tribus teſtibus moritur. Adde huc
quòd eo ſimiliter lex illa vetus ſeuerior iudicata eſt, quòd præceptorum multitudine grauaretur, vt in-
quit Auguſtinus,Epiſtola.118 ad Ianuarium. Actuum quoque 15 dicitur,Quid vltra tentatis iugum im-
ponere ſuper nos quod neque nos neque patres noſtri portare potuimus.

Si enim qui per angelos dictus eſt ſermo,factus eſt firmus,& omnis præ-
uaricatio & inobedientia accepit iuſtam mercedis retributionem,quomodo
nos effugiemus ſi tantam neglexerimus ſalutem? ¶Priorem ſententiam ratione cõ
firmat.Si enim,ait,qui per angelos dictus eſt ſermo,factus eſt firmus:hoc eſt,ſi lex antiqua miniſterio an
gelico Moyſi data,ad Galat.3, Ordinata eſt lex per angelos in manu mediatoris. & Act.7, Hic Moy-
ſes qui fuit in eccleſia in ſolitudine cum angelo qui loquebatur ei in monte Syna: vera & inculpabilis
comprobata eſt: & omnis præuaricatio,in quam quis incidit,vbi diuinæ voluntati reluctans id quod ve-

Inobediẽtia. Pręuaricatio.

titum eſt operatur. ¶Inobedientia vero teſte glo.eſt, vbi incuria quadam aut alia quauis cauſa ho-
mo dei iuſsa non exequitur. Nonnunquam tamen his indiſcriminatim vtitur ſcriptura,vt teſtatur Au- H
guſtinus pſalmo.100 dicens, Qui ſunt præuaricatores? qui oderunt legem dei. qui audiunt illam & non
faciunt, præuaricatores dicuntur.Imo, vt idem Auguſtinus lib. 16 de ciuit.dei cap.27 ait, peccatum o-
mne etiam nobis innatum (quod originale dicunt) aliquando complectitur, iuxta illud pſalmiſtæ, Præ-
uaricatores exiſtimaui omnes peccatores.Hic vero ſpecialius pro peccato commiſsionis deſumitur. Di-
cit itaque,Si omnis præuaricatio & inobedientia accepit iuſtam mercedis retributionem, & pœna con-
digna vindicata eſt,Deuter.25, Pro menſura delicti erit & plagarum modus: Quomodo nos effugie-

Legis chriſti obſeruatio, vita ęterna.

mus damnationem æternam, ſi tantam neglexerimus ſalutem, & legis nobis à Chriſto datæ contem-
ptores efficiamur? ¶Quæ obſeruata vitam æternam ſubminiſtrat, Iohan.6, Domine ad quem ibi-
mus? verba vitæ ęternæ habes. Non abſimili argumento vſus eſt Paulus infra cap.primo inquiens,Quã-
to magis putatis deteriora mereri ſupplicia,legis veteris trãſgreſsoribus videlicet, qui filium dei concul-

A cauerit,& sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est? ¶Sed vt quid Paulus per angelos datam legem asseuerat, cum Exodi 19 scriptum sit, Vocauit dominus Moysem de monre. & rursum Exod.33, Loquebatur dominus Moysi facie ad faciem. Sane dominus Moysem alloquutus est, qui illi per angelum velut per subiectam sibi creaturam verba fecit, vt ait Augustinus libro tertio de trinitate, cap.11, Cum verba iudicis, ait, præco pronunciat: non scribitur in gestis, ille præco dixit, sed ille iudex. Sic etiã loquente propheta sancto, & si dicamus propheta dixit, nullum alium quàm dominum dixisse intelligi volumus, qui per prophetas & viros honestos nobis loquitur, vt patet supra, cap. primo. Quòd si dicamus, dominus dixit: prophetam non subtrahimus, sed quis per eum dixerit admonemus. Attamen quia Christus magni consiliũ angelus dicitur, Isaiæ 9: & angelus testamenti, Malachiæ tertio: ne quis tacita secum cogitatione hoc pertractans, per angelum qui Actuum 7 Moysem alloquens inducitur, Christum intelligat, propterea voluit Paulus ex hac epistola, & ea quæ ad Galatas scribitur, manifestius testimonium dare. Quibus locis non vnum angelum tantum, sed plures introducit, quorum ministerio lex data est.

Lex per quẽ data.

Quæ cum initium accepisset enarrandi per dominum ab eis qui audierunt, in nos confirmata est: contestante deo, signis atque portentis, & variis virtutibus, & spiritusancti distributionibus secundum suam voluntatem.

B ¶Vode fide digna sint quę promisit designat, cum ab ipso fonte hæc nostra salus originem duxerit, non homine. Quæ enim ait, lex euangelica, ex qua salus nostra pendet, Rom.8, Lex spiritus vitæ in Christo Iesu, cum initium accepisset enarrandi per dominum: quia initio per Christum apostolis demandata est, Iohan. primo, Vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit nobis, & ab eis qui audierunt, in nos confirmata: hoc est ab Apostolis qui ex Dei ore eam susceperunt, certis argumentis nobis reserata: 1. Iohannis primo, Et hæc est annũtiatio quam audiuimus ab eo, & annuciamus vobis. Et in procemio Lucæ, Sicut tradiderunt nobis qui ab initio præsentes viderunt & ministrauerunt verbo. ¶Ne autem quis hæc commentitia aut fictitia existimet, adiecit. Testante Deo, signis atque portentis & variis virtutibus &c. Perinde ac si dicat, secundum Theophilactum: Cum hominibus id astruentibus & Deus ipse testatur, non vocem emittens, sed signis & portentis illorum doctrinam confirmãs. Marci vltimo, Illi vero profecti prædicauerunt vbique, domino cooperãte, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Signa autem, vt ait glosa, ea dicuntur quæ minora sunt, verbi gratia morbos subito & repente depellere: infirmitates nanque curare naturæ virtuti denegatum non est: sed solo verbo, diuinitati duntaxat concessum est. velut Matth. sexto habetur, Dixit Iesus Centurioni, Vade & sicut credidisti fiat tibi, & sanatus est puer ex illa hora. cap. quoque sequenti idem habetur. ¶Portenta vero maiora sunt: quæ teste glo. contra naturã fiunt. ¶Consideremus tamẽ, quòd cum natura omnis Deo summe obtemperet, & vere subiiciatur, nil ab ipso contra naturam aliquando effectum est, vt huius rei testem habes Hieronymum in epistola ad Vitalem, Multa dicuntur, ait, in scripturis sacris quæ videntur incredibilia, & tamen vera sunt.

Legis euãgelicę initiũ & confirmatio.

Signa.

Portenta.

Cõtra naturam nihil vnquã à deo effectum.

C Neque enim valet natura contra naturæ dominum. Sicque quod Rom. decimo de populo gentili scribitur: Nam si tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus in bonam oliuam: quanto magis ii, qui secundum naturam inserentur? Interpretatur vbi glosa locum illum edisserens, contra naturam, id est, naturæ consuetudinem inquit. Deus enim nihil contra naturam facit: quia id est natura quod facit, & summa natura opus Dei est, contra quem nihil fit. Adde Augustinum, lib.21 de ciuitate dei, cap.8 dicentem, Omnia quippe portenta contra naturam esse dicimus, sed non sunt: quomodo enim contra naturam est quod Dei fit voluntate? ¶Virtutes autem varias, fidẽ, spem, & charitatẽ. Intellige, quibus dei ministri & præcones effuse dotati sunt, Actuum sexto, Stephanus autem plenus gratia & fortitudine fidei atque spei, faciebat prodigia & signa magna in populo. Spiritusancti distributiones, gratiæ censendę sunt: quas deus liberè, nullique obnoxius vltro nobis elargitur: qui nouit quid cuique prosit, vel cui quid sit accommodum, primæ Corinth.12, Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem secundum voluntatem eius. ¶Hic Paulus contra eos pugnat, qui miraculis opus non esse ad fidem astruendam dixere: cum hic euangelicam veritatem signis & portentis comprobatam testificetur. quem locum Chrysostomus edisserens, inquit, Hoc ergo dicit Paulus, quia non simpliciter illis creditum est, sed per signa & prodigia. Proinde dum illis credimus, nõ illis sed Deo nos credere declaramus. Augustinus quoque libro 22 de ciuitate dei, cap. octauo, Possem quidem dicere necessaria miracula, priusquam crederet mundus, ad hoc vt crederet. Et Ioh.15, Si opera non fecissem in illis, Iudæis scilicet, quæ nemo alius facit, peccatũ non haberent, infidelitatis scilicet, vt dicit Augustinus tractatu 91 in Iohannem, illum locum interpretatus.

Virtutes.

Miraculorum necessitas ad fidem astruendam.

D Huiusmodi ergo opera necessaria erant, quo Iudæi in Christũ crederent. Præterea vt doctrinæ suæ fidem faceret, Iohan.12 dicit, Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me. Adde quòd dominus populo Iudaico legem daturus, quatenus futuræ fidei eos præpararet, varia signa & prodigia pręmisit. Exod.19, Iamque claruerat tertius dies, & ecce cœperunt audiri tonitrua, micare fulgura, clangórque buccinæ perstrepebat vehementius. ¶Non tamen propterea quis Paulum contraria scripsisse aut sibiipsi nil consentaneum esse diiudicet, quod ipse suggillans Iudæos 1 Corinth. primo dixerit, Iudæi signa petunt & Græci sapientiam. Illis equidem sat superque Christi miracula illuxerunt, dicente Augustino lib.22 de ciuitate Dei, cap. octauo, Quisquis adhuc prodigia, vt credat, inquirit, magnum est ipse prodigium qui mundo credente non credit. Verum hoc ideo dicuot, vt nec tunc illa miracula fuisse credantur. ¶Quod si rursum opponas id quod Matth.12 habetur, Genetatio mala & adultera signum

Miraculorũ vbi nulla necessitas.

quærit,& non dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ:dico, quòd curiositate quadam ducti,non veritatis perdiscendæ studio,id efflagitabant:idcirco à Christo reprehensi fuerunt. Hinc Marci 8,vbi eadem est sententia dicitur, Magister volumus à te signum videre de cælo.& hoc,inquit Hieronymus, vt Christi doctrinam calumniarentur. ¶Postremo contra hanc literam obiicit Chrysostomus. Quid ergo? quia magi signa faciunt, Exod.cap.7,& sequenti,& Iudæi in Belzebuth Christum eiicere dæmonia dicebant,non propterea credendum est magis? Ast, vt inquit,illa non virtuti sed infirmitati potius tribuenda erant:quippe quæ phantastica & inania ex scriptura sacra demonstrãtur & docentur. Item vt ait Augustinus libro quinto quæst.super Deutero.quæst.29, Omnia miracula vera ad fidei regulam pertinent,cætera vero vt potius eam euertant. Quæ sententia compertior habetur,2 ad Thessalon.2, Destruet illum, Antichristum scilicet,illustratione aduētus sui: cuius est aduentus secundum operationem Satanę,in omni virtute,signis & prodigiis mendacibus,& in omni seductione iniquitatis. ¶Verum cum oculis nostris illa non pateant,quis hominum inter hæc aliquando discernit? Dico iuxta id quod 1,Iohan.quarto habetur, Spiritus probandos si ex deo sint. Sed quid spiritum me ex deo esse edocebit? Sane scriptura sacra.cum vt 2 Timoth.tertio dicitur, Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis sit ad docendum,ad arguendum,id est conuincendum aduersariũ,ad corripiendũ,vt sit homo dei perfectus ad omne bonũ opus instructus. Quòd si scripturæ sacræ homo inscius fuerit, eruditos aut deum consulat,qui omnibus omnia quæ salutis sunt, abunde suppeditat,primæ Iohan.secundo, Non necesse habetis vt quid vos edoceat,vnctio enim docebit vos de omnibus. E F

Magorũ miraculis non esse credẽdũ.

De miraculorum & spũum discretione.

Non enim angelis subiecit deus orbem terræ futurum, de quo loquimur.

¶Arguit legis euangelicæ contemptores districtiori animaduersione plectendos, quòd Christus legifer noster non solum angelis præstet,sed longo etiam interuallo potior sit. non enim subiecit orbem terræ futurum,id est,mundum ipsum,angelis:sicut Christo,qui de seipso Marci vltimo dixit, Data est mi hi omnis potestas in cælo & in terra. ¶Verũtamen quid Paulo profuit,orbem futurum dixisse? sat ne illi erat orbem Christo subiectum aperire? Plurimum quidem, vt nos edoceret Christi comparatione mundum ipsum futurum:quippe qui à Christo conditus sit,vt præloquutus est. Ipsum igitur velut autor & eius principium Christus præcessit,Christus Iesus heri hodie & in secula,infra cap.vltimo. ¶At dices quomodo angelis orbem non fore subiectum ait,cum Deuteron.trigesimosecundo scriptum sit, Constituit fines populorum iuxta numerum angelorum:quibus videlicet angeli pręficiũtur,sicut Daniel.10 legimus,angelos Græcis Persisque præfectos. Dico angelos regionibus diuersis ac prouinciis præesse,quatenus ea quæ ad earum salutē conducunt operentur,non vt illis imperent:Christi vero imperio totus orbis subiicitur. In hanc sentẽtiam glos.hoc loco venit,dicens,quòd si angelorum ministerio multa fient in orbe,omnia tamen spectant ad dei imperium. Vel aliter,futurum orbem interpretari possumus,futurum mundi statum post iudicium:quo tempore omnia Christo plenius subiecta erũt, quemadmodum Corinth.15,& sequenti litera habetur. G

De subiectione orbis terræ.

Testatus est autem in quodam loco quis dicẽs, Quid est homo quòd memor es eius,aut filius hominis quoniam visitas eum? Minuisti eum paulominus ab angelis,gloria & honore coronasti eum,& cõstituisti eum super opera manuum tuarum:Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo autem quòd ei omnia subiecit,nihil dimisit non subiectum ei.

¶Confirmat psal.8 testimonio deum patrem ditioni filii orbem ipsum subiecisse. Testatus est autem quis, Dauid videlicet,in quodam loco,nunc adducto,hoc ipsum. Sed quid testificantis nomen subtienuit? Eò sanè,inquit Theophilactus, post Chrysostomum,quòd ad scripturarum peritos sermonē haberet,vt nec opus illi esset nomē proponere veluti de re manifesta & in manu constituta disserens:secundum quos quæ sequenti textu habentur,licet quoad communem humanitatem dicta sint seu de puro homine, propius tamen Christo post carnem assumptam conueniunt. Quod similiter Augustinus lib.tertio contra Maximinũ cap.19,hanc literam interpretatus testatur,qui se filium hominis passim appellat,Matth.octauo, Dominus est filius hominis,etiam sabbati. Et rursum 16, Quem dicunt homines esse filium hominis? Quæ litera de puro homine intellecta ab Augustino dicto psal.exponitur: vt homo,de quo velut in stuporem raptus propheta ait, Quid est homo quòd memor es eius,is dicatur qui imaginem terreni portat, & peccatis irretitus est:cuius est memor deus,quando misericordiam suam illi elargitur peccata condonando. Filius vero hominis cælestis homo dei gratię particeps censetur,quem visitare deus dicitur,quia ipsi sub protectione alarum suarum constituto misericordiam suam prætendit,& in lumine suo lumen præbet. Potatur denique & inebriatur ab vbertate domus suæ ad obliuiscendas ærumnas & errores præteritæ conuersationis. Glosa vero ordinaria hoc partim ad purum hominem,partim ad Christum retulit. Quid est,ait,homo fragilis & despectus peccator vel secundum naturam,quasi nihil in comparatione diuinæ naturæ, Isa.40, Omnes gentes quasi non sint sic erunt coram eo,& quasi nihilum & inane reputatæ sunt:cuius memor est dominus,misericordiam illi conferendo. Filius vero hominis Christus est,cuius nos membra sumus, quem visitasse legitur deus per naturæ assumptæ passibilitatem & mortalitatem. ¶Nec est quòd mireris si vnius sentētiæ clausula vna ad ecclesiam aut Christi corpus referatur: altera vero ad Christumcaput & eiusdem sponsum cum hoc ipsum ab Isaia multo ante tempore obseruatum sit,qui sui libri cap.61,ait, Induit me vestimentis salutis,& indumento iustitiæ circundedit me,quasi sponsum decoratum corona:quod de Christo intelligi perspicuũ est:mox sequitur, quasi spon H

Sententia vna variis applicari interdum potest.

A ſam ornatam monilibus ſuis, quod ad eccleſiam pertinet. Eſt & illud Cant. 1, Nigra ſum ſed formoſa fi-
lia Hieruſalẽ. Vbi priori parte, teſte Origene homil. 1 in Cant. Canticorum, anima peccatrix loquẽs in-
ducitur. poſtrema vero, anima conuerſa, & quæ pœnitentiam egit. Huic appoſite Orig. Rom. 3 locũ illũ
explicãs, Nunc autem ſine lege iuſtitia dei manifeſtata eſt, teſtificata in lege & prophetis, ait, Nolo mi-
reris ꝙ vnum vocabulum leges ſecundo in eodem loco poſitum diuerſa ſignificet. Inuenimus enim hãc
ſcripturę conſuetudinem in aliis locis, vt Iohan. 4, Nonne vos dicitis, quia adhuc quatuor menſes ſunt,
vt veniat meſsis? eleuate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt ad meſſem. Nonne & hoc lo-
co meſsis ſecundo nominata, primo ad corporalem meſſem refertur, ſecũdo ad ſpiritalem? Et iterum in
euangelio cum dicit ad Samaritanam mulierem Saluator, Da mihi bibere. Et poſt reſponſum eius ite-
rum dicit ad eam, Si ſcires quis eſt qui dicit tibi da mihi bibere, tu vtique petiiſſes ab eo, & dediſſet tibi
aquam viuam. Et iterum addidit ad eã, Omnis qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterum: qui autem biberit ex
aqua quam ego do ei, non ſitiet in æternũ. Vide quomodo & bibere ex aqua nunc quidem corporaliter,
nunc autem ſpiritaliter, in vno eodemq; accipitur loco? Eſt & illic ſimiliter poſitum, Iohannis videlicet
9, vbi cæcus à natiuitate curatur. Poſt hoc dicit Saluator, In iudicium ego veni in hunc mundum, vt qui
non vident videant, & qui vident cęci fiant. Nonne etiam hic & videre & non videre, nũc corporaliter,
nunc ſpiritaliter intelligitur? Ita ergo etiam in hoc loco Apoſtolus cum ſine lege dicit iuſtitiam dei ma-
nifeſtari, naturalis lex intelligitur. Cum vero dicit, teſtificata à lege & prophetis, Moyſi legem deſignat.
B Hæc Origenes. Sunt & quàm plurimi huiuſcemodi ſcripturæ ſacræ textus: quos offendẽs incautus ho-
mo decipi poteſt. ¶ Sequitur, Minuiſti eum, Chriſtum: Paulominus ab angelis, propter carnis infirmi-
tatem & mortis paſsionem. Dicunt Chryſoſt. hoc loco, & Aug. dicto pſal. Natura enim humana exalta-
ta eſt vt deo vniretur, & homo deus eſſet, Iohã. 1, Verbum caro factũ eſt. Paſsionis tempore angelis mi-
norata eſt, qui naturę mortalis & paſsibilis non ſunt. Verũtamen poſt deuictam mortẽ angelis ſuperior
extitit, quia gloria impaſsibilitatis & immortalitatis corporis coronatus eſt, Philip. 3, Reformabit cor-
pus humilitatis noſtrę configuratum corpori claritatis ſuæ. Et Iohã. 12, Et clarificaui animam. In conce
ptione, Vidimus enim gloriã eius quaſi vnigeniti, plenũ gratiæ & veritatis, Iohã. 1. Et iterum, Glorifica
bo corpus ipſum, videlicet immortalitatis & impaſsibilitatis gloria ſimul & honore, quẽ illi creatura o-
mnis impartitur, Philip. 2, Dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomẽ, vt in nomine Ieſu omne genu
flectatur. Nec hoc ſolum, ſed & cõſtitutus eſt ſuper opera manuũ dei: quia omni creatura etiam angeli-
ca eminẽtior, Eph. 1, Conſtituens eũ ad dexteram ſuam ſuper omnem principatũ & poteſtatem. ¶ Sed
quid Chriſtũ creaturis omnibus honoratiorẽ dico? quia illis imperat. Omnia nãq; ſubiecit deus ſub pe-
dibus eius, hoc eſt volũtati & poteſtati ſuę. qui enim omnia ei ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectũ, nec ali
quid excepit, eo excepto qui omnia ei ſubiecit deo patre videlicet: cui ſecundum naturã humanã Chri-
ſtus ſubiicitur, 1 Corinth. 15, Cum autẽ dicit omnia ſubiecta ſunt ei, ſine dubio præter eum qui ſubiecit
ei omnia. Nã cum ſubiecta fuerint ei omnia ſine dubio & ipſe filius ſubiicietur, quod tamen ſecundũ na
C turam inferiorem & humanã intelligẽdũ dixi. Ne in errorẽ Arrii incideremus, qui idcirco filiũ minorem
patre dicebat, ꝙ ei ſubiiceretur. Verum de humana non diuina natura hoc accipiendum eſt, ſecundum
quam deo patri æqualis eſt, Philippen. 2, Qui cum in forma dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe
æqualem deo. Contra quem Arrium erudite pugnat ſcripturę teſtimoniis Auguſt. lib. 2 contra Maximi-
num cap. 19.

De naturæ exaltatiõe & minoratiõe, ab angelis.

Chriſto omnia quomodo ſubiician tur.

Nunc autem necdum videmus omnia ſubiecta ei. ¶ Poſtmodũ ne quis perſequu-
tionibus oppreſsus hoc loco inſurgat, ob id quòd à fidei ęmulis grauioribus incõmodis afficeretur, non
omnia Chriſto ſubiecta percenſens: futurum eſſe vt omnia illi ſubiiciantur reſpõdit, licet nunc ſeu præ-
ſenti vita necdum videamus omnia illi ſubiecta, quia non omnes obediunt euangelio, Rom. 10. Omnes
tamen Chriſti imperiis tenẽtur obnoxii: futuro vero iudicio quãtum etiã ad exequutionem pertinet o-
mnes Chriſto ſubiicientur: boni vltro & voluntarie, reprobi autẽ inuiti, teſte Aug. lib. 83 quęſt. quęſt. 69.
De iniuſtis, inquit, qui ad iuſtorũ beatitudinem non pertinent, ſic accipiendum eſt, quoniam & ipſi eũ re-
gnare ipſa regni eius manifeſtatione confuſi fatebuntur.

Subiectio totalis cõplebitur futuro iudicio.

**Eum autem qui modico quàm ab angelis minoratus eſt videmus Ieſum
propter paſſionem mortis gloria & honore coronatũ, vt gratia dei pro omni
D bus guſtaret mortem.** ¶ Dehinc qua ratione Chriſtus angelis minoratus ſit, teſte Aug. lib. 3
contra Maximinũ hæreticum cap. 24 aperit dicens, eum Chriſtũ qui modico quàm ab angelis propter
paſsionem mortis minoratus eſt videmus gloria &c. ſicq; Aug eo loco hanc literã punctuat & interpre-
tatur. Ambroſius item lib. 2, de fide cap. 4. Chryſoſtomus quoq; homil. 4 in hanc epiſtolã. ¶ Attẽde ta
men Auguſt. hunc locũ pertractantẽ dixiſſe, Maiores angeli dici poſſunt homine, quia maiores ſunt ho
minis corpore, maiores ſunt & animo, ſed infirmo, quẽ peccati originalis merito corruptibile aggrauat
corpus. Natura vero humana qualẽ Chriſtus aſſumpſit, quæ nullo peccato potuit deprauari, ſolus maior
eſt deus. Et paulopoſt, Non ergo propter naturam hominis Chriſtus angelis minor eſt, ſed propter paſ
ſionem mortis. Hęc Aug. Cuius verba prudenter accipiẽda ſunt, vt Chriſti humanitas angelis gratia ma
ior ſit nõ natura, vt ait Dionyſius lib. angelicę hierarchię, dicens, Angeli naturalis participatione lumi-
nis maiores ſunt q̃ homines. Recentiores vero interpretes hunc locum ita cõmunius ediſſerunt, eum qui
modico quàm ab angelis minoratus eſt videmus Ieſum propter paſsionem mortis gloria & honore co
ronatũ: vt velint Chriſtũ ſuę paſsionis gratia, corporis immortalitatẽ ſimul & nominis ſui exaltationem

De maioritate angelorũ ab homine.

De maioritate chriſti ab angelis.

consequutum. Quomodo autẽ id accipiẽdũ sit, 1 cap. annotauimus: sicq;, vt coniicio, vtraq; lectura pro- E
be habet. ¶ Quid autẽ causę sit, ꝙ dei filius sibi vniuerit hãc nostram & mortalẽ naturã, subintulit, Vt
dei gratia, & liberali munere: quia nõ accepti muneris vicissitudine, nec vlli obstrictus, Pro omnibꝰ gu-
staret mortem. qui omnes vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Licet enim omnes salutem
non adipiscantur, ipse tamen peregit quod sua intererat, cum sit propitiatio pro peccatis nostris: nõ pro
nostris autẽ tantùm, sed etiã pro totius mũdi, 1 Iohã. 2. Apte autem gustaret mortẽ, dixit, secundũ Theo-
phylactum: nam & in morem aliquid degustantium, breui admodum temporis interuallo in morte per-
mansit, qui mox resurrexit. Vnde vel ob idipsum est angelis potior, quia mortem euicit. Vel quemad-
modum medicus appositos cibos abhorrere languentem aliquem conspicatus, mox propere pręgustat,
vt ægrotum faciat fidentiorem, alliciatque cibum vt capiat: sic & deus cum nos spectaret mortem re-
formidare, hanc prior ipse libauit, vt ad mortem perpetiendam, si esset necesse, vt minus horribilem nos
hortaretur. ¶ At quid Paulus summa liberalitate & gratia Christũ huc concessisse, mortemque pro no
bis degustasse commemorat? cum Gene. vigesimosecundo scriptum sit, Per memetipsum iuraui (dicit
dominus) quia fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi, & multiplicabo
semen tuum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, id est, in Christo. Ad Galat. 3, Abra-
hæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Non dicit & seminibus quasi in multis, sed quasi in vno, &
semini tuo, qui est Christus. Et ipsemet Rom. quarto dicat, Non enim per legem promissio Abrahæ F
aut semini eius, vt hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Si Abrahæ promissionem ex fidei iustitia
effectam asserit, quomodo Christus gratis ad nos commigrauit? Hoc obiectum ita dilui potest, vt ver-
bum incarnatum fuisse, ac totius mundi Saluatorem Christum, immensa dei liberalitate non meritis no
stris apparuisse fateamur. In rebus enim per tempus ortus, ait Augustinus libro decimotertio de trini-
tate, cap. decimonono, illa summa gratia est, quòd homo in vnitate personæ coniunctus est deo. Qui
rursum eiusdem libri cap. decimoseptimo, ait, Deinde verbum incarnatum est & humanatum, vt gra-
tia dei in nobis sine vllis præcedentibus meritis in homine Christo commendaretur. Quod & aper-
tius ad Titum tertio explicatur, Cum autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri dei.
Theophylactus, Cum incarnatus scilicet est vnigenitus, & similis nobis effectus: Non ex operibus
iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. ¶ At dei liberali ordina-
tione eiusque voluntate gratuita supposita, promereri Abraham potuit, quatenus Christus ex suo semi-
ne, & non alieno ortum duceret. Quemadmodum deiparam virginem fide consequutam legimus, vt
Christum conciperet, & pareret. Lucæ primo, Beata quæ credidisti, quoniam perficientur in te quę di
cta sunt tibi à domino. Quẽ textũ ad hoc inducit Ambr. eo loco. ¶ Huic tamen solutioni officere vide-
tur, quod psal. 131 habetur, Propter Dauid seruũ tuũ non auertas faciẽ Christi tui. i. ob Dauid merita ꝙ
prospicias, non populi cõmissa, Christi huc concessuri repromissio irrita non sit. Sanctorũ itaque me-
rito Christi incarnatio adniti videtur. Quòd autem locus ille ad verbum incarnatum pertineat, conte-
xtus series satis insinuat, Iurauit dominus veritatem, id est, promissum iureiurando firmauit: & nõ pœ G
nitebit eum, seu pœnitentia non flectetur: quem mentiri impossibile est, infra cap. sexto, De fructu ven-
tris tui ponam super sedem tuam. Christus quippe secundum humanæ naturæ dispensationem à Da-
uid originem traxit, Matth. primo, Liber generationis Iesu Christi filii Dauid, filii Abraham. Hęc obie-
ctio in hunc modum dissolui potest: vt illorum priscorum patrum, qui vitam præclare gesserunt, opti-
mis studiis Christi incarnationem acceleratam dicamus: tametsi hanc non promeruerint, veluti pleri-
que theologi nõ infimę eruditionis de beata virgine percenseot: idque iure optimo, cum pręcęteris ho-
noratior, & deo dignior extiterit. Lucæ primo, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris
tui. ¶ Quòd si quispiam adhuc occurrat, dicẽs, Quomodo quis incarnationis accelerationẽ promereri
potuit, quam ante omne æuum sub temporis plenitudine fiendam deus decreuit, vt ad Galat. quarto
constat. Perdiscat ille, quòd tametsi elegerit nos deus ante mundi constitutionem, Ephe. primo, nullus
tamen rationis particeps qui non boni quippiam peregerit, futura gloria potiturus est. Ephe. secundo,
Ipsius enim factura sumus, creati in Christo Iesu in operibus bonis, vt in illis ambulemus. Idcirco 2 Pe-
tri primo dicitur, Propter quod fratres magis satagite, vt per bona opera certam vocationẽ & electio-
nem faciatis. quæ tamen gratis effecta est. Sine pœnitentia enim sunt dona dei & vocatio, Roman. 11.
¶ Non clausis, quod aiunt oculis, præterire duxi, quendam recentiorem interpretem, qui in annotatio-
nibus suis in psalm. 8, hanc nostram equidem receptissimam versionem taxare adnititur, dicens, Errore
lapsus est qui epistolam Pauli ad Hebræos hebraico sermone scriptam vertit in Græcũ. Vtebatur enim
vocabulo Paulus quo & Dauid: & à deo dicebat Christum minoratum, quemadmodũ & Hieronymus D
ex Hebræo, Minuisti eum paulominus à deo; legit. Hæc ille. Aduertat tamen quisquis ille fuerit, obni-
xe hortor, quomodo 70 interpretes Ptolemæi Philadelphi regis AEgypti iussu vetus instrumentum
ex Hebræo in Gręcum transtulere, vt testatur Hieronymus Danielis nono & vndecimo capitulis, locum
illum explicans, Et de principibus eius pręualebit &c. & in Apologia aduersus Ruffinum. Iosephus simi
liter ante eum libro duodecimo antiquit. cap. secũdo. Haud tamen me clam est, Hieronymũ prooemio in
traditiones Hebraicas dixisse, Accedit ad hoc quoq; quod Iosephus, qui 70 interpretũ proponit histo-
riã, quinq; tantum ab eis libros Moysi translatos refert. Et Ezech. 5, Quanq̃ & Aristeus & Iosephus &
omnis schola Iudæorum, quinque tantum libros Moysi à 70 translatos asserant. Quod ob id Hierony-
mũ scripsisse coniicio, quia Iosephus loco nũc inducto legis dũtaxat meminit, inquiens, Itaq; trãscripta
lege, & opere interpretationis ad effectum per 72 dies trãsacto, congregans Demetrius Iudæos omnes
ad locum in quo translatæ leges fuerant, præsentibus etiam interpretibus eas legit. Verũ cum legis diuer

A ſa ſignificantia ſit, licet frequentius pro quinque libris Moyſi accipiatur: hæc coniecturã faciunt, non effi-
cax argumentum præſtant. Quod autem alias ſcripturas tranſtulerint, Pauli teſtimonio Rom. 2 compro-
batur: vbi quod Ezechiel. 36 habetur, proferens, non veritatem hebraicam ſed ſeptuaginta editionem ſe-
quutus eſt, idipſum quoq; & alijs locis egit. Idcirco Hieronymus verſioni iuxta veritatẽ Hebraicã ſeptua-
ginta tranſlationẽ crebrius adiecit. Qui, Hieronymi teſtimonio, cuius verſionẽ in pſalmum habemus non
modo iuxta veritatem hebraicã, ſed & ſeptuaginta interpretes, transferendo aliud à prophetis inſtigante
ſpirituſancto dicere potuerunt. Cum enim, ait dicta Apologia & prologo in libros Paralipomenon, Obe-
lus, id eſt, tranſuerſa virga poſita eſt illic, ſignatur quid ſeptuaginta addiderũt, vel ob decoris gratiam, vel
ob ſpiritusſancti autoritatẽ, licet in hebræo non reperiatur. Ad idem Auguſtinus lib. 18 de ciuitate dei, cap.
47, & lib. 15 cap. 13, Vbi interpretes, inquit, diuerſa ab Hebræis dicunt, non eſt cenſendum mendaciũ: ſed
ſpiritum ſanctum tunc voluiſſe docere ſcripturã multiplicem ſenſum habere. Vſu autẽ venit, teſte eodem
Hieronymo in proœmio pſalmorum, vt Latina eccleſia in pſalmis legendis, ſeptuaginta interpretes non
Hebræos imitetur. quod tibi facile perſuaſum erit, ſi vnam alteri contuleris. proinde nec idipſum ille dif-
fitetur. Nil igitur mireris, ſi interpres noſter pſalmum quem hoc loco Paulus inducit, iuxta ſeptuaginta
apposite quidem tranſtulerit, quibus latina conſuetudo in hac parte adhæſit. Et ita, Minuiſti ab angelis
vel minoratus eſt, hic legunt Chryſoſtomus & Theophylactus. Ambroſius libro ſecundo de fide cap.
quarto, Auguſtinus dicto libro tertio contra Maximinum. à quibus temere recedendum non eſt. Con-
B textus etiam ipſe ſic litteram legendam eſſe, manifeſte inſinuat. Nam cum prius Paulus dixiſſet, Non
enim angelis ſubiecit deus orbem terræ futurum, de quo loquimur, continue ſubintulit, Teſtatus eſt au-
tem in quodam loco quis dicens, Eum autem qui modico quàm ab angelis minoratus eſt &c. Ex quibus
compertiſsimum eſt, Paulum angelis Chriſtũ non deo conferre. ¶ Quod vero ille obijcit, Quomodo ab
angelis diceret Paulus Chriſtum minoratum, cum de eo dicat, Sedere eum fecit ad dexteram maieſtatis
eius? Et rurſum, Tanto melior angelis effectus eſt, quanto præ illis differentius nomen hæreditauit? Fa-
cile diluitur ſi attendat Paulum hic dixiſſe, eum qui modico ab angelis minoratus eſt, videmus Ieſum
propter paſsionem mortis. Non igitur gratia aut deitate, ſed mortis paſsione, vt prædiximus, minor ex-
titit. ¶ Præterea quòd dicit Paulũ ſermone hebraico hanc ſcripſiſſe epiſtolam, & ideo eodem vocabulo
vſum quo Hebræi: ipſos & à deo minoratum dixiſſe: hæc conſequentia nihil prorſus conuincit: cũ Paulus
non ſolum Hebrææ linguæ, ſed & Græcæ peritiam ſibi vendicet: quippe qui cæteras epiſtolas ſuas Græ-
co ſermone ſcripſerit. Idcirco veritate Hebraica intermiſſa liberum illi erat Septuaginta editionem in-
ducere, quæ ſuæ ſententiæ, velut annotauimus, plurimum conducebat. ¶ Ne tamen erroris ſuſpitio cu-
iuſquam animum pulſet, Hieronymum attendamus, loco nunc adducto, & ſimiliter Auguſtinũ. Huc ac-
cedit quòd Paulus aliquot alijs huius epiſtolæ locis ſeptuaginta ſequutus ſit, qui eiuſdem cap. octauo pro-
ducens quod Hieremiæ trigeſimoprimo habetur, ſeptuaginta interpretes imitatus eſt. Huius rei teſtem
habes Hieronymum Hieremię loco adducto, ſeptuaginta tranſlationem Hebrææ veritati immiſcentem.
C Et cap. decimo Paulus inducens quod Abacuc ſecundo ſcribitur, Quòd ſi ſe ſubſtraxerit, non placebit a-
nimæ meæ. quod haud dubie à ſeptuaginta parum abeſt, qui teſte Hieronymo eo loco ita habẽt, Si retra-
xerit ſe, non placebit animæ meæ. In eo Hebręi vero longe aliter legũt, Ecce qui incredulus eſt, aiunt, non
erit recta anima eius in ſemetipſo. Et rurſum cap. 11 proferens quod Geneſis quadrageſimoſeptimo ha-
betur, vbi noſtra verſio iuxta veritatem Hebraicam habet, Adorauit Iſrael dominum, conuerſus ad le-
ctuli caput: legit, & adorauit veſtigium virgæ eius, 70 ſequutus: qui ſecundum Hieronymum libro de
quæſt. hebraicis ita transferunt. ¶ Sed quid his diutius immoror, cum Paulus, cuius ore ſpiritusſanctus
loquutus eſt, primæ Corinthiorum ſeptimo, Puto quòd ſpiritum dei habeam: & 2 Corinthiorum decimo
tertio, An experimentum eius quæritis qui in me loquitur Chriſtus? nonnulla citet quę nec in Hebræo- Citari nõ
rum voluminibus nec Græcorum exemplaribus habentur? vt eſt illud huius epiſtolæ cap. nono, In arca nulla inter
teſtamenti erat vrna, virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ teſtamenti: cum tamen tertii Regum dum, quæ
octauo dicatur, In arca non erat aliud niſi duæ tabulæ lapideæ, quas poſuerat in ea Moyſes in Oreb. nec in He
ſuper quo poſthac prolixius diſſeremus. Cap. quoque 12, Et ita terribile erat quod videbatur, vt Moyſes bręis, nec
dixerit, Exterritus ſum & tremebundus. quod tamẽ apud veteres illos minime comperies. ¶ Præter has Græcis re
obiectiones quas inualidas eſſe perſpicuum eſt, Hieronymũ profero, qui in epiſtola ad Algaſiam, quęſt. 2 periantur.
inquit, Vbicunque de veteri inſtrumento euangeliſtæ & apoſtoli teſtimonia protulerunt, diligentius ob-
ſeruandum eſt nõ eos verba ſequutos eſſe ſed ſenſum: at vbi ſeptuaginta ab Hebræis diſcrepant, Hebræo-
D rum ſenſum ſuis expreſsiſſe ſermonibus. Cum igitur hebraice hæc epiſtola ſcripta ſit, videtur, quẽadmo-
dum in hebræo habetur, legendum eſſe. Hæc autoritas licet initio difficultatis plurimum prætendat, nihil
tamen huic aſſertioni noſtræ officit, ſi memoria repetamus Hieronymum in epiſtola Simię & Fretelę di-
xiſſe ſeptuaginta tranſlationem, quæ in eruditorum libris incorrupta & immaculata reſeruatur, apud He-
bræos in honore & reuerentia eſſe. Mirum igitur non eſt, ſi Paulus libertatis ingenii gratia eam amplexe-
tur. quod & Matth. qui hebraice ſcripſit, ſui libri cap. 27 factitaſſe legimus. vbi id quod pſal. 21 habetur, in
morẽ ſeptuaginta & non Hebræorũ protulit. Veritas nanq; hebraica teſte Hieronymo, Super veſtimentũ
meum miſerũt ſortem, habet. Frequentius vero & communius veteris inſtrumenti teſtimonia inducentes, 70 autho
hebræum ſermonẽ ſequuntur. ¶ Et vt paucis hanc concertationem abſoluam, neminem offendat, velim, ritas in
quòd Latina conſuetudo in pſalmis legendis ſeptuaginta, in cæteris vero prophetis euoluendis Hebræos pſalmis.
imitemur: cum Hieronymus dicta epiſtola ad Simiam & Fretelam aſſeueret ſeptuaginta editionem in pſal-
mos, quæ ab ipſo in latinum ſermonem fideliter verſa eſt, & Hieroſolymis atque in eccleſiis Orientis de-
cantari: iure igitur optimo & à Latinis recepta eſt.

Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorum per passionem consummare. E ❡Ne forsan quispiam dicat, cũ Paulus superiori capite Christũ prę angelis nomen hęreditasse scripserit, cur mortis passione angelis minoratũ nunc intulit: huiuscemodi quęstioni occurrẽs, Decebat, ait, eum, deum patrem, dicunt Chrysostomus & Theophylactus, per quẽ omnia & propter quem honorandum & glorificandum facta sunt, Roma. 11, Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Et qui multos filios in gloriam adduxerat, hoc est, adducendos ab æterno præordinauerat: Autorem salutis nostræ, Christum videlicet, qui eiusdem causa meritoria est, infra cap. 5, Consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis. & cap. 12, Aspiciamus in autorem fidei & consummationẽ salutis nostræ Iesum Christum. Per passionem consummare, perficere & in gloriam adducere. Adhuc enim illi dicto insistit quod prius dixerat, Gloria & honore coronasti eum. Hinc Chrysostomus, Decebat deum patrem curam de nobis agentem, & omnia vt essent proferentem, tradere Christum pro omnium salute, vnum pro multis. ❡Verum non hoc solum dixit, sed per passionem consummare & exaltare: ostendens, quòd qui patitur pro aliquo, non solum illum iuuat, sed etiam ipse clarior efficitur & perfectior. Etenim Christus tunc glorificatus est, quando passus. Quando autem dico, glorificatus est: non putes, quia eius gloriæ quicquam accesserit: illam enim semper habuit naturæ suæ nihil assumens, sed per passionẽ illum perfecit, & clariorẽ reddidit. Hęc ille. ❡Sed quid clariorẽ effecit, si glorię illi nihil accesserit? Dico post F eundem Chrysostomum homil. 79 in Iohannem, locum illum interpretantem, Pater, venit hora clarifica filium tuum, vt filius clarificet te. Per cognitionem, ait, quia etsi claritas patris eadem semper perseueret apud homines, tamen minor aliquando extitit, dum in Iudæa solum notus esset deus. psalm. 75. quæ post resurrectionem filii vbique demonstrata est. Ita & de filii claritate indicandum est: quem ante crucem ne Iudæi quidem nouerant: Israel, inquit, me non cognouit. Post passionem vero vniuersum orbem ipse peruasit. Vel aliter iuxta Ambrosium lib. 3 de fide cap. 4 declarari potest, Quem decebat salutis autorẽ per passionem consummari, hoc est mortem obire. Nõne, ait, euidenter exposuit quòd dei filius, qui propter diuinitatẽ suam omnia creauit, is postea propter populi salutem, & carnẽ passibilem, & mortis passionem assumpserit? Quod vtiq; decuit aut congruum extitit, ait Paulus, non autem necessarium. Qui loquendi tropus studiose attendendus est, quo Aug. lib. 3 de trinitate cap. 10, & glosæ ordinariæ Rom. 5 sententia comprobatur, asseuerantium, deo, qui omnia potest, alium nos redimendi modũ possibilem fuisse, sed miseriæ nostræ sanandæ nullum aptiorem. Quid enim, aiunt, nos tantum erigit, & à desperatione immortalitatis liberat, quàm ꝙ nos tãti fecit, vt homo pro nobis moreretur? ❡Sed cur decuit salutis nostræ gratia mortem Christum subire? Nimirum quò immensæ charitatis diuinæ magnitudo exprimeretur. Roma. 5, Commendat autem deus charitatem suam in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est, iustus pro iniustis. Et Iohannis 3, Sic deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum non pereat. G

De clarificatione seu glorificatione Christi & dei patris.

Qui enim sanctificat & qui sanctificatur, ex vno omnes. Propter quã causam non confunditur fratres eos vocare, dicens, Nunciabo nomen tuum fratribus: in medio ecclesiæ laudabo te. ❡Quæ superius recensuit de Christo, secundũ carniem dicta esse insinuat, dicens, Qui sanctificat, Christus videlicet: & qui sanctificatur, nos ipsi: ex vno omnes, sumus, deo. Verum etsi ex vno prodierimus omnes, alia tamen sumus ipsi à Christo & diuersa conditione, inquit Theophylactus. De quo tantũ distamus, quantum à creatis & conditis differt creator. Nos equidem filii adoptiui, Galat. 4: Christus vero filius naturalis, Iohan. 1, Vidimus gloriã eius quasi vnigeniti, plenum gratię & veritatis. qui vnigenitus & naturalis est deo patri, plures vero adoptiui. Quod vtiq; de Christo homine sumendum est, vt ait Chrys. homil. 11 in Iohannem, & August. tractatu 2 in eundem. quod & contextus docet, vbi dicitur, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius &c. Propter quã causam, quia vnius naturæ sumus cum Christo, & filii dei, tantoque ab eo honore dignati sumus, Nõ cõfunditur, seu erubescit aut dedignatur, etsi à peccato immunis, Fratres nos vocare: dicens, quod psal. 21 habetur, Nunciabo nomen tuum fratribus meis, toto orbe dispersis: In medio ecclesiæ laudabo te, hoc est in vnitate ecclesiæ & medio credentium populorum laudibus te efferam, Ioh. 17, Ego te clarificaui super terram, opus consummaui quod dedisti mihi, manifestaui nomen tuum hominibus. ❡Quo textu Heluidius vtiq; impudentissimus erroris & insolentiæ arguitur, qui vt ait Hieronymus in epistola aduersus eundem, his quæ Marci 3, & Luc. 8 habentur, Ecce mater eius & fratres stabant foris quęrentes loqui ei, innixus ore spurco ac sacrilego deiparæ virginis integritatem detractare ausus est: H proaciter asseuerans huic quoque rei argumento esse & testimonio ea quæ nunc protulimus: non intelligens fratris significantiam multiplicẽ esse, vt Hieronymus variis scripturę locis manifestat. Fratres enim aliquando dicuntur affectu, ii videlicet qui eadem religione coniunguntur. Hinc Paulus omniũ pene epistolarum suarum initio eos fratres appellat, qui pietati christianę addicti erant. Idque iure optimo, cũ saluator locis nunc adductis dixerit, Qui fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, hic frater meus, soror, & mater est. Sitque præsenti psalmo in persona Christi dictum, Nunciabo nomen tuum fratribus meis, qui dei imperiis deuincti, eius voluntati obsequuntur. Alii vero fratres natura censentur, qui ab eodem parente progeniti sunt, quemadmodum Iacob & Esau. Quidam etiam cognatione, qui eiusdem familiæ sunt, & ab eodem stipite vicinius aut remotius prodeunt: ideo Genesis decimotertio, Abraham, Loth nepotem suum alloquutus dixit, Non sint rixæ inter me & te, quia fratres

De parilitate naturæ Christi & hominis, sed cõditione differenti.

☞

Fratris significatio multiplex

A sumus. Saram quoque licet neptem & fratris filiam sororem appellauit, Gene. 12, & 20 cap. Sunt item fratres gente, de quibus Deuter. 15, Cum venditus fuerit tibi frater tuus Hebræus, & sex annis seruierit tibi, in septimo anno dimittes eum liberum. Et rursum cap. 17, Constitue super te principem quem dominus elegit, qui sit de fratribus tuis. Non igitur vt perperam Heluidius existimauit moris est scripturę, eos fratres tantum sentire, qui ab eisdem parentibus ortum habent.

Et iterum, Ego ero fidens in eum. ¶Non vno contentus testimonio Isaiam inducit dicens, Et iterum, Ego, Christus, ero fidens in eum, deum patrem, super meæ resurrectionis gloria. Quæ auctoritas, teste Hieronymo eo loco ex Isaiæ cap. 8. desumpta est. At cum ibidem habeatur, Et expectabo dominum qui abscondit faciem suam a Iacob, & pręstolabor eum: cur non eam verborum formam Paulus obseruauit? egit ne hoc inscitia quadam? absit. quin potius prudenti consilio scripturæ sensum perquirendum non verba ostensurus. Qui non vno tantum loco, sed frequentioribus cum cæteris apostolis & euangelistis id factitauit, velut post Hieronymum supra cap. 1, locum illum interpretatus, Et adorent illum omnes angeli dei, annotaui. Ad hæc Hieronymus in epistola ad Algasiam, quæstione secunda, vbi multis scripturæ testimoniis hoc aperte demonstrat, cui in vertendis scripturis id studii semper fuit vt ipsemet testificatur in epistola ad Pammachium de optimo genere interpretandi, Ego enim, ait, non so-

De interpretandi seu vertendi ratione.

B lum fateor sed & libera voce profiteor, me in interpretatione Græcorum vbi & verborum ordo, & mysterium est, non verbum è verbo, sed sensum de sensu expressisse. quod & apostoli & euangelistæ fecere. Huius rei quam plurima scripturæ exempla producens. Idem ad Ephes. 1, Propter paupertatem linguæ, inquit & rerum nouitatem. Et sicut quidam aiunt quòd sit Gręcorum sermo latior & lingua fœlicior conabimur non tam verbum è verbo transferre, quod impossibile est, quàm vim verbi quodam explicare circuitu, quod Latinis & Gręcis commune est. Hęc ille. Isaiæ quoque 41. Et in apologia aduersus Ruffinū hoc ipsum ingenue confitetur. ¶Quod nonnulli recentiores proh dolor, plus æquo sua consilia præcipitantes non animaduertunt, qui interpretem nostrum simulque versionem eius plurimum suspiciendum vel ob id quod verbum è verbo non transtulerit contemptui habent. Imperitię & erroris accusant, dente genuino conficiunt, criminantur, & relegandum volunt. Hinc paraphrases in lucem prodiere, annotationes non paucæ, quibus hanc nostram translationem mordent, lacerant, & despiciunt antequam intelligant, & quod iniquius est, & molestius ferendum, hoc vitio quidam laborant vt nostra explosa aliam edere gestiant. Quos submissius exoratos velim, quatenus accuratius secum versent perdiscantque quantopere hæ nouæ res insperatæ atq; improspectæ rei publicę christianę tranquillitati ac paci obsint, quantum contrariis consiliis quàm periculosissime ineundis contentionibus rixisque fouendis valeant: quas à pietate christiana procul esse Paulus docuit 1 ad Corinth. 11, Si quis contentiosus videtur esse inter vos,

C nos talem consuetudinem non habemus neque ecclesia dei. Quibus denique illa honarum omnium artiū nouerca nouitas dispendio fuerit, nouerint, opto. Nemo tamen interim mihi irascatur, cui (deū obtestor) nullum est antiquius officium in omni vita reliquum quàm vt erga omnium salutem satis gratus iudicer, si quod officii nostri ratio & obseruantia exigit, huius ætatis portentosæ graues calamitatum procellas, rerum multarum desperationem, deflendam animarum iacturam vigilatius animo mecum reputans, vitia quæ velut herba irrigua succreuere, vitiorumque seminarium nouitatem perhorrens forsan plusquam par sit excanduerim. Cuncta igitur ęqua lance appendentes per eam quæ inter nos est mutuam beneuolentiam & Christi fidem hortor atque obsecro, quatenus nequis nostrum in pręceps ruat, aut dispendiis scopulo illidatur, antiquas illas traditiones tam facile non abiiciamus: quinpotius boni æquique consulentes eas, vt Actus apostolorum cap. 15 & sequenti docent, veneremur, exosculemur & amplexemur. Scimus equidem scimus viri optimi, nullam tam sinceram illibatamque veritatem, quæ rationibus vehementissimis magnaque argumentorum vi impugnari, ne dicam oppugnari, non possit. Quis tamen sapientum his aliquando cedendum esse censuit, aut ab eo quod totius ecclesiæ consensu semel receptum est? Verum quo huius rei apertiorem fidem faciamus, in hanc nostram versionem ita obiicio. Esto enim vt diximus sensui non verbis intendendum sit, alia tamen ratione & quidem vrgentiori eam non esse Hieronymi suaderi videtur. Multis nęque locis a Hieronymo diffidere apparet: cui rei indicio est in primis quod cap. vltimo huius epistolæ habetur, Obedite pręposítis vestris, & subiacete illis, ipsi enim inuigilant quasi rationem redditurí pro animabus vestris: vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes, hoc enim non expe-

D dit vobis. Hieronymus vero ad Titum 1, proferens textum illum, legit, Hoc enim vtile est vobis. Præterea ad Galat. 1, vbi nostra habet, Qui eripuit nos de præsenti seculo nequam: Hieronymus legit, de præsenti seculo malo. & cap. sequenti vbi legimus, sed cum vidissem quòd non rectè ambularent. Hieronymus, sed cum vidissem quòd non rectò pede incedunt. Capite quoque 3, vbi habemus, quis vos fascinauit veritati non obedire? Hiero. veritati non credere. Possem multo plura rei huius producere exempla, sed satietati occurrendum est. Hieronymi itaque translatio a nostra plurimum distare videtur. Ast rem longe aliter se habere facile agnoscemus, considerantes Hieronymum, aliorum versionibus, quas studiose correxerat, ante suam editam sequutum fuisse, vt ipsemet fatetur Ezech. 40. Temporis longitudine, inquit, imo scriptorum vitio, & vt apertius loquar, imperitia, ab hebraica veritate discrepat antiqua translatio: præcipueque in hebraicis nominibus, quæ nos de aliorum editionibus in Latinū expressimus sermonem. Et ad Titum 3, vbi super hoc diffusius scripsit. Idem quoq; iudicium de Græcorum exemplaribus habendum est, cum in libro illustrium virorum dicat, Nouum testamentum Gręcę fidei reddidisse. Fieri itaque potuit, vt nonnullorum exemplaribus emendatis tūe aliquoties adhæserit. Qui demū nil veritatis hebraicæ detrahens, nec latū quidem vnguem a Græci sermonis norma recedens, vetus & nouum testamentum linguæ Latinæ reddidit, vt ipsemet testificatur, prologo, qui Galeatus dicitur, in libros Regum: prologo,

in librum Hester. & præfatione prima in Iob Epistola quoque ad Pammachium. Epistola ad Lucinium, E & præfatione ad Damasium in quatuor Euangelia, ad Eph. cap. 1. Quæ ea est editio qua nuoc & iam pridem Hieronymo adhuc superstite vsa est ecclesia: vt constat ex eiusdem epistola ad Simiã & Fretelam. Idem quoque Hieronymus, tametsi id nonnullis ambiguum videatur, noui testamenti editionem ab inou de sua emanasse testatur priore epistola ad Augustinum, ioquiens, Etsi me in noui testamenti emendatione suscipis, exponisque causam & cur suscipias, quia plurimi linguæ Græcæ habentes scientiam, de meo possint opere iudicare: eandem integritatem debueras etiam in veteri credere testamento, quod non nostra confinximus, sed vt apud Hæbreos inuenimus, diuina transtulimus. Sicubi dubitas, Hæbreos interroga. ¶ Rursum hic nouus scrupulus suboriri videtur: quippe cum multo tempore post translationem suam editam commentaria scripserit, vt ait Malachiæ tertio dicens, Vnde & nos ante annos plurimos ita vertimus sicut habetur in nostra: quid causæ est quòd in suis commentariis eam non sequatur? imo quam in manibus habemus reprebendat & crimineтur? qui ad Galatas quinto cap. quod eo loco legimus, Nemini consenseritis: nec in Gręcis libris, nec in his qui Apostolum cõmentati sunt, inueniri dicit. idcirco sententiæ illius expositioni supersedet. Et ad Ephesios quarto, vbi nostra translatio habet, Omnis sermo malus de ore vestro non procedat: sed qui bonus est ad ędificationem fidei: Hieronymus legit ad ædificationẽ opportunitatis: dicens, Pro eo autẽ quod posuimus ad ædificationem opportunitatis, secundum quod Græcè habetur: in latinis codicibus propter euphoniam mutauit interpres, & posuit ad ædificationem fidei, nostram reiiciens & alteram probans. ¶ Veruntamen consideremus necessum F est, quòd dum hæc scripta fuere à Hieronymo, translationi nostræ ipsum extremam manum nondum apposuisse, nec tunc ecclesiæ iudicio eam comprobatam fuisse: idcirco liberum illi fuit, huc atque illuc spatiari: & quæ illi grata primum occurrebant, illa amplexabatur: cui tamen multa quæ prius probauerat aliquando, postmodum ingrata fuere. Et contrà quæ prius displicuerant, ab eo postea accepta sunt: vt constat ex his quæ Malachiæ tertio scripsit, Quærat prudens lector, ait, quomodo nostra interpretatio cum iis congruat quæ sequuntur. In decimis & primitiis configitis me. Et videant an possumus hæc dicere. Adde eundem Zachariæ 11. & Ezech. 4.

Et iterum, Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi dominus. Quia ergo pueri, communicauerunt carni & sanguini: Et ipse similiter participauit eisdem, vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est, diabolum: & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant seruituti. ¶ Eiusdem prophetæ testimonio Christum in patrem nobis defert dicens, Et iterum, Isaiæ octauo, Ecce ego, Christus, & pueri, fideles in Deum & Christum credentes: quos dedisti mihi, velut membra capiti, Iohan. 17, Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi: tui erant, & eos dedisti mihi. Ast cum capitis sit, membris vitam subministrare: quia pueri, reliqui homines sanctificandi carni & sanguini communicauerunt, hoc est post admissum peccatum corruptionem & mortem experti sunt, Rom. quinto, Per vnum hominem peccatum in hunc mũdum intrauit, & per peccatum mors, G & ita in omnes homines mors pertransiit. Idcirco ipse Christus sanctificans participauit eisdem, passibilis & mortalis effectus, quod vtique mirum in modum decuit, vt per mortem suam destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est diabolum, cuius inuidia mors introiuit in mundum, Sapientiæ secundo, Sua potestate destitutum expugnaret ac profligaret: Iohan. 12, Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi, diabolus videlicet, eiicietur foras. Et ad Colossen. primo, Expolians potestates & principatus traducit confidenter: palam triumphans illos in semetipso: vbi vero mors deperiit, vita à capite Christo membris reddita est, 2 Timoth. primo, Destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam.

De ruina imperii diabolici.

¶ Sed quid diaboli imperium excidisse Paulus asseuerat, cum Eph. sexto scriptum sit? Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores, tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiæ in cælestibus. Dico eo collapsam diaboli autoritatem, quod Christi merito à seruitute illa, de qua Iohan. octauo, Qui facit peccatum, seruus est peccati, manumissi sumus. ex deuicta morte, vita nobis restituta est, & in gratiam redimus, 1 ad Corinthios 15, Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Nos quoque in præsentiarum redemptionis nostræ pretio persoluto spes pulcherrima fouet, qua omnia inimici tela licet ignea extinguimus. siue enim flagret concupiscentia, futuris bonis nihil diffidas, & hanc prorsus tolles, plane quoque extingues: siue tentationes vrgeant, & mala impendeant, ex futuræ tamen beatitudinis meditatione plurimum ipse solabere. Fortissimum equidem solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem vsque ad inferiora velaminis, vbi pro nobis præcursor introiuit Iesus, Hebræorum sexto. His accedit quod inimici in nos H desæuiendi potestas plurimum imminuta est: qui Apocal. 20 per mille annos religatus dicitur. Aliam deinceps huius dispensationis causam exprimit, Christum videlicet, idcirco corpori mortali ac passibili communicasse, vt eos Iudęos, qui timore mortis legis transgressoribus infligendæ, infra cap. decimo, Irritam quis faciens legem Moysi sub duobus aut tribus testibus moritur: per totam vitam erant obnoxii seruituti legis, eóque ne hilariores effecti vix ad horam lætitia perfruebantur: eos inquam liberaret & absolueret ab huiusmodi seruitute & legis iugo. ad Galatas quarto, At vbi venit plenitudo temporis misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret: & adoptionem

A filiorum reciperemus. Ad Rom.quoque 8,Non enim accepimus ſpiritum iterum ſeruitutis in timore: ſed adoptionis filiorũ. ℂPaulus hoc loco eos qui incarnationis veritatem detrectant percutit.Contra quos Chryſoſtomus, Operiẽtur confuſione qui putatiue dicunt Chriſtũ aduenisſe,& non vere,Marcion videlicet & Manicheus,qui vt Hieron.inquit,Matth.14.dicebant Christum non eſſe natum ex virgine, ſed viſum in phantaſmate ſolum fuiſſe,id eſt non veram carnem ſed fictam aſſumpſiſſe. Contra quos eſt textus præſens,Quomodo enim niſi homo mortem obiiſſe potuiſſet? hinc Ioh.primo dicitur, Verbum caro factum eſt. ℂAt dicet quiſpiam, quid tot anguſtiis opprimimur,toties vitę periculis obiicimur, tantiſque miſeriis vndique circuncepti ſumus, & non ea gloria donati,in qua protoparens conditus eſt? Proculdubio quameonſultiſsime id effectum eſt.poterat quidem, inquit Auguſtinus epiſtola ad Marcellinum de baptiſmo paruulorum, contra Donatiſtas, cui aſſentit gloſa,hoc deus dare credentibus, vt nec iſtius experirentur corporis mortem:ſed ſi feciſſet,carni quędam felicitas adderetur, minueretur autem fidei fortitudo. Sic enim homines mortem iſtam timent,vt non ob aliud felices ducerent Chriſtianos niſi quód mori omnino non poſſent, eóque propter illam beatam vitam quę futura eſt, nemo ad Chriſti gratiam feſtinaret, ſed propter remouendam mortis moleſtiam, & delicatius crederetur in Chriſtum, eſſétque fides infirma & debilis.

Nuſquam enim angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit.

De angeli & hominis excellentia.

ℂMultam dei miſericordiam ſimul & immenſam eius in nos charitatem Paulus commendare cupiens,
B angelis non eſſe donatum, quod homini oſtendit. Nuſquam enim dei filius angelos apprehendit, id eſt, naturam angelicam redimendam aſſumpſit:ſed ſemen Abrahę, naturam videlicet humanam ab Abraham deſcendentem, Matth.primo, Liber generationis Ieſu Chriſti filii Dauid,filii Abraham. Apprehendit,non accepit,dixit : idque ſignificantius,vt teſte Theophilacto oſtenderet naturam hanc noſtram refugientem & longe ab ſe abeuntem dei filium fuiſſe inſectatum : & adeptam tandem comprehendiſſe,ſibi vniſſe,& à fuga retraxiſſe. Luc.19,Filius hominis venit quęrere & ſaluum facere quod perierat. Enimuero ꝙ id beneficii deus homini nõ angelo contulerit, Auguſt. lib.primo de mirabilibus ſacrę ſcripturę cap.2.hunc locum pertractans,aperit. Deus,inquit,angeli peccatum non curare deſtinauerat: Homo vero ad ſtatum priſtinum à deo erat reuocãdus,& per clementię ſuę veniam,ſatisfactionem accepturus. Idcirco ſemen Abrahę nõ angelos apprehendit. ℂSed rurſum hic alia quęſtio naſcitur, Quid deus angelis peccantibus non pepercit, & tamen homini peccanti per humanæ carnis aſſumptionem veniam conceſsit? Agnoſcas,ait Auguſtinus,quód angelos in ſummo honoris ſui ordine conſtitutus,immutationem ad excellentiorem ſtatum habuit:niſi per contemplationem ſui creatoris confirmatus in eo ſtatu permaneret,in quo creatus fuerat:& idcirco prolapſus iterum reuocari minime potuit,qui de ſublimi ſui ordinis ſtatu proruit. Homo vero adhuc in terra poſitus generandi officio deſtinatus, ciborúmque alimonię deputatus,immutationem in ſublimiorem & meliorem ſpiritualémque vitam ſine morte reciperet,ſi quandiu in hac vita eſſet,in mandati cuſtodia permaneret. Hinc antequam ad ſtatum veniret ſublimiorem,delictum ſubruit. Et ideo de inferiori illo ordine,id eſt,ſui corporis immortalitate ſtatim ruit,dicente

De lapſu angeli & hominis, & eorum peccato differentia.

C te domino, Geneſis tertio, Terra es, & in terram reuerteris. Clementia ergo conditoris homo ad illam beatitudinem,ad quam peccans adhuc non perueniebat,per paſsionem domini reuocatur : qui ſi inde cecidiſſet, ſicut angelus, nunquam iterum reuocaretur. Hęc Auguſtinus. Cuius verba non eõ accipienda ſunt,vt malos angelos viſionis diuinę ac felicitatis ſupernę tantiſper participes intellexerit, & ab illa ſuó peccato tandem delapſos fuiſſe : quibus nihil cum illa commune aliquando fuiſſe,idem Auguſtinus lib. 11 de ciuit.cap.11 ſcripſit: fuere tamen dei cognitione,tametſi non clara,multo excellentius præ homine inſigniti,vt conſtat ex eodem Auguſtino lib.9. de ciuitate dei, cap.22.& lib. vnico, de cognitione veræ vitæ,cap.6. Idcirco in peccatum lapſos,quod non mediocrem in deum id præferret ingratitudinem,erigi nõ decuit. ℂIn hanc tamẽ ſententiam multum vrget quod Paulus poſt dei cognitionem,quam claram dicunt,de qua 2 ad Corinthios 12,peccato veniali velut cæteri coapoſtoli obnoxius fuerit. Vir enim quantumuis iuſtus aut perfectus, teſte Hieronymo,lib. primo aduerſus Pelagianos, huic vitio ſubiacet: ideo in concilio Mileuitano, Actione ſeptima habetur, Quicunque dixerit in oratione dominica ideo dicere ſanctos, Dimitte nobis debita noſtra,vt non pro ſeipſis hoc dicãt:ſed pro his qui ſunt in populo peccatores,anathema ſit. Sanctus enim erat & iuſtus Apoſtolus Iacobus,cum diceret, In multis offendimus omnes. Nam quare dicit omnes,niſi vt iſta ei ſententia conueniat? Quis tamen adeo deſipiens, vt poſt veniale admiſſum Paulo,cui dei clara viſio præoſtenſa fuerat,veniam non concedendam putet? Ideo aliam affert iudicio meo, aptiorem. Præterea ait ad cumulum diaboli peccati multum accedit,ꝙ ſtatim poſtquam peccauit,foueam deſperationis incurrit. Si enim de ſuo peccato habere veniam non deſperaſ-

Veniali peccato ſubiici omnes.

D ſet, nunquam conſentienti ſibi homini ſalutis ſuæ damnum procuraret. Dixit itaque Auguſt. angelum malum ob id redemptione indignum,ꝙ in malitia obfirmatus ad extremum vſque viæ perſeuerauerit. Quam rationem omnibus aliis ſemper prætuli,præſertim quod Eccleſiaſtici.11. ſcriptum ſit, vbicunque ceciderit lignum,ibi erit ſiue ad auſtrum ſiue ad aquilonem. Quod autem libro vnico quæſtiũcularum, verſus finem ait, Summi angeli peccatum inſanabile fuit, & homini ſanabile: quia angelus ſui ſceleris inuentor fuit,homo vero alterius fraude ſeductus Item quanto ſublimior angelus in gloria,tanto in ruina:homo vero quanto fragilior in natura,tanto facilior ad veniam. Congruum atque conſentaneum fuiſſe iudicat,deum homini occulta inſpiratione ſui ſceleris deteſtationẽ ſuggeſsiſſe:hinc Gene.3, vocauit dominus Adam & dixit,vbi es?glo. verba ſunt increpantis & ad pœnitentiam cogentis . angelo vero nequaquam, qui eminentioris naturæ perfectioriſque ſcientiæ pœnitentiam neglexit. Et quia neglexit eam tandem inuenire non potuit, vulnúſque incurabile in notam omnium reproborum contraxit:

Recte igitur August.tractatu.110 in Iohannem, Cum vero nouerimus bonorum omnium creatorem re- E
parandis angelis malis nihil gratiæ contulisse, cur non potius intelligimus, quòd tanto damnabilior eo-
rum iudicata sit culpa, quanto erat natura sublimior? tanto enim minus quàm nos peccare debuerant,
quanto meliores nobis fuerant. Nunc autem in offendendo creatorem, tanto execrabilius beneficio eius
ingrati extitere, quanto beneficentius sunt creati. Hæc ille. ¶Postremo, si quis opposuerit, quare scri-
ptum est Ecclesiastici.39. Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt. Si sui peccati pœnitere potuerint, fu
turum quidem erat, vt beatitudinis supernæ participes efficerentur. Quomodo in vindictam creati? Dico
quæstionem illam non de alterius scripturæ loco, sed de proprio contextu absolutam esse. Mox enim sa-
piens subiunxit, Et in furore suo, quo videlicet diuinæ voluntati repugnabant, confirmauerunt tormenta
sua. Ideo qui à deo in decore creati fuerant, Isaiæ.14: eorum inobedientia & peruicacia effectum est, vt
creati postmodum in malorum vindictam exercendam instituti sint.

De Christi cõmunicatione cũ natura humana.

Vnde debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret, & fidelis pontifex ad deum, & vt repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potens est eis qui tentantur, auxiliari. ¶Id quod modo
recensuit apertius exequitur, ostendens Christum sic carni & sanguini communicasse, vt persimilis no-
bis fieret, parique nobiscum iure censeretur. Vnde, inquit, quia semen Abrahæ apprehendit, salutis
nostræ gratia, debuit per omnia fratribus assimilari. Natus quidem est, inquit Crysostomus homilia.5. F
in hanc epistolam, educatus creuit, passus est omnia quæ oportuit, in fine mortuus est: hoc est secundum
omnia fratribus similari. Verum cum audis eum nobis persimilem, ne vel leuis peccati suspitio animum
pulset. infra c.4. dicit, Tentatus per omnia pro similitudine absque peccato, id est, in omnibus excepto
peccato nobiscum communicauit, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. primæ Pet.

Passiones duplices.

2. ¶Attendamos item quòd nec nocuas passiones, & ad peccatũ illicientes, teste Damasceno, lib 3.c.
2. assumpsit, Confitemur, ait, quod omnes naturales & innoxias passiones nostras assumpsit. Naturales
autem & innocuæ passiones sunt quæ ex condemnatione ob transgressionem in humanam vitam ingres
sæ sunt, vt fames, sitis, pœna, labor, lachrymæ, corruptio, mortis recusatio, & similes. Quas autem noxias
dicimus, vt sunt procliuitas ad malum, peccati fomes, torpor quidẽ & segnities, quæ nos ab optimis stu-
diis remorantur, reliquáque id genus, de quibus ad Rom.7, non decuit Christum assumere, qui omni-
no impollutus fuit & segregatus à peccatoribus, infra.c.7, Talis enim decebat vt nobis esset põtifex san-
ctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus. Cui nihil cum ignorantia commune fuit, vt idem c.
sequenti post Grego. Nazianzenum testatur, Propter hypotheseos identitatem, inquit, & inseparabilem
vnionem, locupletata est domini anima omnium cognitione. Ioh.1. Vidimus gloriam eius quasi vnigeni
ti, plenũ gratiæ & veritatis. ¶Nec est quod miremur Christum mortẽ non ignorantiam sustulisse. hæc
quippe peccato populi suffragatur. 1. ad Timoth.1. Qui prius blasphemus fui & persecutor, & contu-
meliosus: sed misericordiam dei consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. & Act.3. Et nũc scio
quia per ignorantiã fecistis sicut & patres vestri. Illa vero mortẽ necat, vt preloqoutus est. ¶Quid vero G
causæ sit vt has passiones Christus experiretur? sane vt misericors fieret, & infirmitati nostræ compate-
retur, infra.c.5. Qui condolere possit his qui errant & ignorant: quoniam ipse circundatus est infirmitate.
Et vt fidelis pontifex fieret ad deum, et deo acceptus. Vel fidelis, inquit Theophilactus, verax & potens,
& vt pontificis officio fungeretur. Est nanque pontificis munus, vt eos quibus præficitur prauis eximat
facinoribus. Hinc sequitur, vt repropitiaret delicta populi, hoc est, vt nos delinquentes seipsum offeren-
do deo conciliaret. Omnis nanque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis
quæ sunt ad deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccato. Quod vtique Christus potuit & voluit. In eo
enim in quo passus est, in natura videlicet, non diuina, sed humana, in qua quamplurima & acerbissima
quidem incommoda pertulit. potens est & nobis auxiliari: quia promptior est, vt manus porrigat, & tan-
quam misericors nobis oppressis opituletur. Sed qua ratione Christum ab iis passionibus immunem, quæ

Tentatio varie capitur.

nos ad peccatũ illiciunt recensuimus: cum hoc loco cum passum & tentatum Paulus dicat? ¶Tentatio
vero peccatum aduocet, Iacobi.1. Vnusquisque tentatur a propia concupiscentia attractus & illectus, quæ
cum conceperit generat mortem. Dico tentationem aliquando accipi pro probatione, qua vires & alicu
ius constantiam periclitamur. 2. ad Corinth.13. Vosmetipsos tentate si estis in fide Christi. Et.1. Reg.17.
Cœpit tentare Dauid si armatus posset incedere. Gen. quoque.22. Tentauit deus Abraham, & dixit illi,
Tolle filium tuum quem diligis Isaac. Et hanc sustulit Christus. quæ iuxta Basilium magnũ, sermone in-
diuites auaros, bifariam diuiditur. Nam vel res aduersæ corda hominum velut ignis aurum per patiẽtiam
probant, vel res ipsæ secundæ per modestiam & liberalitatem qualis quisque sit facile ostendũt. AEque e- H
nim durum videtur in rerum difficultate minime deiici. Et infractum seruare animũ, ac in felicitate non
extolli nec alios despicere inferiores. Primæ sortis exemplum Christus pertulit, qui omnem Iudęorũ sę-
uitiam grauissimásque iniurias veluti torrentis impetum immobili corde firmóque proposito suscipiens,
tanto maior tentationibus illis apparuit, quanto duriora furentium Iudęorum videbatur sustinuisse tor-
menta. Infra c.12. qui proposito gaudio sustinuit crucem confusione contenta. Sancti quoque athletę in-
uicti hoc certaminis genere palmam victorię adepti sunt infra.c.11. alii vero lapidati sunt, secti sunt, in oc-
cisione gladii mortui sunt. Altera autem tentatione Abraham, Loth. & reliqui diuitiis plus ęquo non cre-
dentes probati sunt. Est pręterea tentatio quę eo fine proponitur, vt hominem letali vulnere conficiat,
deiiciátque, de qua primę ad Thessalo.3. Ne forte tentet vos is qui tentat. Cui ab intrinseco illatæ Chri-
stus non subiacuit, cuiusmodi ea est de qua Iacobi.1. Et ad Gal.6. Caro concupiscit aduersus spiritum,

A & ſpiritus aduerſus carnẽ, vt non quæcunque vultis illa faciatis. Illam aotem quæ ab extrinſeco prouenit perpeſſus eſt, cũ Math. 4 ſcriptũ ſit, Tunc Ieſus ductus eſt à ſpiritu in deſertum, vt tentaretur à diabolo. Qui poſtq̃ quadragiηta dierum abſtinentiam cõſummauit, Satan cũ eſurientẽ videret, accesſit: & ſubdola profeſsione quaſi cõpatiens ei, ſubuenire periclitanti naturæ hortabatur: Si filius dei es, dic, vt lapides iſti panes fiant. Nec vult fateri, nec præſumit diabolus diffiteri Chriſtũ filiũ dei, ſed dubie diſpenſeque conſulens tendiculas blãdis innectit ſermonibus, vt obaudientẽ ſibi reddat obnoxiũ, & ſe de cõpaſsionis ſpecie reddat acceptũ: pelliciatq; Chriſtum tentãtis voto ſatiſfacere. De hac tẽtationis ſpecie & aliis quę Math. 4, & Luc. 4 explicantur: quarum meminit hic Paulus, teſte glo. ordi. Cyprianus erudite ſcripſit ſermone de ieiunio & tentatione Chriſti. Super tentationũ variis differentiis infra cap. 4 effuſius diſſeremus.

EXPOSITIO CAP. III.

V Nde fratres ſancti vocationis cæleſtis participes conſiderate apoſtolum & pontificẽ confeſsionis noſtræ Ieſum Chriſtum, qui fidelis eſt ei qui fecit illum, ſicut & Moyſes in omni domo illius.

B ¶ Vbi angelis, quorum miniſterio lex data eſt, Chriſtum prętulit, & excellentiorem docuit, cum Moyſi legiſlatori prælaturus (de quo non minorẽ opinionẽ Iudæi omnes cõceperant) quô eos dociles reddat & attentos, ſequentẽ ſermonem inducit. Vnde quia Chriſtus angelis ſuperior eſt pro oobis paſſus, & potens nobis auxiliari, fratres ſancti, ob ſacramentorũ cõmunionẽ. 1 ad Corinth. 6, Sed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis: cæleſtis vocationis participes, id eſt ad cæleſtẽ hæreditatẽ cõſeqoendã acciti. 1 ad Corioth. 1, Fidelis deus per quẽ vocati eſtis in ſocietatẽ filii eius. 1 Pet. 3, Io hoc vocati eſtis, vt hæreditate poſsideatis terrã. ¶ Perſpicuum eſt itaque Paulum hoc loco oõ modo de generali vocatiooe, ſed & peculiari locutum, quæ ab eodem electio ſecundum propoſitum dicitur, Rom. 9, Vt electio ſecundum dei propoſitum maneret. Et hæc ſanctorũ ſeu prædeſtinatorum tãtum eſt: Illa autẽ omniũ etiã reproborum. Matth. 22, Multi vocati, pauci vero electi. Quod autem altera vocatio ſolis electis conueniat, docet Paulus Rom. 8, Quos autem prædeſtinauit, ioquit, illos & vocauit: & quos vocauit, hos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, illos & glorificauit. ¶ De hac duplici vocatione Auguſtinus lib. 1, cap. 2 ad Simplicianum ſcripſit. & lib. voico expoſitionum quarundã propoſitionum epiſtolæ ad Rom. cap. 55, dicens, Non enim omoes qui vocati ſuot, ſecundum propoſitum dei vocati ſunt. Hoc enim propoſitũ dei ad pręſcientiam & pręde ſtinatiooẽ pertinet. Quod autem eo loco ſequitur, Nec pręd eſtinat aliquem, niſi quem præſciuit crediturum, & ſecuturum ſanctorum vocationem, lib. 1 retracta. cap. 23 reuocauit. Ad hoc perduxi ratiocinationem ait, vt dicerem, Non ergo elegit deus opera cuiuſquam in præſcientia,

De vocatione & electione.

Vocatio duplex.

C quæ ipſe daturus eſt: Sed fidem elegit in præſcientia, vt quem ſibi crediturum eſſe præſciuit, ipſum elegerit, cui ſpiritum ſanctum daret, vt bona operando etiam vitam æternam conſequeretur. Nondum diligentius qoæſiueram, nec adhoc inueneram qualis ſit electio gratiæ: de qua idem dicit Apoſtolus, Reliquiæ per electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt, Rom. 11. Quæ vtique non eſt gratia, ſi eam merita vlla præcedant: oe iam quod datur, noo ſecundum gratiã, ſed ſecundum debitum reddatur potius meritis quàm donetur. qui lib Soliloquiorum vnico, cap. 28, ait, Mundas autem de nobis filiis hominum eos in quibus tibi complacuit habitare, quos ab ioacceſsibilibus profundis ſecretis iudiciorum incomprehenſibilium ſapientiæ tuæ, ſemper iuſtorũ licet occultorum, ſine eorum meritis prædeſtinaſti ante mundũ, vocaſti de mũdo, iuſtificaſti mundo, & magnificas eos poſt mundum. Non omnibus autem hoc facis, quod admirantur tabeſcentes omnes ſapientes terræ: & ego domine hoc conſiderans expaueſco, & obſtopeſco de altitudine diuitiarum ſapientię & ſcientiæ tuæ, ad quam ego non pertingo & incomprehẽſibilia iudicia iuſtitię tuæ: qooniam ex eodem luto alia quidem facis vaſa io honorem, alia vero in contumeliam ſempiternã. Et rurſus lib. de correptione & gratia cap. 7, Deus elegit nos in filio ſuo ante mundi conſtitutionẽ per electionem gratiæ: ſi autẽ gratia, iam nõ ex operibus: profecto electi ſunt per electionẽ gratiæ, noo præcedentiũ meritorum ſuurum. Ad hæc eſt id quod 2 Timot. 1 dicitur, Qui nos liberauit, & vocauit vocatiooe ſua ſancta: noo ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum & gratiã, quæ data eſt nobis io Chri-

D ſto Ieſu ante tempora ſecularia. Ambr. tamen oppoſite ſentire videtur, qui ad Rom. 8 inquit, Iuſtos quos præuidit ſibi futuros, deuotos ipſos elegit ad promiſſa præmia capeſſenda: vt iis qui credere videntur, & non permanent, in fide cœpta à deo electi negentur: quia quos deus elegit apud ſe permanent. Idem quoque eo loco ſentit Theophylactus: Præſcius vtique deus eſt, ait, præuidetq; qui ſint vocatiooe digni, deinceps prædeſtinat. Præcedit itaque prædeſtinationem agnitio. Prædeſtinationem velim intelligas optimam dei & immotabilem voluntatem. Nouerat itaque Paulum euangelio dignum, & ita prędeſtinauit & ſtatuit ad euangelũ munus vocare. Hec ille. Rurſus Ambro. lib. 1 de vocatione gentium, cap. 5 de electione & vocatione diſſerẽs, ait, Sed horum myſteriorũ iudiciorumque cauſas pius & doctus magiſter maluit ad altitudidẽ diuitiarũ ſapientiæ dei ſcientiæq; ſuſpendere, quàm iuſtiſsimę veritatis & miſericordiſsimæ bonitatis ſubtractũ ab humana cognitione ſecretũ temeraria inquiſitione diſcutere, nihil omittẽs de iis quæ non oportet ignorari: oihil contrectans de iis quæ non licet ſciri. Multa enim ſunt in diſpenſatione operũ diuioorũ, quorum cauſis latentibus ſoli monſtrãtur effectus, vt cũ pateat quod geritur, nõ pateat cur geratur, negocio in mediũ deducto, & in occultũ ratione ſubducta, vt in eadẽ re & de inſcrutabilibus præſumptio cõprimatur, & de manifeſtis falſitas refutetẽ. Et iterũ nõnullis interiectis, Sed cur illorũ non miſertus & horũ miſertus ſit deus, quæ ſcientia cõprehendere, quæ poteſt iouestigare ſapiẽtia? Latet diſcretionis iſta ratio, ſed non latet ipſa diſcretio: non intelligimus iudicantẽ, ſed videmus operãtem. Ipſemet tamen cap. 7 eiuſdem lib. inquit, Cum autẽ de diſcretione omnium hominũ quæſtio ventiletur, & ab

Prædeſtinatio quid

omnibus hominibus paruuli nequeant ſeparari,ſimulque de totius ætatis hominibus veritas dixerit,Filius E
hominis venit quærere & ſaluare quod perierat,Luc.19.Fruſtra profunditatē inſcrutabilis gratiæ per li-
berū arbitriū conātur aperire,qui cauſam electioois in eorū conſtituūt meritis qui eliguntur. ❡Eſt & alia
ſuper hominū electione ab his plurimū diſsidens ſentētia,eius videlicet,qui teſte Hieru.ad Ephe.1,deū iu-
ſtū conatur oſtendere:quòd non ex præiudicio ſcientiæ ſuę,ſed ex merito electorum vnumquēque eligat:
dicēs ante viſibiles creaturas cælum,terrā,maria,& omnia quæ intra ea ſunt,fuiſse alias inuiſibiles crea-
turas,in quibus & animas,quæ ob quaſdā cauſas ſoli deo notas,deiectæ ſint deorſum in vallem iſtam la-
chrymarū,in locū afflictionis & peregrinationis noſtræ:in quo ſanctus conſtitutus orabat,vt ad ſedē pri-
ſtinā reuerteretur,dicens,Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt:habitaui cū habitantibus cedar,
multū incola fuit anima mea.Itaq; priuſquam animæ(inquit)pręcipitarētur in mundū,& mundus ex ani
mabus fieret,cū habitatricibus ſuis in infimū ipſe deiectus,elegit Paulū deus,& ei ſimiles corā ſe,qui erant
ſancti & immaculati.Quomodo autē in Babylonica captiuitate,quādo à Nabuchodozor in Chaldęā ab-
ductus eſt populus,miſsi ſunt prophetæ Ezechiel,Daniel,Aggeus,Zacharias:non quo & ipſi meruerint
captiuitatē,ſed vt eſsent in ſolatio captiuorū:Ita & in illa deiectione mūdi eos qui antequā mundus fieret
electi erant à deo,miſsos eſse in eruditionem & magiſterium animarum peccatricium,vt ad pręedicationē
eorum reuerterētur ad eum locum vnde corruerāt:& hoc eſse quod à Moyſe pſal.89 dicitur,Domine re
fugiū factus es nobis in generatione & generationē:antequam mōtes firmarentur,& fieret terra,& orbis F
terrarū:quod ſcilicet antequā mundus fieret,& vniuerſa generatio principiū ſumeret,ſanctis ſuis deus re-
fugiū fuerit.Hæc Hiero.Huiuſcemodi autē ineptias & aniles fabulas Origenis eſse idē Hiero.teſtatur in
epiſtola ad Auitum.Quas & his ſimiles velut quædam deliramenta & prodigia eo loco aperte refellit.
Origenes vero ibidē poſt lōgā cōcertationē ita inter pręſciētiā & vocationē diſcreuit:Hoc ergo pacto,in-
quit,neq; in pręſciētia dei vel ſalutis vel perditionis noſtrę cauſa cōſiſtit:ſed ea quę præmiſimus ad voca
tionē referēda ſunt.Deus enim ſciēs in electis religioſam mentē,& ſalutis deſideriū,vocat eos.Et ſic neq;
iuſtificatio è ſola vocatione pendebit,neq; glorificatio de noſtra penitus poteſtate ſublata erit.At cū cap.
ſequēti Paulus vocationē pręſciētiæ cōferat,Oſeam clamantē inducēs,Vocabo nō plebē meā,plebē meā:
& nō miſericordiā conſecutā,miſericordiā conſecutā:& nō dilectā,dilectā:dicatque Rom.cap.11,Sine pœ
nitentia ſunt dona dei & vocatio:& 2 ad Timot.1,Qui nos liberauit & vocauit &c:hunc nodum non
plene diſsoluit.❡Pene omiſerā glo.ordin.poſt Auguſtinū,erroris Pelagium incuſaſse ꝙ dixerit,Pręſcie-
bat deus qui eſsent futuri ſancti & immaculati per liberæ voluntatis arbitrium:& ideo eos in ſua præſciē-
tia quales futuros eſse præſciuit,elegit.Hæc tametſi obſcura,deo duntaxat cōprehenſibilia,ac plurimum
inuicē diſsidētia,nec inter ſe hærere poſse appareāt,facile tamē iniri cōcordia poterit,modo ea quæ Pau-
lus Rom.9 dictauit,peruigili cura religioſoque intellecto perdiſcamus:quæ Hiero.in epiſtola ad Hedibiā
quæſt.10 apposite pertractauit.Ex quibus ita dicēdum cōiicio,electionis ſeu vocationis aut reprobatio-
nis(quā negatiuā dicunt)nullā cauſam eſse.Huic rei argumēto eſt id quod Paulus ibidē ſcripſit.Cū enim
nōdum nati fuiſsent,aut aliquid boni aut mali egiſsent,vt ſecundum electionē propoſitum dei maneret, G
nō ex operibus,ſed ex vocante dictū eſt ei,Quia maior ſeruiet minori.Scriptum eſt enim,Quia Iacob di
lexi,Eſau odio habui.Quē locum Hiero.loco nunc adducto ediſserens,ait,Si Eſau & Iacob nōdum nati
erant,nec aliquid egerant boni aut mali,vt vel demererentur deum vel offenderent:& electio eorū atque
abiectio,non merita ſingulorum,ſed voluntatem eligentis oſtendit:quid dicemus?iniquus eſt deus?abſit.
Conſideremus tamen operępreciū eſt,vbi dominus ante tēpora omnia electis tātam gloriam conferen-
dam decreuit,tunc reprobos perpetuis cruciatibus mulctandos noluit,quos nec futuros præſciuit.Perſeue
rante nanque naturæ integræ ſtatu,ſoli electi teſte Auguſtino lib.14 de ciuit.dei,cap.26,in hanc vitam
conceſsiſsent.At vbi primi parentis delicti pręſcius deus extitit,multo plures & futuros in ſimilitudinem
præuaricationis Adæ caſuros agnouit.Rom.5.Quibus omnibus medelā,qua huiuſcemodi infirmitas de-
pelleretur,contulit:Priſcis quidē illis patribus,fidem,Rom.4,Dicimus enim quia reputata eſt Abrahę fi-
des ad iuſtitiam:Nobis autē,baptiſmi ſacramentum,Marci vltimo,Qui crediderit,& baptizatus fuerit,ſal
uus erit.Quos autem vltro ſibi delegiſse impietatem ſectandā,nec diuinæ gratiæ vſquam participes affu
turos præſciuit,aut in eum de ipſis bene merentē,poſt deguſtatā gratiā ingratos & ſibi minus obtēperan-
tes,hos æquiſsime reprobauit,perpetuiſque cruciatibus adiudicauit,Rom.2,Secundum autē duritiā tuā,
& impœnitens cor tuū,theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicii dei,qui reddet vnicuiq;
ſecundū opera ſua:illos vero qui honeſtis ſtudiis incumbentes,ſecundum patientiā boni operis gloriā,ho
norē,& incorruptionē perquirunt,teſte Paulo eodem cap.vitæ æternæ præmio dignos deus cēſuit.quod D
& ipſemet Rom.9,Pharaonis exēplo perſuadet,cuius cor dei flagellis quibus reſipiſcere debuit,obdura-
tum eſt:ſimul & gentium,quos dei vocatione bene vſuros in electorum ſortem acciuit.Quem Pauli lo-
cum Hieronymus dicta epiſtola interpretatus,ait,Si patientia dei indurauit Pharaonē,& multo tempore
pœnas diſtulit Iſraelis,vt iuſtius condēnaret quos tanto tempore ſuſtinuerat:non dei accuſanda patientia
& infinita clementia,ſed eorum duritia,qui bonitate dei in perditionem ſuam abuſi ſunt.Alioquin vnus
eſt ſolis calor,& ſecundum ſubiacentes eſsentias,alia liquefacit, alia indurat, alia ſoluit, alia conſtringit.
Liquatur enim cera & induratur lutum,& tamen caloris non eſt diuerſa natura,Sic bonitas & clemen-
tia dei vaſa iræ quæ apta ſunt in interitum indurat: vaſa autem miſericordiæ quæ præparauit in glo-
riam,quæ vocauit,hoc eſt nos,non ſaluauit irrationabiliter,& abſque iudicii veritate:ſed cauſis præceden
tibus,quia alii non ſuſceperunt filium dei,alii autem recipere ſua ſponte voluerunt.Ex quo oſtenditur
non gentes eligi,ſed hominum volūtates:atque ita factum eſt,vt impleretur id quod in Oſea dictum eſt,
Vocabo non plebem meam,plebem meam.Hæc Hieronymus.Hac noſtra ſententia in re adeo obuoluta
& ancipiti,ſi cuiquam ipſa cordi fuerit, & diuinæ largitatis magnitudinem (vt par eſt) extollere, &

A liberi arbitrii dignitatem illesam seruare toto nisu ac studio cõtendimus. Quis enim dei bonitatẽ eousq; in nos effusam non obstupescat, quòd nulla nostra industria nullo labore ad salutem adipiscendam nos deus euocauerit. Quis rursus eum iniustitiæ insimulandum ducat? quòd tunc aut præsentem aut futuram vitam aliis ab electis noluerit: voluntati enim eius quis resistet, Romanorum nono. At deinceps non minoris elementiæ & æquitatis argumentũ est, multo quòd plures ex Adam nascituros morte quoque astrictos, filii sui vnigeniti passione redimẽdos ab æterno decreuerit. His quoque qui tãtæ gratiæ grati forent, gloriam: qui vero ingratitudinis denotarentur, supplicia æterna pollicetur. ¶ Videmus insuper quam hęc reprimant intempestiuam hanc & superuacuam hominum curam, frenaque imponant conquerentibus quòd dei præscientia malæ voluntatis damnationisque æternæ necessitati addicti sint. Omnibus nempe tanquam filiis deus sese vltro offert infra cap. 12, Neminem quoque reprobandum, quem non prius liberi arbitrii potestate sibi tradita agnouerit abusutũ, voluit. Dicit itaq; Paulus, Vnde fratres sancti vocationis cælestis participes cõsiderate apostolum Iesum Christũ causa salutis nostræ vt missum. Apostolus enim latine missus interpretatur vt dicit Chrysost. homilia prima in priorem epistolam ad Timot. & Hiero. ad Galat. 1, Et confessionis nostræ pontificem attẽdite Christum mediatorem, per quem fidei merito ad deũ accedimus infra cap. 4, Habentes ergo pontificem magnũ qui penetrauit cęlos Iesum filiũ dei, teneamus confessionẽ spei nostræ. Quæ dignitates Christo competũt secundũ humanæ naturæ dispensationẽ. Non enim statim, inquit Chrysost. Christi excellentiam demõstrat, ne auditor exiliat & obturet aures suas. qui

De libero arbitrio.

B etsi fideles essent ii quibus scribebat, veruntamen multã adhuc fiduciã circa Moysen habebãt. Ideo ne hos irritaret iampridem de Christi excellentia conceptũ sermonem prudẽter reticet, & primum Moysi ęquiparat antequam præficiat, dicens, Qui Christus fidelis fuit deo patri, qui fecit illum ex semine Dauid secundum carnem, Romanorũ primo. ¶ Fidelis autem dicitur, quia in omnibus illi factus est obtemperans, Iohannis 14, Mandatum dedit mihi pater, & sicut dedit mihi sic facio. Sicut & Moyses in omni domo illius, hoc est in populo sibi commisso dirigendo & tabernaculo conficiendo fidelis fuit dei imperiis vigilantius inhærendo. Numer. 12, An non talis seruus meus Moyses qui in omni domo mea fidelissimus est? Quibus testibus quidã mendacii aperte cõuincitur theologis succensens Christũ digamiæ denotasse. quòd alteram militantem, alteram triumphantem dicant ecclesiam. Compertissimum quippe est Moysen beatorum coetui nusquam præfectũ fuisse, qui tamen in omni domo dei fidelis describitur. Domus autem dei ecclesia nuncupatur, primę ad Timotheum tertio, Vt scias quomodo oporteat te conuersari in domo dei quæ est ecclesia. Hinc Ambrosius hanc litteram interpretatus in enarratione psal. 48, ait, Piis igitur domus est ecclesia, piis atria cælum est. Quis item Paulum criminis huius accusare ausus est aliquando, qui tamen ad Galathas primo, ecclesiis Galathiæ se scribere fatetur. Tãtum vero abest vt idcirco ipsum plures Christi sponsas censuisse arbitremur. ¶ Ne quis autem locũ illum calumnietur, quod cum factionibus esset & dissidiis Galatę intentiores, ideo Paulus iis plures ascribit ecclesias, id est plures diuersosq; & dissidentes conuentus, vt hoc ecclesiarum nomine in vnum cogat redire dispersos. Prosero quod 1 ad

Fidelis Christus.

Domus dei.

C Corinthios 14 habetur, Non enim est dissensionis deus sed pacis, sicut in omnibus ecclesiis sanctorum doceo. Et primę ad Thessalonicenses secundo, Imitatores facti estis fratres ecclesiarum dei. Sanctorum itaque coetus ecclesiarum nomine continetur. & Actuum 14 dicitur. Cum constituissent illis per singulas ecclesias presbyteros commendauerunt eos domino in quem crediderant. Etenim quoque his ecclesię quidẽ confirmabantur fide, & abundabant numero quotidie. ¶ Quas igitur dioeceses dicimus, scriptura ecclesias nũcupat. Et quemadmodum distinctę dioeceses, ita & ecclesiæ. Hinc Corinthiis scribens Paulus vtriusque epistolæ initio ecclesiæ quæ est Corinthi, ait, Gratia & pax &c. Qui similiter familiã vnam ecclesiæ nomine censeri voluit. Romanorum quartodecimo, Salutate Priscam & Aquillã adiutores meos & domesticam eorum ecclesiam. & ad Collossenses quarto, Salutate Nympham & quæ in domo eius est ecclesiam. Nonunquam etiam pro iis qui ecclesiis præfecti sunt sumitur: Matthæi quartodecimo, Quòd si te non audierit, dic ecclesiæ: id est ecclesiarum præpositis, quorum interest in eos qui errant animaduertere, vt erudite Origenes homilia secunda in librum Iudicum, locum illum pertractans ostendit. Ea vero quæ ecclesias omnes, id est credentium coetum, eorumque qui perfecta charitate deo coniuncti illo perfruuntur complectitur, Christi sponsa iudicanda est. De qua Ephesiorum quinto, Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea: vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet futuro seculo, videlicet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugã, sed vt sit sancta & immaculata. ¶ Hac insuper litera Moysi sacerdotium cõ-

Dioeceses. Ecclesia.

D probatur, quanuis hoc inter eruditos in controuersiam duci agnouerim. dicatque Lyranus Leuitici octauo, quomodo Moyses consecrauit Aaron, cum sacerdos non esset? Sed quid illi domus dei velut dispensatori fideli administrationem creditam Paulus dicit, si pontificis munere functus non est? Iure itaque glosa Iosue vicesimoprimo ait, Moyses autẽ in ordine sacerdotali, aut si quid plus esse potest, habendus est. Ad idem Augustinus quęstione vicesimatertia in Leuiticum: Psalmus ille, inquit, nonagesimusoctauus, vbi dictum est, Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, aufert dubitationem quòd sacerdos fuerit Moyses, vestem tamen illam quæ magnum continet sacramentum Aaron iubetur accipere, & successores eius summi sacerdotes. Hieronymus quoque dictum psal. interpretatus ait, Vterque Moyses scilicet & Aaron, domini aduentum sacerdotali pręconio nunciauit. Adde glos. eo loco post Cassiodo. Quod si quispiam dicat Exod. 28, scriptum, legitimum sempiternũque erit sacerdotium Aaron & semini eius post eum: quomodo ergo Moyses pontificis administrationẽ sortitus est, qui ab Aaron originẽ nõ traxit? Sanè decretũ illud tametsi diuinũ nondũ in lucem prodibat. ¶ At rursum obiicies, id honoris à diebus Noe primogenito semper delatũ fuisse. teste Hiero. in quæst. hebraicis, & in Isaiam. Aug. quoq; lib. 15. de ciuit. dei. cap. 20. Cũ ergo Moyses inferior esset, 90 quippe vitę illius anni, vbi Aaron 93 Exodi septimo supputantur:

De Moysi sacerdotio & Aaronis.

Qua ratione hoc munere donatus est? Dico deum qui nulli legi obnoxius est peculiari quodam privilegio id Moysi contulisse. E Exodi quarto, Ipse Aaron erit in his quæ sunt ad populum, & erit os tuum: tu autem eris in his quæ sunt ad deum. Huic rei indicio est historia Iacob, quem deus Esau maiori natu prætulit, Romanorum nono. Aliud postremo dubium occurrit, cur initio pontificem vnicum a deo institutum dicat Augustinus tractatu in Iohannem quadragesimo nono: postmodum vero contentione & ambitione plures effectos. Si Moyses & Aaron vbi primum lex concessa est, summi pontificis officio perfuncti sunt. Dico Moysen consecratione interna & diuinitus accepta, id muneris assequutum fuisse: Aaron vero hominis consecratione, vt habetur Exodi vicesimo octauo. & Leuitici. 8. Ne tamen interim domino Lirano ingrati videamur, existimo eum Moysen non eo iure quo Aaron sacerdotio functum: cum teste glosa ordinaria post Augustinum Leuitici octauo, Aaron sacerdos dicatur propter vestem sacerdotalem, quæ magnum præ se ferebat sacramentum, Moyses vero propter excellentius ministerium sibi demandatum.

De numero pontificum.

Amploris enim gloriæ iste præ Moyse dignus habitus est, quanto ampliorem honorem habet domus qui fabricauit eam. Omnis nanque domus fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia creauit, deus est. ¶Hic iam Christum Moysi præfert, multoque interuallo illi præcellere hac ratione ostendit, amplioris enim gratiæ iste Christus præ Moyse dignus habitus est, ait, quanto ampliorem habet dominus, scilicet domus, F qui fabricauit illam eo supple qui eam tantum inhabitat. Perspicuum autem est Christum suo sanguine ecclesiam instaurasse. Ephesiorum secundo, Ipsius factura sumus creati in Christo Iesu in operibus bonis. Et cap. 5. vt prælocuti sumus. Cuius opera oues errantes in ouile ecclesię reuocatę sunt: Iohannis decimo, Habeo alias oues quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. Hinc subintulit Paulus, Omnis nanque domus fabricatur & construitur ab aliquo. Qui autem omnia creauit non homines tantum qui in Christum credentes dei domus & ecclesia nuncupantur, sed & reliquas creaturas deus est & non alius. hac autem minore subsumpta Christus deus est. quæ Isaiæ septimo probatur, Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel: quod interpretatur nobiscum deus. liquido constat Christum omnia creasse. Idcirco Iacobi primo dicitur, Voluntarie genuit nos verbo veritatis suæ, vt simus initium aliquod creaturæ eius Moyses autem licet populo præfectus esset, vnus tamen erat hic de dei domo & prisca illa Synagoga: quippe qui homo esset & mortalis vt cæteri, inquit Theophilactus: etsi sanctior videretur conseruusque reliquis erat, sicuti & domus dispensatores, & si præesse aliis videantur, eodem tamen seruitutis iugo quo & cæteri astringuntur. Matthæi vicesimo, Scitis quod principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatem exercent inter eos. Non ita erit inter vos, sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui primus esse, erit vester seruus. Cum itaque & Moyses pars esset aliqua domus ab aliquo conditus est: qui vero hunc condidit Christus est quem ei præstare necesse est, & præ Moyse venerari atque coli. Hinc Ambrosius locum G hunc interpretatus lib. tertio de spiritu sancto ca. 19, inquit, Adorandum quoque docuit quem dominum & deum omnium dixit, qui enim deus vniuersitatis & dominus est vtique ab omnibus adorandus est. Sic enim scriptum est Matth. 4, Dominum tuum adorabis, & illi soli seruies. Et Hebr. 1. Et adorent eum omnes angeli eius. Hęc Ambrosius.

Et Moyses quidem fidelis erat & tota domus eius tanquam famulus in testimonium illorum quæ dicenda erant. Christus vero tanquam filius in domo sua, Quę domus sumus nos si fiduciam & gloriam spei vsque ad finem firmam retineamus. ¶Rursum alteram rationem inducit qua Christum longe Moysi præstare manifestat, quia Moyses fidelis erat in tota domo dei, & inter eos qui in deum credebant obsequentissimus, tanquam famulus tamen & minister, & ad id constitutus vt domini quæ forent cæteris seruis denonciaret, Exodi decimonono. Vocauit Moysen dominus de monte, & ait illi, hæc dices domui Iacob, & annunciabis filiis Israel, vosipsi vidistis quæ feci in AEgypto. Si ergo audieritis vocem & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis gentibus. Verum licet multo inferiori gradu esset a Christo, non vt vile quoquod mancipium censendus est. Cum Deuteronomii quinto dicatur, Non cum patribus nostris iniit pactum sed nobiscum, qui in præsentiarum sumus & viuimus, facie ad faciem locutus est nobis de monte. Ego sequester & medius fui inter vos & deum in tempore il- H lo, vt annunciarem vobis verba eius. Ideo Hieronymus locum hunc citans ad Galatas primo, Moysen famulum quidem dei per antonomasiam seu excellentiam dici voluit. Quomodo, inquit, Iob & cæteri patriarchæ dicti sunt quidem famuli dei, sed quasi egregium quidem Moyses habuit vt scriberetur de eo, Sed non sicut Moyses qui fidelis famulus erat in testimonium eorum quæ dicenda erant, non vt gratiam largiretur. Lex quidem per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum Ioannis decimo. Sed vt legi testificaretur quæ populo illi agresti conueniebat, qui humi repens caducis tantum & non veris bonis intendebat, Isaiæ primo, Si audieritis me, bona terræ comedetis. Christus vero tanquam filius naturalis in domo fuit. supra capitulo primo, Quem constituit hęredem vniuersorum, per quem fecit & secula. Veruntamen Paulus sibi ipse aduersari & dicta eius inuicem pugnare videntur. Quippe quem fidelem in omni domo dei prædixit, eundem dei seruum & famulum testatur. Seruus autem non manet in domo in æternum, Iohannnis octauo. Quod si fidelis, quomodo igitur aliquando exulabit? Dico beatum Iohannem de seruitute quam quis peccato contraxit locutum, vt contextus docet. Præmiserat quidem, qui facit peccatum, seruus est peccati: Hic vero Paulus de seruitute & famulatu subiectio-

A nis & obedientiæ quæ deo accepta est loquitur Rom.sexto.Nunc vero liberati a peccato serui autem
facti deo,habetis fructum vestrum in sanctificationem,finem vero vitam ęternam. Qui autem domus
dei nomine censeatur,tandem explicat,Quæ domus sumus nos Christiani, inquit baptismate renati:Si
tamen fiduciam & gloriam spei vsque ad finem etiam,hoc est si futuræ gloriæ expectationem firmam &
stabilem ad vitæ exitum vsque retineamus,nec facile ab hac fiducia labamur. ¶Fiduciam autem hoc Fiducia.
loco non pro spe accipi exploratissimum est, alioqui contextus sibi ipsi non cohæreret.Quis quæso
sermo obsoletior, si fiduciam spei, spem spei intelligamus?Eodem argumento nec fiduciam fidem ap-
pellari aliquando percenseo.Cum Ephesior.3.dicatur,In quo habemus fiduciam & confidentiam per
fidem. Vbi Hieronymus.Fiduciæ atque accessus principium & origo fides in Christo est. Nonunquam
tamen pro spe sumitur Hiero.Ezech.14,Quod si in aliquo fiducia est,in solo domino confidamus:
Maledictus enim homo,qui spem suam habet in homine:quamuis sancto,quamuis propheta.Et Hie-
remię 17,Vbi nostra translatio habet, Benedictus vir qui confidit in domino, & erit dominus spes
eius,septuaginta interpretes,teste Hieronymo,eo loco habent,Et erit dominus fiducia eius.Hæc dixerim
quòd inter eruditos quid fiduciæ nomine intelligendum esset,aliquando in dubium reuocari agnouerim.
¶Consideremus præterea Paulum hoc loco ecclesiam pro his duntaxat qui fide & charitate Chri-
B sto vniuntur accepisse:quomodo accepit August.psal.30,dicens, Corpus autem Christi ecclesia, quę
laborat in terra.hoc autem corpus nisi connexione charitatis adhæret capiti suo, vt vnus fieret ex ca-
pite & corpore.Ad idem Augustinus Epistola 50 ad Bonifacium.Interdum tamen pro bonis malis com
mixtis,qui fidem eandem professi sunt sumitur.vt patet Matth.13.

Quapropter sicut dicit spiritussanctus, hodie si vocem eius audieritis,
nolite obdurare corda vestra,sicut in exacerbatione secundum diem ten-
tationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt & vi-
derunt opera mea.quadraginta annis propter quod offensus fui generationi
huic,& dixi,semper hi errant corde,ipsi vero non cognouerunt vias meas:
quibus iuraui in ira mea,si introibunt in requiem meam. ¶Postmodum quia iis
qui hic laborauerant erat omnibus modis fructus, merces, & requies reposita,hoc psalmi 94 testimo-
nio affirmat. Quapropter,inquit,qui requie illa opulenta perfrui contendunt,quam qui minus credide-
runt quales illi prisci Iudæi fuere,nequaquam sunt adituri.Sicut dicit spiritussanctus per os Dauid loco
C nunc adducto.Non enim voluntate humana aliquando allata est prophetia,sed spiritu sancto inspirati lo-
cuti sunt sancti dei homines,secundę Petri primo.Hodie tempore gratiæ, si vocem eius Christi audieri-
tis, per se non per Moysen aut prophetas loquentis.quemadmodum cap.1,satis persuasum habuimus:
Nolite obdurare corda vestra,quæ mentis obfirmatio,teste Chrysost.infidelitate contrahitur.Qui enim
non credit deo,consequens est vt deo non obtemperet aut obsequatur,& iure quidem ab ipso deseratur,
moxque in grauia facinora prolapsus illius obliuiscatur Rom.primo,Et sicut non probauerunt deum
habere in notitia tradidit illos deus in reprobum sensum vt faciant ea quæ non conueniunt. Vbi Theo-
philactus,Priores illi dei notitiam improbarunt, deinceps a deo permissi sunt in reprobum sensum
deserri. Dei enim a quouis secessio siue destitutio in sacris literis Traditio nominatur. Et lepido qui- Traditio
dam patrum nonnulli exemplo sunt vsi, quo dictum id (Tradidit eos deus) lenirent. dicunt enim
hoc se haud secus habere, ac si quis ne solem intueatur, oculos claudat, progressusque parumper
in foueam collabatur.Recte igitur propheta dixit, Nolite obdurare corda vestra: indurationis non
deum sed hominem causam iudicans, qui primus a deo se substraxit. Hinc Hieronymus Eccles.7.Di-
cendum est sanctum domini esse cum illo qui sanctus est: & peruersum apud eum,qui sua volun-
tate fuerit ante peruersus: iuxta id Leuit.26,Si ambulauerint ad me peruersi, & ambulabo ad eos
peruersus in furore meo.Quod Origenes 3 Peri archon.ad quem Hiero. in epistola ad Paulinum re-
mittit diffusius pertractans ait, Vniuscuiusque propositum virtutibus & mirabilibus dei & patientia in-
duratur, si incultum & ferum est ac barbarum in semetipso superbiens:si autem purgatū fuerit a vitiis
& excultū nitescit amplius,ac tota mente se in obediētiā tradit.Sicut enim sol vna eadēq; caloris virtute
D cerā soluit,& limū arefacit & stringit:non quòd virtus eius aliter in limo & aliter operetur in cera,sed
quod limi alia,alia quoque ceræ sit qualitas:ita vna eademque dei operatio,quæ per Moysen in signis
& virtutibus gerebatur,Pharaonis quidem duritiam arguebat, quam malitia sua conceperat. Reli-
quorum vero AEgyptiorum qui Israelitis admiscebantur, obedientiam declarabat,qui etiam cum
Hebræis pariter exisse AEgyptum referuntur.Tropum vero vel figuram sermonis eius qui scriptus
est de induratione etiam ex communi consuetudine exponendum puto,quod non videatur absurdum.
Frequenter enim benigniores quique domini adeo seruis, qui per multā patientiā & mansuetudinem
suam insolentiores improbioresq; fiunt,dicere solent,Ego talem te feci,mea patientia peristi.Ego cau-
sa huius insolentię sum,qui te non statim per singulas culpas punio pro merito delictorū.Necesse est
enim nos tropum vel sermonis figuram aduertere, & ita dei virtutem intelligere, nec inferre ca-
lumnias verbo cuius interiorem sensum diligentius exploremus.Hęc ille.Aliter tamen obdurationem
August.psal.77 interpretatur.Hanc,inquit,iniquissimam obstinationem deus cum facere dicitur,non
infligēdo aut inspirādo sed deserendo facit,vt dæmones operentur in filiis diffidentiæ.quod deus iuste
debiteque permittit,iuxta id Isa.64,Domine ecce tu iratus es,& nos peccauimus,& facti sumus sicut
immūdi omnes.Præcessit enim aliquid vnde deus iustissime iratus ab eis suum lumen auferret. Dicit

itaque Paulus, Nolite obdurare corda vestra: id est deo rebelles & contumaces esse, sed obsequentes. E
Idcirco Aug. in hunc psalmum ait, Aliquando enim audistis vocem dei, scilicet per Moysen & per pręconē locutus est: quando obdurastis corda vestra. Per se nunc loquitur, mollescant igitur. Cur autem id dicat patrum & maiorum suorum exemplo docet, ne videlicet inquit Chrysost. similia patiantur qualia eorum progenitores: quorum peccatum recenset. De quo Num. 13, & sequenti cap. vbi dictum est, Exploratores de consensu domini missos, qui terræ promissionis cōditionem populo referrent quam essent propediem aggressuri, cum ad suos se recepissent, populo suapte natura satis mutabundo, magnū in modū formiduni fuisse dicentes, Terra quā lustrauimus deuorat habitatores suos: populus quē aspeximus proceræ staturæ est. ibi vidimus monstra quemadmodum filiorum Enachin de genere giganteo. quibus comparati quasi locustæ videbamur. His auditis filii Israel in AEgyptum redire contendebant, signorum & mirabilium quæ in eorum egressu dominus operatus fuerat, immemores. Quam ob rem nisi Moyses precator interuenisset, repentinæ neci dati fuissent. Non tamen eorum peccatum inultum remansit, cum nullus eorum præter Caleph & Iosue terram illam ingressus sit. Cuius præuaricationis Paulus hic meminit, dicens, Nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione, id est in incredulitate & diffidentia: secundum diem tentationis in deserto, vbi patres vestri videlicet,

Exacerbatio quid. obdurati fuerunt cum probarentur a deo si illi fiderent. ¶ Quòd autem exacerbationē incredulitatem esse velit, facile ex his quæ Numer. 14 habentur, conuincitur. Hæc dicit dominus ad Moysen, Vsquequo detrahet mihi populus iste? quousque non credent mihi in omnibus signis quæ feci F
coram eis? Verum non modo tunc in dominum peccarunt tantum, sed & postmodum frequentissime. Ideo adiecit propheta, Vbi tentauerunt me patres vestri diffidentes de dei virtute, quibus si omnia ex animo non succedebant, mox deum inclementiæ aut impotentiæ arguebant: perinde diuinæ virtuti id non subesset. Hinc Theophilactus, Id nanque priscis illis patribus crimini datur, quia dominum tentauerunt, id est non omni prorsus dubitatione sublata in eum sperarunt. Cui tamen omnia essent factu facilia, cuius rei fidem facit seditio illa in deserto Sur ad aquas Marath: de qua Exod. 15. Item in Raphdim pro aquæ defectu, Exod. 17. Conflatio quoque vituli de quo Exod. 32. Item ob defectum carnium, & si manna cælitus acceptum nusquam illis deesset, in grauem seditionem concitati sunt, Numer. 15. A quibus tamen nihil tam alienum hac diffidentia & animi commotione esse debuit. Quippe qui probassent vidissent & didicissent opera dei cum rubrum mare eius manu præpotenti traiecissent illesi: & in locis desertis innumeris essent beneficiis affecti. quæ plane dei erga se curam præ se ferebant, & potentiæ eius magnitudinē plurimū efferebant. Propter quod quia mirabilium dei tantorumque beneficiorum memoriam adeo celerrime depulissent, deus infensus fuit illi populo: & dicit, Hi semper errant corde, id est continue in peccato permanent. Deuter. 30, Semper contentiose egistis contra dominum. Ne autem cuiquam eorum peccatum ignorantia leuius videretur, intulit, Ipsi autem non cognouerunt vias meas: ac si dicat, licet huiusmodi signis & virtutibus mihi etiam tacenti omnium creatori obsequendum ac deferendum agnouissent, per Moysen tamen & prophe- G
tas loquentem audire recusarunt: quibus id Iob apte conuenit, Recede a nobis, scientiam viarum tua-

Iusiurandum dei. rum nolumus. Qui hoc impune non egere, cum dominus ob eorum scelera iurauerit, hoc est fixe & irreuocabiliter repromiserit. ¶ Dei enim iuramentum diuini promissi immobilitatem insinuat, vt patebit infra cap. 6. Iurauit itaque dominus, Si introibunt in requiem meam: vbi si pro non accipi debet. Hinc Augustinus dicto psalmo, Iurauit ergo illis in ira sua ne intrarent in requiem ipsius. Etenim oportet aliquos intrare in requiem illam æternæ beatitudinis, illis ergo reprobatis nos intrabimus, quia & si aliqui ex ramis fracti sunt ob infidelitatem, nos propter fidem & humilitatem ingrediemur. Hęc August. ¶ Nemo tamen ob id existimet reproborū merita electis conferri, vt nonnullis placet. Cum Ezech. 18 scriptum sit, Iustitia iusti super eum, & impietas impii super eum. Et 1 Corinth. 5. Oportet nos comparere ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum. Ad Galat. 6, Quæ seminauerit homo, hæc & metet. Pręterea, quid insipientius quàm electorū essentiali gloriæ accedere, quippiam admittere, quod tamen hos fateri necesse est. At forsam proferes quod Apoc. 3 habetur, Tene quod habes, fidem videlicet & opera. inquit glo. ne alius coronam tuam aut gloriam accipiat. Dico coronā, eo loco pro beatitudine accipi, quæ vna & eadē omnib⁹ electis cōmunis est, dei visio scilicet & fruitio, Ioh. 17, Hæc est vita ęterna vt cognoscāt te, & quem misisti Iesum Christum, quæ & denarius diurnus Matth. 20. dicitur. ¶ Vnū tamen alteri mereri non inficior, Marci 2 & Luc. 5. Cū vidisset Iesus fidē illorum dixit paralytico, Confide fili dimittuntur tibi peccata tua ad Colossens. 1. Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia. Meritis vero quæ quasi genuina est & debita merces nulli alteri cōceditur. Scien H
dum præterea dei iram non animi perturbationem, sed vindictam quam deus in peccatores exercet indicare. Qui teste Hierony. Threno. 3 naturaliter pius est & semper bonus: ideo dum percutit occidit, nec parcit, non perturbationē vllam in semetipso sentit: sed quietus & placidus reos debitas pœnas soluere cogit. Idem Hierony. Isa. 65. August. similiter lib. 15, de ciuitate dei, cap. 25.

Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi à deo viuo: sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur: vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. ¶ Quoniā futuris rebus vt præteritis non ita credimus, cōmonefacit eos historiæ nunc recensitæ, Videte (inquit) quia patres vestri olim diffidentes tot & tanta à deo perpessi sunt: ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi à deo viuo qui vita est, Ioan. 14, Ego sum via, veritas, & vita. A quo qui

A se subtraxerit, io infidelitatem facile labitur. Neque enim aliter obuentura est incredulitas ipsa & diffidentia, ait Theophylactus, Nisi à deo quis prius descisćat. nam quamdiu quis deo adhæserit, fueritq; illi vt omnipotēti cōfisus, nihil existimat fieri nō posse quod deo libuerit. ❡Demum vbi dissuasit quod prauum & deo ingratum: suggerit quod illi acceptum est, dicens, Sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, hoc est toto nisu omniq; studio vnusquisq; seipsum excitet, & ad optima queq; studia prouocet, vosq; mutuo ædificate, & ita corroborate, vt nō collabamini: dooec hodie cognominatur in vobis, seu quousque hanc auram spiratis, & hic nobiscum vitam agitis. Ad idem Galat. 6, Operemur bonum dum tempus habemus. Et Ioā. 9, Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est. Veniet enim nox in qua nemo potest operari. ❡Noctem autem vitæ huius exitum vocat, quo nos præoccupāte, merito aut demerito nihil reliquū erit, Ecclesiast. 11, Vbicūq; ceciderit lignū, ibi erit siue ad Austrum siue ad Aquiloņē. Vbi Hieron. Vbicūq; enim locū tibi præparaoeris, fututáq; sedem siue ad Austrum siue ad Aquilonem, cum mortuus fueris permanebis. Hinc cap. 9, eiusdem libri, Quodcuoq; potest manus tua instanter operare, quia nec vox nec ratio est apud inferos, quô tu properas. Quidā autē recentior tractatu de resolutione indulgētiarum ad Leonem decimum, non solum quandiu in hac vita suppetit ætas, sed & ea functis merēdi aut demerendi tempus nobis concessum esse volens, iis autoritatibus quæ illi plurimum refragantur, satisfacere iocassum tamen adnititur. Ne tamen illi iniquior esse videar, eius seotentiā hoc adduxi, Hæc omnia quæ protulimus (inquit) æque contra purgatorium pugnant, ꝙ non ponunt statum mediom inter mortuos damnatos & beatos. Si ergo illis non obstanti-

Incredulitatis radix.

Nox qd.

De statu merendi & demerendi.

De purgatorio

B bus purgatorium vere defeoditur, etiam id defendi potest, quòd augeatur illis gratia non obstante illo quod dicitur, hic omne meritum comparari: quia non de purgatorio, sed de cælo vel inferno loquūtur: vtrinq; ergo iotermittitur purgatorinm. Quare illa verba Augustini, ad purgatorium non sunt trahenda, sed omne meritum hic non illic, id est, non in cælo aut inferno comparatur. Verūtamen paulisper attendat velim, ac secum verset qua consequentia id dicat. Illę autoritates, quarum prima est Augustini lib. vnico enchiridii, cap. 110, & Clementis papę epistola 3, dicentis, Operum hic locus est, tēpus vero meritorum est futurum seculum: reliquæ autem ex scriptura desumptæ suot, æque contra purgatoriom pugoant, quia non ponunt statum medium. Quorsum, quæso, hæc ratio tendit? illis autoritatibus status medius vel purgatorium non probatur: ergo pugoant contra purgatorium. Sunt ne aliæ qoibus id suadetur? Sunt sane non paucæ. At quoniā omnium primum protulit Augustinum, licet huius rei eo loco nil meminerit, eiusdem tamen testimonio purgatorium aperte comprobatur. qui lib. secundo, de Gen. contra Manichęos, cap. 20, inquit, Si quis forte agrum non coluerit, & spinis eum opprimi permiserit, habebit in hac vita maledictionem terræ suæ io omnibus operibus suis: & post hanc vitam habebit vel ignem purgationis vel pœnam æternam. Ad idem Augustinus lib. vnico Ench. cap. 69, & libro vnico, de octo Dulcitii quæstionibus, quæst. prima. Libro quoq; 10 de ciuitate, cap. 24. Est etiā cōciliorum suspicienda autoritas, quibus id suadetur. Concilio nempe Carthaginen. 4, actione 79 habetur, Pœnitentes qui attēte leges pœnitētiæ exequūtur, & quasi in itinere vel io mari mortui fueriot, vbi eis subuenire non possit, memoria eorum & orationibus & oblationibus commendetur. quod vtiq; si-

C cut reprobis nihil confert, ita nec beatis, reliquum est igitur vt de his qui medii sont inter eos hoc dictum sit. Ad idem Concilium Valense, actione 2, Horum qui pœnitentia accepta in bono vitæ cursu satisfactoria compunctione viuentes sine communione inopinato oonnunquam transitu in agris aut itineribos præueniuntur, oblationem recipiendam & eorum funera ac deinceps memoriam ecclesiastico affectu prosequenda: quia nefas est eorum commemorationes escludi à salutaribus sacris, qui ad eadē sacra fideli affectu contendentes dum se diutius reos statuunt indignos salutiferis mysteriis iudicant, ac purgatiores restitui desiderant ab iis pro quibus sacramentorum viatico intercipiuntur. Concilio quoque Toletano. 3, act. 22 habetur, Qui diuina vocatione ab hac vita recedunt, cum psalmis & psallentium vocibus debent ad sepulcra deferri, quę tamen reprobis aut beatis nihil prorsus cōducunt. Superest scripturæ testimonia producamus quibus hoc ipsum suadetur. Est itaq; Pauli locus ille satis vulgatus, subobscurus tamen, huic rei fidem faciens, 1 Corinth. 3, Si cuius opus manserit, quod superædificatur mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimeotum patietur: ipse tamen saluus erit sic quasi per ignem. Vbi Ambros. Saluus erit per ignem vt merito suo ab igni non combustus saluus sit examinatus per ignem. Sed cum dicit, sic tamen quasi per ignem, ostēdit illum quidem saluum futurum, sed pœnas ignis passurum, vt per ignem purgatus fiat saluus, & non sicut perfidi æterno igne in perpetuum torqueatur. Hieron. similiter locum illum edisserēs, Minuta peccata, quæ nos venialia dicimus ea esse quæ igne tandem purgabuntur eo loco asseuerat Augustinus. Item lib. vnico de fide & operibus, cap. 16, locum illum Pauli ad peccata illa minuta & venialia retulit, quæ non incredibile est purgatorii igne de-

D leri, vt testatur lib. vnico de octo Dulcitii quæstionibus, q. prima. Matthæi præterea 5, cap. habetur, Esto consentiens aduersario tuo cito dū es in via, ne forte tradat te aduersarius iudici & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. amen dico tibi, non exies inde dooec reddas nouissimum quadrantem. Vbi Hieron. Non egredieris de carcere dooec etiam minuta peccata persoluas. Matth. quoque 12, Qui autem dixerit verbum contra spiritum sanctum non remittetur ei neque in hoc seculo. neqoe io futuro seculo. Qoid adeo execrandum illud peccatum dixit, vt futuro seculo non remittatur, si illo eodē nullum prorsus homioi condonetur? Nemo tamen mihi infensus sit ꝙ tantorum virorum interpretationes scripturę adiecimus, cum ipsi vtinam sensui nostro scripturas non attemperantes sed scripturarum obsequio sensum nostrum, deuincentes, earūdem intelligentiam compertiorem efficere gestiamus, idque quaodo consultissime, modo iuxta Pauli oraculum, non plus sapiamus quàm oportet: sed sapiamus ad sobrietatem. qui Ephes. 4, nulli seculo doctores, aut scripturarum interpretes absfuturos testatur. Et ipse

deus(ait)dedit quosdā quidē apostolos,quosdam autem prophetas,alios vero euangelistas,alios autem E
pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii,in ædificationē corporis Chri
sti,donec occurramus omnes in vnitatem fidei,& agnitionis filii dei in virum perfectum,in mensuram
ætatis plenitudinis Christi:quod vtique futuro iudicio fiet,quo perfecti viri vocabulum sortiemur : ita
tamen(ait Hieron.)eo loco,vt ad consummatam ætatem plenitudinis Christi omnis credentium tur-

Sacrarū literarum interpretes esse necessarios.

ba perueniat.¶Quod autem sacrarum literarum interpretes perquam necessarii sint,multis quidē ver
bis haud inconcinne persuadet Paulus,1 Corinth.14,paucis post rei huius prolixiorem sermonem,sic
negotium ipsum absoluens,Cum conuenitis vnusquisque vestrum psalmū habet,doctrinā habet,apo-
calypsim seu reuelationem habet,linguam habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationē fiāt.
Siue lingua quis loquitur,secundum duos aut vt multū tres,& per partes nec simul loquantur, & vnus
interpretetur.Nihil igitur nos pudeat viros illos probatæ doctrinæ à quibus instructi sumus audire &
revereri, multo etenim plus vtilitatis ex scripturis sacris obuenturum est,si illis deferamus, & illos re-
nereamur.quod Paulus infra,cap.12,docuit agendum,Patres(inquit) carnis nostræ eruditores habui-
mus & reuerebamur eos,quod & credentes primi in Christum obseruauere,Act.16, Cum autem per-
transirent ciuitates tradebant eis custodire dogmata,quæ erant decreta ab Apostolis,& senioribus,qui

Iustificationis nostræ causa,quomodo Christi resurrectio.

erant Hierosolymis.¶Postremo in hanc sententiā obiicio id quod Rom.4,habetur,Christus mortuus
est & resurrexit propter iustificationem nostram.Si Christi resurrectio iustificationis nostræ causa est,
Christus autem perfecta corporis & animæ gloria resurrexit,Rom.6,Christus resurgens ex mortuis iā F
non moritur,mors illi vltra non dominabitur: videtur post hanc vitam merito locum relictum esse.Di-
co Christi resurrectionem eò iustificationis nostræ causam esse,quia vbi Christus resurrexit,sese ad pa-
tris dexteram recepit,vt pro nobis ipsum interpellaret, & merito suo antiquo quidem non nouo iustifi
cationem nobis promereretur: vt habetur infra,cap.7, Vnde & saluare in perpetuum potest, accedens
per semetipsum ad deum,semper viuens ad interpellandum pro nobis.Et cap.9,Ascendit in cælum vt
appareat vultui dei pro nobis.Quòd autem Clemens dicit futurū seculū fore meritorium:intellige co-
ronandorum,iuxta id Pauli 2 ad Timoth.4,In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet
mihi dominus in illa die,mortis videlicet,iustus index.non solum autem mihi sed & his qui diligūt ad-
uētū eius.Dicit itaque adhortamini vosmetipsos,vt non obduretur quis vestrum fallacia peccati,id est,
ne ex eiusmodi diffidentia seu incredulitate in cæcitatem quis corruat & maneat insanabilis . Fallaciā
autem peccati,vt ait Theophilactus,dęmonum suggestiones appellat,quod videlicet nullam quis spe-
ret futuram bonorum malorumve retributionem,cuiusmodi erant Saducei:qui vt dicitur Matth.22,&
Marci 12,resurrectionem non esse dicebant. Vel fallaciam desperationem dicit.Nam quod semel la-
benti mihi nihil sit spei reliquum, peccati plane hoc fecit malitia . Peccatum nanq; nos circumueniens
hæc reliquit cogitanda: quemadmodum Cain historia nos edocet,qui vt Gen.4 habetur,in desperatio
nem lapsus dixit,Maior est iniquitas mea,quàm vt veniam merear.

Participes enim Christi effecti sumus,si tamen initium substantiæ eius vs- G
que ad finem firmum retineamus. ¶Cur autem,ne quis nostrum diffidentia aut incre-
dulitate à deo desciscat,dixerit,rationem infert:quia participes Christi effecti sumus,per fidem & cha-
ritatem Christo coniuncti vt capiti corpus.Dicunt Chrysostomus & Theophylactus hic: ita similiter
Ambro.serm.8,in psalmum 118,hanc literam interpretatus,Quicunque(inquit)in nouitate vitæ am-
bulauerit,quicunque tramitem iustitiæ tenuerit,particeps Christi est.quicunque similiter cum Christo
per baptismum in morte consepultus est , eius particeps efficitur . Christi igitur participes facti sumus
per gratiam hæreditatis eius partem habentes,hęredes quidem dei,cohæredes autem Christi, Rom.8,
hac tamen lege,Si initium substantię eius fidem ipsam videlicet quæ aliarum virtutum fundamentum

Fides.

est infra,cap.11,Est autem fides substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium, vsque
ad finem vitæ firmū retineamus nequaquam ab ea resiliētes.¶Quid ergo si quis ab ea quam semel im

De pœnitentia.

bibit fidem lapsus est,poterit ne resipiscere,& denuo Christi particeps effici?Quid ni,tametsi in susce-
pta gratia non perseuerauerit, modo eum prioris vitæ pœniteat.Idcirco beatus Petrus à dei fide prola-
psos vt per pœnitētiam ad deum redeant commonefacit.Pœnitemini igitur ait,& cōuertimini ad deū
vt deleantur peccata vestra.Act.3, Paulus quoque testificans erat Iudæis atque gentibus pœnitentiam H
& fidem in dominum nostrum Iesum Christum.Act.20.Et Ioannes,angelo seu episcopo Ephesi scri-
bens ait,Habeo aduersum te pauca ꝙ charitatē primam reliquisti,memor esto itaque vnde excideris &
age pœnitentiam, & prima opera fac.Apoc.2.Saluator insuper sciscitanti Petro, quoties peccabit fra-
ter meus & dimittam ei? vsque septies?Respondit, Non dico tibi vsque septies , sed vsque septuagesies se-
pties.¶Perspicuum est igitur Iouinianum hanc litteram simul & id quod 1 Iohā.3,habetur, Omnis qui
natus est ex deo non peccat,perperam intellexisse: qui vt refert Hiero.lib.2.aduersus eundem temere
affirmauit eum qui vere baptizatus fuit,& charitatem suscepit non posse peccare,nec a charitate exci-
dere.Ideo si quis eam habet,vsque in finem vitæ in ea perseuerat:qui autem peccant,dicit eos aqua tan
tum & non spiritu baptizatos fuisse,nec aliquando in gratia fuisse.Qui autoritatibus modo productis er
roris facile conuincitur.contra cuius nouissimam sententiam facit etiam illud ad Galat.1,Miror ꝙ tam
cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam suam.Ideo vera huius literæ intelligentia est , si ini-
tium substantię eius,fidem videlicet,vsque in finem retineamus,tandiu Christi participes erimus.Quem-
admodum Hieronym.lib.illo 2,diui Iohannis auctoritatem interpretatus ait, Qui natus est ex deo non
peccat , quandiu scilicet ex deo natus est,& in gratia perseuerat . quod & contextus ipse docet,Omnis
enim qui natus est ex deo,ait,peccatum non facit,quoniam semen ipsius in eo manet.Vel alter,hæc cō-

A ſequentia nulla eſt, participes Chriſti facti ſumus ſi tamen initium ſubſtantiæ eius vſque ad finem reti-
neamus, ergo ſi initium ſubſtantiæ vſque ad finem non retinuerimus, Chriſti participes non erimus.
Nullus quippe roboris eſt argumentum ab authoritate negatiue: aut ſi vel tantiſper dialectices memi-
niſse liceat, à deſtructione antecedentis ad conſequentis deſtructionem argumentum prorſus inuali-
dum eſt. At contrà firmiſsimum.

**Dum dicitur, hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra
quemadmodum in illa exacerbatione. Quidam enim audientes exacerbaue
runt, ſed non vniuerſi qui profecti ſunt ab AEgypto per Moyſen. Quibus
autem infenſus eſt quadraginta annis? nonne illis qui peccauerunt? quorum
cadauera proſtrata ſunt in deſerto.** ¶Autoritate iam ſemel inducta mentem ſuam per-
fectius explicat. Participes enim Chriſti erimus ſi initium ſubſtantiæ eius vſque in finem retineamus,
hoc eſt, dum dicitur nobis, Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra, id eſt, quandiu
nobis annũciatur hodie, ſi præſenti vita rectius degimus, non obſurdeſcamus, nec diffidentiæ vel obdu-
rationis denotemur, quemadmodum in illa exacerbatione de qua loquuti ſumus obdurari fuere patres
veſtri, ſed non omnes. Recte igitur ſubintulit, quidam autem audientes exacerbauerunt dominũ illi nõ
B fidentes ipſum quoque ad vindictam concitantes, ſed non vniuerſi qui profecti ſunt ab AEgypto per
Moyſen inde educti. Caleph nanq; & Ioſue nequaquam fuere increduli, ſed firmi & ſtabiles diuinæ pol
licitationi adhæſerunt, Numeri 14. Propterea ii Palæſtinam ingreſsi ſunt aliis periclitantibus, vt cõſtat
ſequẽti litera. quibus ait, Infenſus eſt quadraginta annis? illis qui vagi & profugi deſertũ incoluere. nõ-
ne illis qui peccauerunt? & deum omnipotẽtem offenderunt? Et ne illi poſsit occurri, addit præterea &
pœnas. Proſtrata ſunt enim (inquit) & conciderunt eorum cadauera in deſerto inſepulta, & feris expo-
ſita. ¶Cui literæ maxime aduerſari videtur, id quod Ezech. 20 ſcriptũ eſt, Eieci ergo eos de terra AE-
gypti, & eduxi in deſertum, & dedi eis præcepta mea, & iudicia mea oſtendi illis quæ faciat homo, &
viuat in eis. demum quibuſdam interiectis, ſequitur, Poſt idola enim cor eorum gradiebatur, & peper-
cit oculus meus ſuper eos. vt non interficerem eos, nec conſumpſi eos in deſerto. Quid ergo dicit Pau-
lus eorum corpora proſtrata, & in deſerto periiſse? Dico illis dominum pepercisse, nec eos interfeciſſe,
quia illorum miſertus eos damnationi æternæ nõ adiudicauit. Ne tamen dominus iniuſtitiæ arguatur,
eorumque peccatum inultum remaneat in eos temporaliter animaduertit, vt hic ait Paulus: quod &
literæ contextus manifeſtat. Quippe pauloante dictum eſt, Dixi ergo vt effunderem furorem meum ſu
per eos in deſerto, & conſumerem eos, & feci propter nomen meum ne violaretur coram gentibus, de
quibus eieci eos in conſpectu eorum. Et ita Hieronymus hanc obiectionem ibidem diluere videtur.
Quæritur (inquit) quomodo eis pepercit dominus, quorum cadauera in ſolitudine corruerunt, & exce-
C pto Ieſu Naue & Caleph filio Iephone terram repromiſsiõis nullus ingreſſus eſt. Ex quo intelligimus
viuere eos nec æternis ſuppliciis reſeruatos, nec deletos eſse de libro viuentium, nec conſumptos ante
faciem domini. Si enim ex eo, quod non ſunt introducti in terram repromiſsionis periſse credendi ſunt,
ergo & Moyſes periit qui vidit tantum terram repromiſsionis, & non eſt ingreſſus in eam, Deut. 34.
Quem tamen dei ſeruum & amicum ſcripturæ teſtificantur, Malachiæ 4, Mementote legis Moyſi ſer-
ui mei. Et Ierem. 15, quaſi de amico & familiariſsimo ſuo loquitur deus, Si ſteterint Moyſes & Samuel
in conſpectu meo, non eſt anima mea ad populum iſtũ. Illis itaq; dominũ pepercisse credimus, qui dei
vltionem pertimeſcentes corde compuncti ſunt: cum in cap. Sunt plures, de pœnitẽtia, diſtinct. 3, vbi
huius literæ interpretatio ponitur, ſcriptũ ſit, Intelligitur ergo illud Hieron. de his tantum qui inter ipſa
flagella pœnitentiam egerunt: quam etſi breuem & momentaneam, non tamen reſpuit deus. Sicut & il
lud prophetæ, Non iudicat deus bis in idipſum: de iis tantũ intelligi oportet, quos præſentia ſupplicia
commutant. ſuper quos non cõſurget duplex tribulatio. Qui autem inter flagella duriores & deterio-
res fiunt, ſicut Pharao qui flagellatus à domino, durior factus eſt, præſentibus æterna connectunt: vt tẽ-
porale ſupplicium ſit eis æternæ damnationis initium. Vnde Auguſt. in Cantico Deuter. Ignis ſuc-
cenſus eſt ab eo, hoc eſt vindicta hic incipiet & ardebit vſque ad extremam damnationem. Hæc ibidẽ.
Hunc textum & eum qui Ezech. 20 habetur, vtinam accuratius reuoluerẽt, qui poſt delictum remiſ-
ſum pœnamque æternam condonatam hominem nulli pœnæ temporali prorſus obnoxium volunt: cũ
D his liquido conſtet, dominum illos quibus pepercerat, temporali morte affeciſſe. Super quo cap. 1 locũ
illum interpretatus, Purgationem peccatorum faciens, effuſius ſcripſi.

**Quibus autem iurauit non introire in requiem ipſius, niſi illis qui increduli
fuerũt? Et videmus quia nõ potuerũt introire in requiẽ ipſius propter incre-
dulitatem.** ¶Superius quidem dixit dominum peccantibus infenſum fuiſse, nunc vero incredu
lis: quibus iurauit dominus non introire in requiem ipſius, id eſt, ne terram illis repromiſsam ingrede-
rentur, qua adepta à cœpto itinere deſiſterent & requie fruerentur. Idq; in modum quæſtiunculæ pro-
ponit dicens, Quibus autem iurauit &c. Cui quæſtioni occurrens ait, Et ita videmus quia non potue-
runt ingredi in requiem ipſius terræ promiſsionis ob eorum incredulitatem. ¶Sed quid hæc omnia no
bis conferũt? Proculdubio quod nec nos in requiem illam æternam, cuius temporalis typũ illa geſsit, de
qua Iſa. 32, Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & requie opulenta: ſi
increduli fuerimus non ingrediemur. quod apertius 1, Corinth. 10, Paulus manifeſtat, Sed non in plu-
ribus eorum bene placitum eſt deo qui offenderũt, deum videlicet. Nam proſtrati ſunt in deſerto. Hæc

autem in figura facta fuut nostri, vt eousiderantes eorum supplicia non simus concupiscentes malorũ sicut & illi fuere. Hæc aũt omuia in figuram contiugebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos seculorum fines deuenerunt. E ¶ At, quid incredulos tãtum perüsse Paulus commemorat, cũ Iosue 5 dicatur, Omnes viri qui egresi fuerãt ab AEgypto generis masculini mortui sunt in deserto per quadraginta anuos itineris latissimæ solitudinis. Dico textum huue ad historiam quæ Num. 14 habetur, pertinere: vbi omnes ab anno vicesimo obrectationis iu deum arguuntur, quapropter præter spem mortem perpesi sunt. Pusteri autem eorũ quauquam huius sceleris non conscii, tãdiu ingressum distulere, donec ipsorum eadauera iu cineres resoluerentur. Nimirum temporali pœna ob parentũ culpam à deo effecti, quod & pluries contigisse legimus. aquis siquidem diluuii paruuli qui nihil facinoris admiserant præfocati suut, Gen. 7. Igne præterea & sulphure multi innocẽtes periere, Gen. 19. Deo tamen id subesse non homiui, vt ob vnius delictum alter hoc seculo pœnas luat, testatur glo. post Augustinum, Iosue 7, hine ca. Romana. §. vniuersitatem de sententia excom. lib. 6, cantum est, ne ciuitas anathemate percutiatur, quatenus innocens cum nocenti non puniatur: Pœua vero ęterna nemo ob cuiustuis alterius flagitium etiam à deo plectitur, Ezech. 18, Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Non enim portabit filius iniquitatem patris. ¶ Sed forsan dices, Ne pœna quidem temporali alterum ob alterius crimen feriendum: cum Gen. 20 scriptum sit, Domiue uum gentem ignorantem & iustam iuterficies? q. d. non hoc bouitatem tuam decet. Dico, vbi nec culpa uec eausa subesset, deum nusquam ita agere: eausa tamen sola aecedente, id eius bouitatem non dedecet, vt præostensum est. F

Pœna tẽporali ob parẽtum culpã affici & filios

EXPOSITIO CAP. IIII

Imeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex vobis deesse.

T ¶ Quouiam prisci illi patres ob eorũ incredulitatem iu deserto occubuere, nec requie illis repromissa potiti sunt: nos commouefacit quatenus diuinis mandatis exequendis iutendamus, nec requie æterna fraudemur. Timeamus ergo (inquit) ne relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, hoc est spreta & contẽpta dei promissione intrandi in vitã æternã: vel pollicitatione, iuxta glos. qua uos deo tempore suscepti baptismatis deuouimus abiecta, ne existimetur aliquis deesse qui forte prætereatur & relinquatur postremus ad adeundam promissam nobis hãc requiem. Cuins pollicitationis meminit Hieronymus in Epistola ad Heliodorum, Recordare, inquit, tyrocinii tui diem, quo Christo in baptismate consepultus in sacramenti verba iurasti pro uomine eius, te etiam non patri parciturum esse. qui enim amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus, Matth. decimo. ¶ Super quo quispiam in scholiis suis in eandem epistolam, nonuulla improspecte protulit, dicẽs, Apte communefacit olim suscepti sacramenti. Siquidem fere fit vt Christiani quoniam pueri baptizantur non admodum meminerint quod iu baptismo iurauerint, nisi aliquod nouum votum aeeesserit: eum non possit aliud sacratius aut religiosius esse votum, quàm id quod iu baptismo suseeperunt. Dehine adiecit, Proiude mihi videutur optime consulturi vitæ Christianæ, qui iustituerint vt adolescentibus solenni ritu renouetur tota professio baptismi, ac verbis apertis explicetur summa euangelicæ doctrinæ. Hæc ille. G Quod ait votum illud solicitius ae frequentius nobis recensendũ: illi assentio. At quod solenni ritu tota baptismi professio renouari debeat, alienum prorsus à veritate duxi. Nempe aut de lauacro, & baptismi sacramento intellexit, quod iterari non debet. Impossibile enim est eos qui semel illuminati sunt & gustauerunt donum cæleste, & partieipes facti sunt spiritus sancti, gustaueruut nihilominus bouum dei verbum virtutesque venturi seculi, & prolapsi sunt, renouari rursus ad pœnitentiam, id est pœnitẽtia præcedenti in vitę nouitatem baptisma redire. quod ita intelligamus uecesse est, cum pœnitẽtia ipsa homini quoties lapsus fuerit suffragetur. vt cap. præcedente dictũ est. Super hoc tamen eap. 10, multo plura dicturi sumus. ¶ Si autem de catechismo aut instructione illa quæ baptismum præcedit illud dictum accipi velit, fallitur: cum catechismus minime iteretur, teste Augustino epistola 23, ad Bonifaciũ, Qui de huiuscemodi eatechismo loquens, Ante baptismi sacramentum (inquit) cum respondetur paruulus credere ab iis qui puerum baptizandum offerunt, & si ipse nondum habeat fidei affectum, respondetur tamen dei habere saeramentum, fidem habere paruulum, & si nondum fides illa quæ in credentium voluntate cõsistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum fidelem facit. Nam sicut credere respondetur, ita etiam fidelis vocatur. uon re ipsa meute annuendo, sed ipsius rei sacramentum percipiendo. H Cum autem homo sapere cœperit, illud sacramentum non repetit, sed intelligit, eiusque veritati consona etiam voluntas c[illegible]ptatur. Quæ verba habentur in cap. Quæris, de consecra. dist. 4. In concilio quoque Carthagineu. primo, actione prima, id apertius definitũ est: euius tenor subsequitur, Ergo si vobis placet cõsideremus primũ titulum rebaptizationis, vnde sanctitatem vestram postulo, vt mentis vestræ placita producatis ad descendentem in aquam, & iuterrogatum in trinitate secundum euangelii fidem, & apostolorum doctrinam, si liceat iterum interrogari in eadem fide, & in aqua iterũ iutingi. Vuinersi episcopi dixerũt, Absit, absit, illicitas enim sancimus rebaptizationes, & satis esse alienum à syncera fide & catholica disciplina. Nec abs re id sancitum est. Catechismus nãque velut quoddã pręambulum baptismo adhęret, vt ait August. lib. vnico de fide & operibus, cap. 6, & 13. Et in cap. ante baptismum de consecra. dist. 4. Et in concilio Braecaren. 2, cuius verba habentur in cap. ante viginti dies, eadem distinct. Cum ergo baptisma nou iteretur, nec catechismus similiter illi prærequisitus.

De pollicitatione introeũdi iu requiẽ.

De catechismo.

Et enim & nobis nunciatum est quemadmodum & illis: sed non profuit

A illis sermo auditus nō admixtus fidei ex his quæ audierūt. ingrediemur enim
in requiem eius qui credimus: quemadmodum dixit, Sicut iuraui in ira mea si
introibunt in requiem meam. ¶ Ne quis sui sceleris ignorantiā prætēdat, nos diuini pro-
missi certiores effectos demonstrat. [ETENIM nobis demonstratum est] id est, futura requies, & beatitu
do à Christo reuelata, Matth. 25, Ibunt hi in vitam æternam, & Iohan. 3, Qui credit in filium, habet vi-
tam æternam: sicut illis per Moysen sub figura tamen terræ promissionis denunciata est. Vmbram enim
habet lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. infra cap. 10. Idcirco minus illis excusabi-
les sumus, quibus tamen non profuit sermo auditus de terra promissionis assequēda, nō admixtus fidei:
quia videlicet super terræ promissionis ingressu Caleph fidem non præstiterūt, Numer. 13. Sic nec euā-
gelium reuelatū quicquam nobis proderit, nisi fides perfecta adsit, Rom. 2, Nō auditores, sed factores iu
stificabuntur. Ideo consultissime subintulit, Ingrediemur enim in requiem eius & vitam æternam illa tē-
porali figuratam nos qui fide perfecta credidimus. de qua ad Galat. 5, In Christo Iesu neq; circuncisio,
neque præputium aliquid valet: sed fides quæ per charitatem operatur. Quō vero id suadeat, autorita-
tem psal. 94 inducit, [Ingrediemur, ait, in requiē eius nos qui credidimus, quemadmodum dicit spiri-
tus sanctus per os Dauid loco nunc adducto, Sicut iuraui in ira mea si introibūt in requiem meam] in-
B creduli illi: si, pro non, vt præcedenti cap. exposuimus. ¶ Verum qua cōsequētia nos fide vitam æternam
adepturos Paulus probare contendit, quia veteres illi diffidentia, & incredulitate illam assecuti nō sunt?
Quis vel dialectice paulisper imbutus ex negatiua affirmatiuam aliquando intulit? Dico Paulum artis
dialectices peritissimum, argumēto ex opposito, vt dicunt glo. & Theophylactus, id suadere. Vnde enim
liquet, ait Theophylactus, ꝙ credentibus nobis in eiusmodi requiem patebit ingressus: ex eo quidem
quod dominus dixit, infideles non ingressuros. id enim datur intelligi ex rebus diuersis. Nam vt infide-
libus infidelitas occasio est ne in requiem illam ingrediantur: sic nos contrà qui fidē seruamus, fidei ser-
uatę mercedem accipiemus æternæ illius beatitudinis aditum. Hinc aperte constat ex sacris liberum es-
se, modo id apte fiat, argumenta desumere, ratiocinari, & conclusiones elicere: quatenus scripturam syn-
cerius intelligamus, & commodius tractemus. Quod non modo Paulus hoc loco egit, sed & in plerisq;
suæ doctrinę locis, præsertim 1 Corinth. 15, vbi rationibus non paucis iuri quidem naturali innixis futu-
rā omniū resurrectionē persuadet. & ad Galat. 2, Si enim per legē Mosaicā iustitia, ergo Christus gratis
& frustra mortuus est: sed Christus frustra mortuus nō est, Rom. 4, Mortuus est propter delicta nostra,
resurrexit propter iustificationē nostrā: ergo per legē non est iustificatio. Sic eo loco Hieron. Pauli argu
mētū absoluit. Act. quoq; 17 dicitur, Disputabat igitur Paulus in synagoga cū Iudæis & colētibus deū &
in foro per omnes dies ad eos qui audierāt. qui vt patet sequēti textu cum ratione naturali tum gētilium
dictis idololatriam dissuadēs vnius dei cultum proponebat. Saluator similiter, Matth. 12, Omne regnū
C diuisum desolabitur, & ciuitas supra ciuitatem cadet. Si ergo Satanas Satanam eiicit, aduersum se diui-
sus est: quomodo ergo stabit regnum eius? Sed de his hactenus. multo equidē plura super iis post hac di-
cturus sum.

Et quidem operibus ab institutione mundi huius perfectis. Dixit enim in
quodam loco de die septima sic, Et requieuit deus die septimo ab omnibus
operibus suis. ¶ Aliud scripturæ testimoniū producit, quo olim requiem illam cælestem à deo
pollicitam manifestat, [ET quidem ab operibus mundi perfectis] id est, vbi perfectus fuit mundus seu à
mundo condito, post videlicet senarium illum dierum numerum, de quo Gene. 1: illud nobis reuelatum
fuit, supple, ꝙ requiē illā credētes ingrederemur. An vero sex illi dies quibus perfectus est mūdus accipiē
di sint secūdum dierum naturalium ordinem, vel secūdum cognitionem angelicam, quæ ad rerū diuer-
sarum genera illa à deo conditarum referatur, vt placet August. lib. 4 de Genesi ad literā cap. 22, & duo
bus sequentibus, quorū vtrunq; credibile est, nō est loci huius aut temporis discutere. Quomodo autem
id nobis denunciatum sit, Gene. testimonio ostendit. Dicit enim spiritus sanctus in quodam loco, Gene. 2
Et die illa septima, quę illi senario numero successit, requieuit deus ab omnibus operib⁹, nullam nouam
creaturam condendo, sed in semetipso per dilectionem quiescendo. Quæ quidem requies aliam quā spe
ramus ab hac temporali affuturam indicio est. Hinc Aug. lib. 4 de Gene. ad literam cap. 10, Requie sua
D (ait) nobis insinuata sperare admonuit in se requiem nostram futuram. Et rursus eodem cap. Recte quip
pe dicitur, Sicut deus post opera bona requieuit, ita & nos post opera bona nostra requiem accepturos.
Vel vt cap. præcedenti, ait, Quid restat, vt intelligamus iis verbis, Et requieuit deus &c. nisi forte crea-
turæ rationali in seipso requiem dedisse post eius perfectionem, post donū spiritusancti, vt illuc feramur
appetitu desiderii quō cū peruenerimus requiescamus, & nil vltra requiram⁹. Et paulo post, Sicut enim
deus recte facere dicitur, quicquid ipso in nobis operante fecerimus: ita deus recte dicitur requiescere cū
eius munere quiescimus, vt videamur ita dicere requiescere deum cum nos requiescere facit: sicut dici-
tur aliquando cognoscere deus, cum efficit vt cognoscamus, Gene. 22, Nunc cognoui quoniam timeas
deum, vbi quid aliud accipitur, nisi nunc feci vt cognosceretur. Neque enim deus tēporaliter cognoscit
quod antea non nouerat. Hęc Augustinus. Vtraque autem interpretatio probe habet, Paulo maxime cō
ducens: cui erat animo post hanc vitam spem optimam nobis repositam esse edocere. ex quarum altera,
& priori quidem cōstat diei septimę vesperum defuisse, si illi opinioni innitamur, quæ sex dierum opus
ad cognitionē angelicā refert. Vesper quippe secundum eundem Aug. lib. illo 4 cap. 22, Creaturę cogni
tio est ab ipsamet desumpta, quam notitiam in genere proprio dicunt. Illius vero cognitio in verbo ma-
tutina censetur. Cum ergo die septima in deo quieuerit ipsum agnoscēdo, & diligendo, superest, vt vespe

rum non habuerit.quod & cap.26 eiuſdē libri fatetur.Nec ub id ceteris inferior dies illa extitit: at mul- E
to excellentior,quæ cōtinuam lucē prętulit,& nil noctis prorſus aut tenebrarū. ℂSed quid ſcripturę deū die ſeptima quieuiſſe commemurant?Cum Iohan.5 ſcriptum ſit,Pater meus operatur vſq; modo,& egu operor. Si vſq; modo,quomudo ergo quieuit die ſeptima?Hanc ubiectionē Aug.lib.eodem cap.12 cōfutans,ait,Poteſt etiā intelligi deū requieuiſſe à cōdendis generibus creaturæ, quia vltra iam non addidit aliqua genera noua:deinceps autem & vſq; nunc,& vltra operatur eorūdem generum adminiſtrationē q̄ nūc inſtituta ſunt.Creatoris nāq; putētia & omnipotentis virtus cauſa ſubſiſtendi eſt omni creaturæ:q̄ virtus ab eis q̄ creata ſunt regendis,ſi aliquādu ceſſaret,ſimul & illarū ſpecies omniſq; natura cōeiderer.

Et in iſto rurſum,Si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo ſupereſt quoſdam introire in illam, & hi quibus prioribus annunciatum eſt,nō introi erunt propter incredulitatem,iterum terminat diem quendam , hodie in Dauid dicendo,poſt tantum temporis:ſicut dictum eſt, Hodie ſi vocem eius audieritis,nolite obdurare corda veſtra . Nam ſi eis Ieſus requiem præſtitiſſet, nunquam de alia loqueretur poſthac die. ℂEcce tertio eandem ſentētiam repetit eodē vſus verbo.[ET in iſto rurſum] pſal.ait, [SI intruibunt in requiem meā] q.d.non,ob eorū diffidētiā. Et mox manifeſtat, [Quoniā ergo ſupereſt quoſdā intrare in requiē illam æternā] cuius figuram terræ F
Palęſtinę requies ꝓtulit: & hi qui ex AEgypto diuina virtute educti fuerūt, Exod.24. [Quibus prioribus annunciatū eſt non introierunt propter incredulitatē ipſorū]vt iā diſſeruimus. [Iterū terminat]ſpiritus ſanctus[Diē quēdā] quietis à ꝓcedēte,[Hodie dicēdo in Dauid]ſiue per os eius.[Poſt tātū tēporis] quo Iudæi iam terræ illius poſſeſsionē adepti fuerant.Non enim pauci fluxerāt anni ab adepta terra illa ad Dauid vſq;,vt ex lib.Ioſue,Iudicū,& 1 Reg.conſtat.Qui tamen ſicut dictū eſt ꝓcedēti cap.ait, Hodie.i.tempore gratiæ:ſi Chriſti vocē audieritis,nolite obdurare corda veſtra per infidelitatē, vt iā ſemel atq; iterum interpretati ſumus.Nam ſi eis Iudęis Ieſus Naue,Ioſue videlicet,de quo Eccle.46,Fortis in bello Ieſus Naue: [Requiē verā Iudęis pręſtitiſſet,nunq̄ de alia loqueretur poſthac] Dauid,quod iā eā aſſecuti eſſent.Perſpicuum eſt igitur,ait Theophylactus,aliam requiem futuram eſſe:neq; enim Dauid de Palęſtina ſeu terrę promiſsionis requie,& ingreſſu loquebatur.Quippe qua tunc potirētur Iudæi dū hæc ſcripſit:neque de die ſeptimo vel requie eius,vtpute quæ ab ipſa mundi fundatione fuiſſet.Eſt igitur requies tertia quædam illis figurata,regni videlicet cœlorum,ad quod Ieſus dominus ob fidem quæ in ſe habetur ducit.Ad idem Ambro.epiſtola 39 ad Orontianum,hāc literam interpretatus.Duos enim dies (inquit)comprehēdit ſcriptura generales,heri & hodie.de quibus Hebr.13,Heri & hodie ipſe eſt & ante ſecula.In ſuperiore die promiſsio eſt,in conſequenti ſolutio.Sed quia heſterna die vel præterita neque Moyſes,neq; Ioſue introduxit populū in requiē verā,hodierna die,tēpore gratiæ vero, Chriſtus induxit.

Itaq; relinquitur ſabbatiſmus populo dei. Qui enim ingreſſus eſt in requiē G
eius,etiam ipſe requieuit ab operibus ſuis,ſicut & à ſuis deus. ℂEx his quę premiſit cōcluſionē infert. [ITAQVE relinquitur,ait,ſabbatiſmus populo dei] hoc eſt,vera & perfecta requies electus manet illis reſeruata,cuius imaginē geſſit diei ſeptimæ requies qua ceſſauit deꝰ ab omni opere quod patrarat.necnon apud Iudęos ſabbati obſeruatio celebrior.de qua Exod.20.Nam quemadmodū,inquit Theophy.Sabbato ab omni opere carnali & craſſo ceſſādū lex ipſa iubebat, & ea dūtaxat vt peragerēt q̄ eū ad dei cultū tū ad animę vtilitatē facere viderētur: Sic & in poſterū illud tēpus cuncta ſpiritalia futura & diuina,nihilq; qđ carneū ſit aut laborioſum repromittit.Ad hęc Aug.epiſt.119 ad Ianuariū de ritibꝰ eccleſię,Quare,ait,ſeptē dies Geneſim legēs inuenies,quarū ſeptima ſine veſpera eſt.Sane q requiē ſine fine ſignificat.Prima ergo vita nō fuit ſempiterna reqes peccāti.Reqes aūt vltima ſempiterna eſt.Sed quibus repromittitur?dei populo,inquit Paulus.Sed quis dei populus cēſetur? is etenim qui ꝑpetuū ſabbatū obſeruat.Sed quotus ille eſt?reſp.Aug.lib.4 de Gene.ad literā ca.13, In tēpore gratię perpetuū ſabbatū obſeruat, qui ſpe futurę quietis operatur quicqđ boni operatur . nec in ipſis bonis operibus,quaſi habēs bonū qđ nō acceperit,gloriatur.qui quieſcit à priſcis operibꝰ ſuis,vt iā in nouitate vitæ ambulās deū in ſe operari cognoſcat. Ad idē Hieron.Iſa.58,Sabbatiſmus iuxta epiſt.q̄ ad Hebræos ſcribitur,repromittitur nobis in cęleſtibꝰ,& in gloria ꝑparatur,vt dū nō facimus vias noſtras in ſabbato: nec inuenitur volūtas noſtra,vt loquamur ſermonē,quo ſcilicet,ſicut nec opere peccemus. Aliog ſi hæc H
tantū prohibētur in ſabbato,ergo in aliis ſex diebus libertas nobis delinquendi tribuitur?Qđ ſi ſtultū eſt credere,ſupereſt,vt ſabbatū,qđ requies interꝑtatur, omni tēpore ſanctificādū ſit à fidelibꝰ:dū nō carnis, ſed animæ faciūt volūtatē.Qua ſententia eorū opinio cōfutatur, qui peccato veniali ſabbatū nō violari dicūt,cū ſabbati tēpore ab his ſpecialius tēperādū ſit à quibꝰ diebus ceteris ceſſandū eſt . Cū igitur quocūq; tēpore peccatū veniale prohibitū ſit,ſabbato maxime interdici intelligamus. Præterea ſeruile opus omne ſabbato ꝑcauēdū ꝑceptū eſt. Sed peccatū qđcūq; ſeruile opus cēſetur,teſte Hierony.Ezech.43,In ſeptē diebus,inquit,ſabbatiſmus oſtenditur,qui iuxta Paulū populo dei reſeruatur,in quibꝰ verā ęternāq; ſperamus requiē,& nequaq̄ ſeruile opus faciemus peccatorū.qđ ne de mortali qdē, ſed & veniali accipi debet,cui beatos nō fore obnoxios cōpertiſsimū eſt. Ad hęc Aug.tract.3 in Iohā.dicēs,Spiritaliter obſeruat ſabbatū Chriſtianꝰ,abſtinēs ſe ab ope ſeruili. Quid eſt ab ope ſeruili?à pctō qdē.hęc ille. Glo.quoq; Mar.1 docet nos verū ſabbatū,vt ab oī ope ſeruili.i.ab oībꝰ vitiis,vel illicitis abſtinere ſtudeamꝰ.Et Luc. 13 idē ſentit glo.Poſtremo cū Exo.31,& Deu.5 ſcriptū ſit,Nō facies in eo qcq̄ opis,qđ vitę.ſ.nō ſit neceſſariū,tu,filiꝰ tuus,filia,ſeruꝰ & ācilla,bos,aſinꝰ,& oē iumētū,vt requieſcat ſeruꝰ,& ancilla ſicut & tu:Per-

De vero ſabbatiſmo.

A ſpicuum eſt opera alioqui indifferentia interdicta eſse. Cur non igitur potius quæ à deo prohibentur: eiuſmodi venialia ſunt? Sermonem nempe improſpectũ, velut ex Hieronymo præmiſimus, eo die dominus interdixit. Quis igitur venialiter mentitus, ſabbatum non tranſgreditur? Adde quod is qui ligna ſabbato collegit, veiut legis tranſgreſſæ reus capitali ſupplicio addictus eſt, Numer. 15. ¶ Quòd autẽ electi cum deo vera & perfecta quiete fruantur, conſequenter manifeſtat. Quia qui ingreſsus eſt in requiem eius quam deus beatis impartitur, ipſe etiam requieſcit ab operibus ſuis quibus hic laborauit, ſicut & à ſuis deus die ſeptima requieuit. Perinde ac ſi dicat ſecundum Theophylactum, In hac quidem vita iuſtis eſt acerrimum certamen, & labor immenſus propoſitus, quia virtuti eſt maxime inſudandum. In cælis autem neque ad ſimilia exercebuntur, ſed deo duntaxat, inexplebili quadam animi fruentur ſuauitate: quod ii qui ex Iudæis crediderant maxime audire cupiebant, quòd à præſentibus & operoſis negotiis liberandi ſint, & preſſuris quas vel ingentiſsimas à ſuis conciuibus ſuffetebãt. Qui textus aperte pugnat contra eum qui tractatu de virtute indulgẽtiarum, vt iam meminimus, dixit, Nec probatum videtur vllis rationibus aut ſcripturis, quòd ſancti vita functi ſint extra ſtatum merendi aut augendæ charitatis. Manifeſte quippe hoc loco docetur. cum dicat Paulus eos qui requiem illam æternam ingreſsi ſunt, perfecte quieſcere ab operibus ſuis. quod vtique illis non concederetur, ſi priori charitati eorum operibus

De electorũ requie.

B quippiam adiici poſset. Et illud Eccleſiſt. 9, Canis viuens melior eſt leone mortuo, quia viuentes ſciunt quòd morientur. Mortui vero nihil nouerunt amplius, nec habent vltra mercedem. Liquido itaque conſtat, futura vita non eſse locum charitati augendæ. Hinc Hieronymus locũ illum interpretatus, ait, Peccator viuens poteſt melior eſse iuſto mortuo, ſi voluerit in eius tranſire virtutes: quia viuẽtes metu mortis poſsunt bona opera perpetrare: Mortui vero nihil valent ad id adiicere quod ſemel ſecum tulere de vita. Sed & dilectio eorum, odium & æmulatio, & omne quod in ſeculo habere potuerunt, mortis finitur aduentu: nec iuſte poſsunt agere, nec peccare, nec virtutes adiicere nec vitia. Hæc Hieronymus. Eſt & Auguſtini ſententia, epiſtola 80 ad Heſichium dicentis, In quo enim quemque inuenerit ſuus nouiſsimus dies, in hoc eum comprehendet mundi nouiſsimus dies: quoniam qualis in die iſto quiſque moritur, talis in fine iudicabitur. Scripturæ igitur teſtimonio & autorum receptiſsimorum id ſat ſuperq; perſuaſum habemus.

Feſtinemus ergo ingredi in illam requiem, vt ne quis in idipſum incidat incredulitatis exemplum. ¶ Demum nos ad quietem illam cæleſtem nanciſcendam hortatur. Feſtinemus ergo (inquit) ingredi in illam requiẽ, quę vera eſt & perfecta: & hoc, teſte glo. fide & bonis operibus. Ad idem Chryſoſtomus homil. 7 in hanc epiſtolã, Magna quidẽ res eſt fides, & ſalutaris, & ſine ea non eſt ſaluari aliquando, ſed non ſufficit ſola hæc. Operari enim opus eſt, & conuerſatione re-

C cta. Ad idem Theophylactus, Recte (inquit) feſtinemus, cum haudquaquam, vt ad huiuſmodi requiem præbeat aditum, ſatis virium habere ſola per ſe fides videatur, niſi & optimus adſit viuendi modus. Et Iacobi ſecũdo, Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & nõ ex fide tantùm. ¶ Hæc idcirco dixerim, quòd nonnullos hęſitantes agnouerim, hæc ne propoſitio, Sola fides nõ iuſtificat, alicubi legeretur. cum quiſpiam tractatu qui Vnio diſsidẽtium intitulatur, oppoſitam aſſertionem ac ſola fide hominem iuſtificari ſuadere contendat. idque receptorum autorum ſententiis Origenis, Ambroſii, quàm maxime Hilarii, & aliorum. At rem longe aliter ſe habere, infra cap. 11 edocere ſatagam, vbi autoritatibus illis vigilantius intendemus. Dicit itaque Paulus, Feſtinemus ingredi in requiem illam, vt ne quis in idipſum incidat incredulitatis exemplum, hoc eſt, ne ſimili pœna afficiamur cui filii Iſrael ob eorum diffidentiam obnoxii fuere: quæ nobis quàm maximè formidini eſse debet, vt 1 Corinth. 10 Paulus copioſius ſcripſit.

Viuus eſt ſermo dei, efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionẽ animæ ac ſpiritus, compagum quoque ac medullarum, & diſcretor cogitationum & intentionum cordis. ¶ Apertius exequitur, id quod præmiſerat, eos diſtrictius examen ſubire, ſeuerioremq; vindictam perpeſſuros oſtẽdens qui dei filium audire contempſerint. Viuus quippe eſt ſermo dei, id eſt, dei filius, vt hic Chryſoſtomus & Theophylactus dicunt. & Hieronymus hanc literam interpretatus Iſa. 66, Aggei 1, & Ephes. 6. Nec mirum

D cum de filio dei, Sapientiæ 18 ſcriptum ſit, Omnipotẽs ſermo tuus domine exiliens à regalibus ſedibus venit. Qui viuus eſt, quia in perpetuum viuit, nec extinguetur, habens vitam in ſemetipſo, Iohan. 5, Sicut enim pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio habere vitam in ſemetipſo: quam nobis omnibus ſubminiſtrat cum ipſe det omnibus vitã, inſpirationẽ, & omnia. Et efficax, potens facere quicquid illi collibuerit. Eccleſiaſt. 8, Sermo illius poteſtate plenus eſt. Et Iſa. 55, Verbum quod egredietur de ore meo non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quodcunq; volui. Eſtque penetrabilior omni gladio ancipiti, cui nulla creatura reſiſtere poteſt, Rom. 9, Volũtati eius quis reſiſtet? Pertingẽs vſque ad diuiſionẽ animæ ac ſpiritus. Huius literæ multiplex eſt interpretatio. Prior eſt Chryſoſt. dicta homil. 7, dicentis, Quid eſt hoc? terribilius aliquid ſignificat, aut quia ſpiritum diuidit ab anima, quando homo in peccatũ prolabitur. Nulla ſiquidem conuentio Chriſti ad Belial, nulla participatio iuſtitiæ cum iniquitate, 2 Corinth. 6. Theophylactus quoque Chryſoſtomum ſecutus idque more ſuo, Rem ſane horrendã hic prædicat, ait, quod & ſanctũ ſpiritum depellat ab anima, & eam relinquat à ſanctitate ex ſpiritu eodem manante deſtitutam. vt enim imperator primatem ex ſuis quempiam, quia tetrum aliquod admiſerit facinus exautorat dignitate, & magiſtratus munere priuat, mox etiam capite plectit: Sicque Deus erga peccatorem ſe habet. Vel aliter ſecundum eundem Chryſoſtomum, pertingit vſque ad diui-

sionem animæ & corporis, quia & ipse incorporea penetrat & pertingit, vt sunt anima & spiritus. Animam scilicet cognoscendo, non autem tantum vt gladius corporea pertingit, 1 Regum decimoquinto, Homo videt ea quæ foris sint, deus autem intuetur cor. Primæ Chrysostomi interpretationi consentit Augustinus, qui libro vnico de ecclesiasticis dogmatibus, cap. vigesimo, inquit, Tertiū vero qui ab Apostolo primæ videlicet ad Thessalonicen. quinto, cum anima & corpore inducitur, spiritum gratiæ spiritum sanctum intelligamus, quum orat Apostolus, vt integer perseueret in nobis, neve nostro vitio aut minuatur aut fugetur, quia spiritus sanctus effugiet fictum. Glosa vero per animam peccata carnalia, & quæ à carne contrahuntur intellexit, vt sunt ebrietas & fornicatio. Qui enim fornicatur, in propriū corpus peccat. Per spiritum vero ea quæ à mente proficiscuntur, vt sunt superbia, ambitio, & reliqua id genus. Inter quę sermo dei discernit, quis videlicet, quid, quo animo agat. Vel secūdo per animam cogitationes carnales: per spiritum vero sanctas & spiritales. de quibus ad Galat. quinto, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnē, vt non quæcunq; vultis illa faciatis. ¶ Prosilit hoc loco Didymus, qui spiritū tertium ab anima contendit, cum dei verbum inter vtrunq; discreuerit, dicatq; Paulus 1 ad Thessalonicen. quinto, Ipse autem deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester, & anima & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. Quem confutans Augustinus, loco nūc adducto, docet spiritum & animam re inuicem indistincta esse. Nihilo secius quo id compertius habeatur, animaduertendum est non modo circa animæ creationem dissidentes sententias, teste Hieronymo in apologia aduersus Ruffinum, & in epistola ad Marcellinum olim emersisse. F

De animę creatione.

Quidam enim (inquit) dicebant animam lapsam de cælo, vt Pythagoras philosophus omnesque Platonici, & Origenis sectatores putant. Quidam vero à propria dei substantia, vt Stoici, Manichæus, & Priscillanistæ suspicantur. Quidam vero ecclesiastici stulta persuasione confidunt in thesauro dei olim conditas esse. Nonnulli quòd ex traduce, vt Tertullianus, Apollinarius, & maxima pars occidentaliū autumant: vt quomodo corpus è corpore, sic anima ex anima & simili cum brutis animalibus conditione subsistat. quod & Basilius Magnus, Congressione octaua diei sextę, Pythagoricorum errori ascribit. Alii vero (& hæc veritas) quòd quotidie à deo fiāt, & mittātur in corpora. Hæc Hieronymus. Quinimmo & circa eiusdem essentiam contentiones subortæ sunt, nonnullis asseuerantibus animā esse quæ corpus informaret. Spiritum vero quo intelligeremus, reminisceremur, & vellemus, ab anima ipsa prorsus distinctum, vt Didymus & sui sequaces: ab Augustino ob id reprehēsi, quia spiritus & anima vna & eadem re sunt, ratione tantum aut officio differūt, vt Hierony. ad Galat. 5 erudite demonstrat, Nec putem* (ait) animę nullū esse opus, nullamve operationē si viria carni, & virtutes spiritui deputētur. quia anima vel carni iungitur, & opera carnis exequitur, & dicitur de ea, Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt. vel spiritui, & opera spiritualia exercet, & in spiritus vocabulum transit. Qui enim adhęret domino vnus spiritus cum eo est. Vel secundum eundem Aug. eo anima dicitur, ꝙ ad viuificandum animet corpus. Ipsa vero eadem spiritus censetur, quia est quo ratiocinamur, intelligimus, & sapimus, vt idem Augustinus ait, 4 de anima & eius origine, cap. 22, & sequenti. Quæ moltis quidem & aliis nominibus, vt placet Hierony. ad Galat. 5, & Ezech. 1 in scriptura nuncupatur. Verum de iis ha- G

Verbū & Sermo.

ctenus. ¶ Occurrit preterea hoc loco, quòd Ambros. hoc Pauli testimoniū citans, lib. 3 de virginibus, & libro 4 de fide cap. 3, ità legit, Viuū est verbum dei & efficax: quanuis nostra translatio, & recte quidē habeat viuus est sermo dei &c. Et ita legunt Chrysostomus & Theophylactus hoc loco. Hiero. quoque Isa. 66. Nil est tamen quod mireris, cum Ambro. aliquot annos supra Hieronymum natus sit, cuius Hierony. lib. Illustrium virorum vitam descripsit. Idcirco sua ætate Hieronymi & nostra trāslatio nondum prodierat in lucem. licuitq; illi quam vellet amplexari. qui id non tantum hoc loco egit, sed & locis plerisque Pauli epistolarum, velut eius scripta testificantur. Tum ꝙ inter verbum & sermonem non multū intersit, interest tamen nonnihil, quod teste August. lib. 15 de trinitate cap. 15 & sequenti, & lib. vnico de cognitione veræ vitæ, cap. 14, Verbum de mentali conceptu dirivetur, non ita sermo qui verbum exprimit: tametsi vtrunque filium dei repræsentet, expressius tamen verbum. idcirco Iohan. 1 rectius legitur, In principio erat verbū, quàm in principio erat logos siue sermo, vt aliquib* placet. Cōtra quos est similiter Hieronymus vir vtique in triplici genere dicendi peritissimus, qui Ozee primo, In principio erat verbum, non sermo legit, dicens, Verbum domini quod principio erat apud deum, & deus erat verbum factum est ad Ozeā. Idem Hieronymus Isa. quinquagesimoquinto, locum illum edisserens verbū quod egredietur de ore meo non reuertetur ad me vacuum, inquit, iuxta anagogem duplex intelligentia est quod verbum domini, vel ille sit filius videlicet, de quo scriptum est, In principio erat verbum, & deus erat verbum, qui non reuertitur vacuus nisi patris fecerit voluntatem. qui de ore procedere dicitur, & de vtero non quod deus hæc membra habeat, sed quod nos naturam domini per nostra discimus. Hæc Hieronymus. Ambrosius quoque Græcarum literarum non nescius locum illum, Lucæ secundo, enarrans, Transeamus vsque Bethleem, & videamus hoc verbum quod factum est, ait, Quod in principio apud patrem erat verbum, factum est caro, & sic nobis ostensum est quod in deitate ostendi non poterat. Chrysostomi quoque interpres, in principio erat verbum legit. Augustinus similiter tractatu primo in Iohannem. Huc accedit quòd vbicunque scriptura creaturas à dei filio produisse manifestat, quod & beatus Iohannes sui euangelii initio edocere contendit, dicens, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, verbo creaturas factas esse non sermone commemorat, Sapientiæ nono, Qui fecisti omnia verbo tuo. Et Hebræorum vndecimo, fide intelligimus aptata esse secula verbo dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierēt. Iacobi prime, Volontarie nos genuit verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. De sermone vero nihil simile scriptum comperies. Postremo idcirco coniicio Ambrosium legisse, verbum dei viuum est & efficax &c. quod in plerisque suæ doctrinæ locis dicat

A gladii nomine scripturam dei verbum eiusque eloquium intellexisse. quæ Paulus hic inuicem confert, & ita huuc locum simul & id quod Luc. secundo habetur, Tuam ipsius animam gladius pertransibit, libro tertio de virginibus Ambrosius interpretatur. Quis autem sit hic gladius, inquit, verbum acutum & validum & penetrabilius omni gladio ancipiti? Bonus gladius verbum dei, vtpote scrutator cordis & renis, qui eos quorum animam pertransierit nō interficit sed reseruat. Penetrat ergo animam, & quasi candor lucis æternæ eam illustrat. Ad idem Ambrosius in enarratione psal. 39, & sermone 19 in psalm. 118. ¶ Quæ Ambrosii interpretatio licet purgatissima veritatiq; admodum cōsentanea, aliquibus tamen sinistre suspicandi occasio extitit, asseuerantibus deiparæ virginis sanctissimam animam gladium illum spiritalem quod est verbum dei pertransisse, non doloris aut compassionis. Tametsi Christum filium eius vnigenitum morte iniquissima & acerbissima ab his, quorum salutis causa huc concesserat, affectum cominus spectaret, Stabat quidem iuxta crucem Iesu mater eius, Iohan. decimonono: quemque licet innocentissimū hominibus facinorosis annumeratū cōtueretur: potuit num mater super dilectissimi filii sui morte cruenta tunc temperare à lachrymis? mater erat, mater vnigeniti, mater omnium plasmatoris & saluatoris, mater dei & hominis. Potuit igitur tātúmne temperare dolorem? cui eadē & viuendi & de filio cogitandi mensura fuit, quæ vel modicam filii absentiam molesto ferens animo, Luc. 2 dicitur, Ecce ego & pater tuus dolentes quærebamus te. Vbi Origenes homil. 19 in Lucam, Illi dolentes quærebant, ne forte recessisset ab eis, ne relinquens eos ad alia transmigrasset. Quid ergo? vbi tam di-
B ra & inclementi morte diem claudēs extremum ab illa abcessit, quo doloris vulnere sauciata est? Cuius enim nostrum cor adeo saxeum ferum aut immite, qui hæc secum animo versetur, & mox vel hominis ementita natura in cerę morē nō liquescat? Quòd si Christus morte proximus, vt Matth vigesimosexto habetur, assumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi cœpit cōtristari & mœstus esse, dicens, Tristis est anima mea vsque ad mortem, sustinete hic: tanti doloris & mœstitiæ his verbis participes esse voluit, nōne dilectissimam matrē, quā suis discipulis semper prætulit, tanti doloris consciam optauit? Recte igitur Hieronymus ad Paulam & Eustochium de assumptione beatæ Mariæ, Beata dei genitrix virgo & martyr extitit, quauis in pace vitam finierit. hinc quoque quòd vere passa sit, testatur Simeon propheta loquens ad eam, Et tuam (inquit) ipsius animam pertransibit gladius. Ex quo constat quòd supra martyrem fuit. Alii nanque sancti, etsi passi sunt pro Christo in carne, tamen in anima, quia immortalis est, pati non potuerūt. Beata vero dei genitrix, quia in ea parte passa est quæ impassibilis habetur, ideo (vt ita fatear) quia spiritualiter & caro eius passa est gladio passionis Christi, plusquam martyr fuit. Vnde constat, quia plus omnibus dilexit, propterea & plus doluit: in tātum, vt animam eius totam pertrāsiret & possideret vis doloris ad testimonium eximię dilectionis. Hæc Hieronymus. Recte item Augustinus sermone vndecimo ad fratres in eremo, Maria mater domini, dum iuxta crucem staret, non sua peccata flebat, quia nullum peccatum habebat: sed flebat non tantum filii passionē, sed & Iudæorum damnationem. Fateamur igitur ingenue gladium illum spiritalem, de quo ad Ephe. sexto, Et gladium spiri-
C tus assumite, quod est verbum dei: iuxta Ambrosii interpretationem, preciosam virginis animam profundius penetrasse, quæ conseruabat omnia verba hæc, dicta à pastoribus videlicet, conferens in corde suo. Lucæ secundo. Et rursus eodem cap. Mater eius conferebat omnia verba hæc, à Christo recensita, in corde suo. Fateamur itidem mœstissimam eius animam, dum morienti filio præsentissima esset, cōpassionis gladio præ cæteris creaturis transuerberatam fuisse. iuxta Simeonis prophetiam, Tuam ipsius animam gladius pertransibit. Cui assertioni nihil officit, Ambrosium locum illum de gladio spiritali & dei verbo intellexisse: cum vt paulo ante diximus, eadem scriptura ab vno & eodem plures interpretationes recipiat. Quid igitur prohibet plures plura circa eundem textum sentire? Quòd si Ambrosii interpretationem, quam amplexamur, suscipiendam vis, cur non eo iure Hieronymi, Bedæ, glos. ordinariæ, Lyrani, Lucæ secundo locum illum de gladio compassionis interpretantium autoritatem secuti ita intelligemus? Ad hæc Augustini qui epistola 59 ad Paulinum quæstione nona, inquit, De verbis Simeonis vbi ait virgini matri domini, Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, in alia epistola, cuius exemplum etiam modo misi, dixi quid mihi videatur, quod etiam ibi inter cętera visum est. Tribulationem igitur gladii nomine significatam esse credibile est, quo materna anima vulnerata est doloris affectu. ipse fuit gladius in ore persecutorum. de quibus in Psal. dicitur, & gladius in ore eorum. Sed forsan dices Ambrosium, Lucæ secundo, nonnulla dixisse quæ huic sententiæ aduersantur. Nec litera (inquit) nec historia docet ex hac vita Mariam corporalis necis passione migrasse. Non enim anima sed
D corpus materiali gladio transuerberatur, & ideo prudentiam Mariæ haud ignarā mysterii cęlestis ostēdit. Viuum enim verbum dei est, & validum, & acutius omni gladio acutissimo, penetrans vsque ad diuisionem animæ ac spiritus. Hæc obiectio ex Hieronymo facile diluitur. quippe tametsi vita illius gladio adempta non sit, vehementioris tamen doloris particeps extitit. illo gladio affecta est, gladius ille animam eius pertransiuit. ¶ Quòd autē gladii nomine tristitia & dolor in scriptura accipiatur, habes Hieronymū Isa. 66, Quicquid ergo pungit, ait, percutit & torquet & cruciat, in scripturis sanctis gladius appellatur. Habes præterea ipsummet Ambrosium, Lucæ vigesimosecundo, locum illum interpretantem, Ecce duo gladii hic. Est enim gladius spiritualis, ait, vt vendas patrimonium & emas verbum, quo nuda mētis penetralia vestiūtur, & doctrinā cōquiris qua anima reficitur. Est & gladius passionis, vt eximas corpus, & immolatæ carnis exuuiis ematur tibi sacri corona martyrii. quod ex dictis Christi colligitur, qui summā omniū coronā dixit, Si quis persecutionē patiatur pro iustitia. Facit præterea id quod psal. 104 habetur, Humiliauerūt in cōpedibus pedes eius. ferrū pertrāsiit aoimā illius, Ioseph videlicet. quē locum Aug. dicta epistola edisserens, ait, Pro dura tribulatiōe positū ferrū mihi videtur. Apte quippe dicitur, ferrū ptrāsiit animā eius donec veniret verbū eius. i. tādiu fuit in dura tribulatiōe, donec heres

quod prædixit. Verum vt eo vnde digreßi sumus redeat sermo, dicit Paulus, Viuus est sermo dei, & effi E
cax, pertingens vsque ad diuisionem compagum quoq; ac medullarum: quia hominis secretiora omnia
deo compertiora sunt. Compages enim quædam corporis iuncturę sunt neruis colligatę, medullę vero
oßibus conclusę detinentur. Quæ omnia deus nouit & nihil tam secretũ in homine, tamque abscondi-
tum quod eum latere poßit: imo & hominum cogitatus, quove fine fiant, quia discretor cogitationum,
& intentionum cordis, vel vt placet Hieronymo. Isa. 66, Iudex est cogitationum & sensuum cordis, cui
conscientiæ nostræ abditißima manifesta sunt, Hieremiæ 17, Prauum est cor hominis & inscrutabi-
le, & quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans cor & probans renes. Quo locutionis genere diuini-
tatem patefacit: cuius vel præcipuum argumentum est, teste Theophilacto, disquirere & nosse homi-
num cogitatus. Ad idem glo. Luc. 11, Et Hieronymus Matth. 15, dicens, Non debemus opinari malum
angelum cordis quoque occulta rimari, sed ex corporis habitu & gestu quid versemus intrinsecus. Ve
rum si res ita se habet quomodo stabit id quod Augustinus lib. 22 de ciuitate, cap. 29 ait, Patebunt etiã
cogitationes nostræ inuicem nobis. Dico deo permittente id fieri, vt eiusdem August. contextus insi-
nuat. Tunc (inquit) implebitur quod Apostolus ait, Nolite iudicare ante tempus, donec veniat domi-
nus qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitatiões cordis. quod Scoto suffraga
tur, qui nisi deo prohibente angeli suius cogitatus alteri patere dicit.

Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo. ¶Ex præmißis rem tamen paulo al F
tius repetens concludit, quòd non est vlla creatura inuisibilis in conspectu dei. Perinde ac si dicat, Non
modo quod minus est vllus hominũ reperitur, quinetiã angelorũ qui illius oculos subterfugere queat.
Omnia namq; humana & cælestia nuda sunt & aperta oculis eius ad quem nobis sermo, vel cui omniũ
nostrum vitę exactißima ratio reddenda est, 2 Corinth. 5, Omnes nos manifestari oportet ante tribu-
nal Christi, vt recipiat vnusquisque propria corporis prout gesßit siue bonum siue malum. Hoc loco
☞ Paulus quosdam gentilium percutit, qui deum ignorantiæ arguunt, & multa esse in creaturis quæ ipse
nesciat. in quorum persona Iob 22 ait, Quid enim nouit deus? & quasi per caliginem iudicat, nubes la
tibulum eius: nec nostra considerat, & circa cardines cæli perambulat. Quod sacrilegium teste Hieron.
ibidẽ Eliphas sancto Iob succensebat. Quod vere sacrilegium, vel si mauis blasphemia est, cum omnia
nuda sint & aperta oculis dei, scriptumque sit, Danielis 13, Nouit omnia antequam fiant.

Habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit cælos Iesum filiũ dei, teneamus confeßionem nostrę spei. ¶Ne quis ob carnis fragilitatem desperet se in re-
quiem illam ingredi posse, erroreque perculsus, quia corã deo de operibus nostris ratio habenda est, ani
mo concidat, docet Christum nobis pontificem præfectum qui & nobis suppetias ferre & auxiliari pos
sit: si modo illi confisuros nos constantißime profiteamur, dicens, Habentes ergo pontificem magnum
quia cælestium non terrenorum dispensator est, infra cap. 9, Christus aßistens pontifex futurorum bo-
norum. Vel magnum dixit, quia & omnibus opem ferre poßit requisitus, pro omniũ salute oblatus est, G
Rom. 8, Proprio filio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illũ, qui penetrauit cælos Iesus Chri
stus dei filius, sedetq; ad dexterã eius. supra cap. 1. Teneamus confeßionem fidei nostræ credentes resur-
rectionem futuram & quod pro meritis quisq; sit retributionẽ accepturus. quódque Christus verus deus
& homo sit omnium iudex venturus. Qua confeßione formido omnis depellitur, & futuræ vitæ præ-
paramur. Hinc Matth. 8, qui me confeßus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre
meo. Confitetur nos gloria æterna dignos pro quibus diuinam misericordiam interpellat. Idcirco Am-
bro. hãc literam sermone 21, in psal. 118 interpretatus, ait, Intuere illum principem sacerdotum de quo
De Christi tribu & sacerdotio. scriptum est, Hebręorum 4, Habentes itaque magnum sacerdotem egreßum de cælis Iesum, qui iugiter
patrocinatur pro nobis apud patrem, vt pro quibus in diebus carnis suæ misericordi compaßus est af-
fectu, pro his operetur quotidie remißionem peccatorũ. ¶Posset quispiã hoc loco hunc in modũ occur
rere. Cur Christum pontificis munere donatum Paulus hic asseuerat quem eundem ab altari semotum
fuisse, infra cap. 7 testatur. Trãslato enim sacerdotio, ait, necesse est vt & legis trãslatio fiat. In quo enim
hæc dicũtur, Christo videlicet, de alia tribu est de qua nullus altario præsto fuit. Si ergo Christus põtifi-
cis officio functus non est sicut nec quiuis alius suæ tribus, quomodo hanc dignitatem nactus est? Vidẽ-
tur itaque hæc inuicem pugnare nec sibiipsis hęrere, quod tamen lõge est secus. Christus nempe homo H
secundum ordinem Melchisedech sacerdotii munus subiuit, psal. 109, Tu es sacerdos in æternũ secundũ
ordinem Melchisedech. Vbi August. Secũdum id quod Christus, natus est de patre deus apud deũ, co-
æternus gignenti: non sacerdos, sed sacerdos propter carnem aßumptam, propter victimam quam pro
nobis à nobis acceptam obtulit. Non autem sacerdos Leuiticus fuit, vel iuxta sacerdotium Aaron, quod
suo aduentu destruxit, cui nostrum & euangelicũ multo perfectius succeßit. Hinc August. lib. 10 de Ge-
nesi ad literã, cap. 19, Est in epistola quæ scribitur ad Hebręos locus quidem diligenti cõsideratione di-
gnißimus, cum per Melchisedech in quo huius rei futurę figura pręceßit discernatur sacerdotium Chri
sti à sacerdotio Leuitico. His tamẽ rursum obstare videtur quod Elizabeth deiparę virginis cognata de-
scendit ab Aaron, Luc. 1, Vxor eius de filiabus Aaron cui nomen Elizabeth. Ergo Christus de vtraq; tri
bu extitit regali & sacerdotali: & per consequens si sacerdos, hoc secundũ ordinem Aaron fuit. Fateor
Christũ de cognatione, nõ autẽ tribu sacerdotali seu leuitica fuisse, vt expreßius docet Aug. lib. 83 q̃st.
quęst. 61, Dominus noster Iesus Christus, ait, rex & sacerdos noster & cognationẽ ducebat de stirpe sacer
dotali, nõ tamẽ erat de tribu sacerdotali. hoc est, de tribu Leui: sed erat de tribu Iuda, hoc est, de tribu Da

A uid ex qua tribu nemo intendit altari. hæc Augustinus. Ad idem Chrysost. homil. 8 in hanc epistolam, & Theophylactus capite sequenti. Ne tamen dictum glosę post Bedam, Luc. 1, quenquam obturbet, dicentis, Vtraque tribus regalis, & sacerdotalis erant coniūctę. hinc Maria & Elizabeth consanguineę dicuntur. & congruit, vt de vtraque tribu mediator nascatur. vtriusque ergo tribus Christus videtur esse cum de vtraque natus sit. Attendamus tribū eo loco pro cognatione accipi. cui rei argumento sunt eiusdem Bedæ verba, ex quo glosa desumpta est. Vtraque enim tribus, ait, Regia de Iuda exorta, & sacerdotalis siue leuitica alterutri commiscetur. Nempe Aaron de tribu Leui vxorem accepit Elizabeth filiam Aminadab de tribu Iuda, Exod. 6. Ioiada quoque pontifex maximus Iozabeth filiam regis Ioran, & de tribu Iuda duxit vxorem, 2 Paralip. 22. Potuit itaque ob harum tribuum commixtionem cum tribu sacerdotali cognationem contraxisse: quæ tamen de tribu Iuda exorta manifeste docetur, infra cap. 7. Manifestum est quòd de Iuda ortus sit dominus. Matthæus quoque sui libri, cap. primo in genealogia saluatoris texenda itidem apertius insinuat. Quod & Damascenus lib. 4, cap. 15, ab auis & proauis id negotii repetens luculenter ostendit. Ioachim quippe virginis pater, ceu eiusdem supputatione constat, à Iuda originem traxit: non ex Leui. Quanquam Faustus Manichæus ex nōnullis apocryphis id suadere moliatur. quem ob id taxat Augustinus lib. 23 contra Faustum Manichæum cap. 9. Non tamen inficiatur

Trib⁹ pro cognatione.

B quòd Ioachim tribus Iudæ virgini pater fuerit. Sed id solum contendit quòd tribus sacerdotalis minime fuerit. Illud, ait, quod de generatione Mariæ Faustus posuit quòd patrem habuerit ex tribu Leui sacerdotem quendam nomine Ioachim, quia canonicum non est, non me constringit.

Non enim habemus pontificem qui nō possit compati infirmitatibus nostris. tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.

¶ Postmodum cum Christus clementissimus, & ad miserandum propensissimus huius vitæ discrimina, quæ diebus singulis experimur, perpessus sit: nos ad eum recurrere cōmonefacit. [Non enim, inquit, habemus pontificem, Christum videlicet, qui non possit compati infirmitatibus nostris.] Perinde ac dicat secundum Chrysostomum & Theophylactum. Non enim est pontifex iste qui nostræ conditionis ignarus sit quales plerique pontificum sunt, qui vt mala minus experti, ignorant prorsus quid pressuræ in se habeant acerbitatis. & ideo nec promptiores sunt, vt oppressis opitulentur, vel miseris compatiantur. At qui cuncta subiuit hic noster pontifex, veniam facile fragilitati humanæ elargietur: quippe qui tentatus est per omnia pro similitudine absque peccato, id est omnium tentationum periculum fecit, procul tamen ab omni scelere, & his quæ ad peccandum polliciunt: qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, 1 Petri 2. Tentatus est itaq; pro similitudine seu vt similis nobis fieret: nō enim secus hæc omnia tulit, ac ipsi ferre pro humana fragilitate solemus. Debuit enim per omnia assimilari fratribus, vt

C misericors fieret, supra cap. 2. Vel aliter pro similitudine, vt illius exemplo quæcunque aduersa ęquo animo sustineamus, pro nobis passus relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius, 1 Pet. secundo. Et rursus cap. 4, Christo in carne passo vos eadem cogitatione armamini. Quas vero tentationes Christus sustulerit, quibúsve modis tentatio accipiatur, cap. 2, eo loco, Debuit per omnia fratribus assimilari, abūde satis disseruimus. ¶ Sit ne autem tentatio appetenda, quod à nonnullis in quæstionem accersitur, docet Hieronymus Matth. 26, locum illum interpretatus, Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Vnde (inquit) in oratione dominica dicimus, Ne nos inducas in tentationem, quam ferre nō possumus: nō tentationem penitus refutantes, sed vires sustinendi in tentationibus deprecantes. Sicut etiam loco illo ex industria dominus dixit, Vigilate &c. hoc est, ne tentatio vos superet, & vincat: non autem, ait, vigilate ne tentemini. Induci itaque in tentationem non rectè appetitur, sicut nec tentationi succumbere: cum hæc eadem sint, vt vult Hieronymus, & Augustinus lib. 2 de sermone domini in monte, cap. 4. Idcirco (inquit) oramus, Ne nos inducas in tētationem, hoc est, induci permittas. eo quoque iure nec deceptionis tentationem velle licebit: hæc enim teste Augustino libro de verbis domini, sermone 11, adducens est peccatum, qua deus neminem tentat. Est tamen alia (inquit) probans fidem, qua & deus tentare dignatur. & hæc à viro constanti, dei tamen immensæ misericordiæ confiso iuste appetitur, vt ex his quæ pręmisimus constat. Quib⁹ accedit Hieronymus epistola ad Oceanum de ferendis opprobriis. Quapropter & nos gaudere in tentationibus debemus, per quas probati æternæ vitæ præmio coronemur. Quod & dominus aperte declarat, dicens, Beati estis cum maledixerint vobis homines, & dixerint omne malum

De tentatione.

D aduersum vos propter me: gaudete & exultate, quoniā merces vestra copiosa est in cælis. Quis ergo post huiusmodi vocem tentari se non sinat? Quis ab hominibus persequi se iustitiæ causa non optet? Quis nō tribulari vellet? Quis se non maledici desideret vt mereatur voce Christi laudari? Ad hæc præterea est illud psalm. 25, Proba me domine & tenta me, vre renes meos & cor meum. Vbi Cassiodorus, Prius vires respice, & tunc vt ferre valeo tentari permitte. Ad idem Augustinus eo loco, Nequid occultorum meorum lateat, me indica mihi non tibi, id est, adhibe medicinale purgatorium quasi ignem delectationibus & cogitationibus meis: quia ne illo igne consumar non merita, sed misericordiam tuam attendo: ideo sequitur, Quoniam misericordia tua ante oculos est. Quòd si Chrysostomum obiicias, homil. 20 in Matthæum dicentem, Docet quidem nos dominus non recusare certamina, nec tamē in ea audacius insilire: hoc enim modo & nostra clarior incipiet esse victoria, & diaboli infelicior pugna videbitur. Nā protractos siquidem in mediū viriliter stare oportet: inuocatos vero quiescere, & tempus expectare certaminis, vt nos & vacuos ostendamus amore gloriæ, & plenos virtute constantiæ. Si ergo non debemus insilire in tentationem, nec ei obuiam ire: sed illatam viriliter suscipere, quomodo optanda erit tentatio? Dico de tentatione diaboli & deceptionis quidem eum locutum fuisse, vt eiusdem contextus indicat, quam fugiendam docuimus.

Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius vt miſericordiam conſequamur,& gratiam inueniamus in auxilio opportuno. E ¶Quoniam pōtificem habemus beneuolū ac multę miſericordię,fidentiores adeamus ad thronum gratię eius .i. ad ſedem clemētiæ & æquitatis.Nō autē iudicii tempus præſtolemur, vt miſericordiā inueniamus,peccatorū remiſſioné,& gratiā qua digni ſimus vita æterna,Ro.6,Gratia dei vita æterna . Et hoc in tēpore opportuno, quod eſt præſentis vitæ 2 Corinth.6,Ecce nūc tempus acceptabile,ecce nūc dies ſalutis. Idcirco Chryſoſtomus & Theophylactus poſt eū dicunt,Bene dixit,in auxilio opportuno.Si enim nūc accedas,inuenies & gratiā & miſericordiam,opportune quippe accedis.Si autē tunc acceſſeris,id eſt poſt hanc vitā, neqquā accipies, inanis erit actio.non enim tunc ſedes erit gratiæ, ſed iudicii.Quæ litera pugnat cōtra eos qui volunt poſt hanc vitam charitati augendę locū eſſe.Super quo,cap.pręcedenti copioſius ſcripſi.

EXPOSITIO CAP. V.

De ſacerdotio Chriſti.

OMnis nanque pōtifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in his quę ſunt ad deum,vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis. ¶Vbi Chriſtum Moyſe & angelis multo excellentiorem edocuit, eiuſdē ſacerdotiū leuitico ſeu veteris legis magnopere pręſtare manifeſtat, enarrās quæ Chriſto ſunt cum ipſis ſacerdotibus communia , & quæ in Chriſto excellunt . Quibus F autem quiuis pontifex intendat,primum producit,Omnis nāq; pontiſex,ait,ſiue legis naturę (erāt quippę ea tempeſtate ſacerdotes,teſte Origene lib. 1 in Iob,necdum à lege ordinati, ſed naturali ſapiētia hoc requirente ac perficiente. Ita ſacerdotio functus eſt Noë , ita ſimiliter Abraham,ita ſacerdotium geſſit Melchiſedech.Hæc Origenes) Siue veteris teſtamenti pōtifex ſit,cuiuſmodi erat Aaron & eius ſucceſſores.de quo Exod.28,Applica quoq; ad te Aaron fratrem tuum cum filiis ſuis de medio filiorū Iſrael, vt ſacerdotio fungantur mihi:Siue legis nouæ pontifex fuerit,vt mox apertius dicam: omnis inquam ta lis ex hominibus aſſumptus,& præ cęteris delectus velut è vulgo emptus,tanq̄ dignior, & cæteris eminentior ſit, vt vult Origenes homil.6 in Leuiticum:quod perperam Hieronymo aſcribitur. Cuius verba habentur in cap.Licet ergo,8 quęſt.1,Pręlatus debet eſſe cæteris pręſtātior,doctior,ſanctior & omni virtute eminētior.

Triplex ſacerdotium.

Eccleſiæ qui pręficiendi.

¶Verum eſt ne id neceſſe,vt eccleſiæ præficiendus omnibus ſit ſanctimonia ac virtute perfectus?Nunquid idoneus vitæ probatæ,mediocriſque doctrinæ,huic muneri ineundo ſufficeret? Quod ſane exiſtimo , quanquam non me lateat nonnullos contrariam ſententiam ampleſari,parum æquiores tempeſtati noſtræ.Contra quos profero in primis quod in Concilio Laodiceno,actione 12 habetur,Epiſcopi non eligantur niſi ii quos multo antè nota probabiliſq; vita cōmendat , & nihilominus ſi in ſermone fidei,& recta operatione per ſuam cōuerſationē fuerint probati. Sufficit itaq; quòd probatæ vitæ & doctrinæ ſint,nec vita aut doctrina præ cæteris eminentior ab eis exigitur.Ad idem concilium Carthaginenſe 4,actione 1, Cum epiſcopus ordinandus eſt,antea examinetur, ſi natura ſit prudens,ſi docibilis,ſi moribus temperatus,ſi vita caſtus,ſi ſobrius,humilis,miſericors,& literatus, ſi in lege G
2· domini inſtructus,ſi in ſcripturarum ſenſib9 cautus,ſi in dogmatibus exercitatus eccleſiaſticis.Quæ eadem apud Paulum 1 Timoth.3 comperies . At omnia illa homini ineſſe quis ambigit , tametſi cæteros non antecellat ? Ad id accedit Concilium Baſilien.actione 23,vbi ſuper ſummi pontificis electione,ita cēſitum eſt, Iurent cardinales ſe idoneum electuros, vt pontificē pręficiāt toti eccleſiæ.His præterea maiorem in modum ſuffragatur Pauli autoritas,qui Timotheum inſtruens, quos eccleſię paſtores deligeret,2 Timoth . 2 dicebat, Quæ audiſti à me per multos teſtes,hæc commenda aliis fidelibus hominibus,qui idonei erunt alios docere.Non vtique dixit magis idoneis.Et 2 Corinth.3,qui nos idoneos miniſtros noui teſtamenti fecit . Quod autem Origenes ait ita intelligendum ducerem, quòd quo gradus altior eſt,eo vita ſyncerior vberiorque doctrina ab his qui promouendi ſunt exquiratur . iuxta id quod in Concilio Toletano 11,actione 2 habetur,Quantum quis præcelſi culminis obtineat locum, tantum neceſſe eſt præcedat certe gratia meritorū:vt in eo,quòd præſidet ſingulis,ſingulariter ornetur eminentia ſanctitatis:habens & in ore gladium veritatis,& in opere efficiētiam luminis.¶Vbi præmiſit præficiendū virū delectum doctrina,& moribus ſpectabilem,deinceps quæ ſunt officii illius explicat. [PRO hominibus nanque cōſtituitur in iis quæ ſunt ad deum]quatenus eorum ſaluti, quibus præeſt, conſulat non priuatę vtilitati ſuæ:nihil ſeipſum cōmendet,ſed cōmuni bono proſpiciat.2 Corinth.12,Nō quæro veſtra ſed vos.Ad Philipp.4,Non quęro datum,ſed requiro fructum abundantem in ratione veſtra. ¶Quomodo autem ſubditis proſpicere debeat? vt offerat dona,primitias,& reliqua huiuſcemodi à populo oblata:& ſacrificia pro peccatis populi delendis,quod ſub lege naturę obſeruatum eſt . Hinc Ori- H genes loco adducto, Sed interim ſicut diximus erāt etiam ſacerdotes per loca tempore legis naturę,qui pro indigentibus hoſtias offerebant domino. Ad idem Iob,cap.1,Cōſurgens Iob diluculo, offerebat holocauſta per ſingulos dies.Vbi Hierony.Pro filiis ſuis,quos ita regebat,vt tam pręſentibus criminibus q̄ pro occultis in corde peccatis,quę hominum quoque fugere notitiam poſſunt,diuinam clementiā aſſiduis ſacrificiis exorabat.Priuilegium vero offerendi primogenitis vel regibus tunc debebatur pro excellentia ſapientię,vel generis nobilitate,velut poſthac dicam.

Qui condolere poſſit his qui ignorant & errant,quoniam ipſe circundatus eſt infirmitate . Et propterea debet quēadmodum pro populo,ita etiam pro ſemetipſo offerre pro peccatis. ¶Eſt & aliud munus pōtifici demādatū,vt talis ſit qui cōdolere poſſit his qui errāt & ignorāt,hoc eſt,cōpati & veniā dare per ignorantiā delinquētibus, modo eos

Pontificis officium.

A prioris vitæ pœniteat. Et iis similiter qui errāt, & certa sciētia peccāt, quod tamen scelestius est, Lucæ 12,
Seruus sciens voluntatem domini sui & non faciens, plagis vapulabit multis: nesciens vero, & ignoranter
peccans, paucis vapulabit. At qui ignoratione quā ignorantiā inuincibilem dicunt, laborauerit, velut crimi
nis expers, nequaq̄ pœnæ subiacebit. Quis enim Iacob sceleris incusabit, quòd inscius cum Lya cōcubue-
rit? Gen. 22. Nonne item Abimelech obiectum sibi crimen per ignorantiam prudēter diluit, dicens quod
Gen. 20 scriptum est, Domine num gentem ignorantem & iustam interficies? Nonne ipse dixit mihi, So-
ror mea est: & ipsa ait, frater meus est: in simplicitate cordis mei & munditia manuum mearum hæc
feci. Dixitque ad eum deus, Et ego scio quòd simplici corde feceris, & ideo custodiui te ne peccares in
me. Quid quæso eum peccati immunem fecit? ignorantiáne? Quis eum connubii Abrahæ certiorem in-
sontem dicat? ¶ Mirari itaq; satis nequeo, quòd quispiam recentior, recentioribus theologis ad Galat. 4.
succenseat, quòd aliam ignorantiam inuincibilem dicāt, quę excuset à toto peccato: aliam crassam non à
toto sed à tanto: postremam affectatam; quæ magis accuset. quam distinctionem eo confictam, inquit, De tripli-
quo gratiæ dei iniuriam faciant, liberum arbitrium insolent, & homines securos in sua perditione reddant. ci ignorā-
Nam dum homo fecerit quod in se fuerit, securus est quòd inuincibilis ignorantia non nocet. Hæc ille. tia.
Veruntamen vt suspicatur, recentiores theologi locuti non sunt, qui vitæ nostræ arctis cancellis conclusæ
prospicientes, ipsamque multorum laborum participem subleuantes, quæ variis & semotis inuicem locis
B cum auctorum præceptorum, tum scripturę testimoniis innixa cōtinebantur, quodam sermonis cōpendio
perstrinxere. Sunt ne igitur in iudicium vocandi? Quis ob id contrà eos accusabit? Quis ociosus temerita
tis aut impudentiæ illos insimulabit? Non enim nobis nati sumus, ait Tullius, sed ortus nostri partem pa-
tria partem amici vendicant: quibus si fidem non adhibeas, aut scripturam, aut vetustissima doctorum
exēplaria reuolue. ¶ De ignorantia quippe affectata, qua quis vt liberius peccet, & in peccatis sordescat,
diuinæ legis peritiam refugit, Psal. 35 scriptum comperies, Verba oris eius, iniquitas & dolus: noluit intel-
ligere, vt bene ageret. Vbi Augustinus videtur q̄ voluntati illud tribuat, quia sunt homines qui volunt in-
telligere & non possunt, saltem absque magno studio. Sunt autem homines qui nolunt intelligere, & ideo
non intelligunt. de quibus ibidem. Ad idem Augustinus locum illum interpretatus lib. vnico de gratia &
libero arbitrio ad Valentinum cap. 3, vbi mixtim de ignorantia crassa seu supina, qua quis ea quæ suæ sa-
luti conducunt agnoscere negligit, simul & affectata pertractat. Ecce, inquit, vbi saluator, Luc. 12 videli-
cet, ostendit grauius peccare hominem scientem quàm nescientem. Nec tamen ideo confugiendum est
ad ignorantiæ tenebras, vt in eis quisquam requirat excusationem. Aliud est enim nescisse, aliud scire no-
luisse: volūtas quippe in eo arguitur. de quo dicitur, Noluit intelligere vt bene ageret. ¶ Sed illa ignoran-
tia, quæ non est eorum qui scire nolunt, sed eorum qui tanquam simpliciter nesciunt, neminem sic excu-
sat vt sempiterno igne non ardeat: si propterea non credidit, quia non audiuit omnino quod crederet,
sed fortassis vt mitius ardeat. Non enim sine causa dictum est, Effunde iram tuam in gentes quæ te non
nouerunt, Psal. 75. Est & illud psal. 57, Errauerunt à ventre, locuti sunt falsa, indignatio eis secūdum simi-
C litudinem serpentis. Sicut aspidis surdæ obturantis aures suas, ne audiat vocem incantantium. Quem lo-
cum Basilius magnus libro de regula monachali cap. 62 interpretatus, inquit, Hi sunt qui intelligere
nolunt sicut aspides surdę, & obturantes aures suas, ne exaudiant voces incantantiū, & curentur medica-
mento, quod componitur à sapienti viro. Ezechielis præterea 3, Domus Israel nolunt audire te, quia no-
lunt audire me. Omnis quippe domus Israel attrita fronte est & duro corde. De hac quoque ad Rom. 1.
scribitur, Et sicut non probauerunt deū habere in notitiam, tradidit illos deus in reprobum sensum, vt fa-
ciant ea quæ non cōueniunt. Vbi Theophylactus, Neque dixit ignorasse hos deum, sed improbasse: id est
non iudicasse deum se habere in notionem: sed vltro sibi delegisse impietatem sectandam. Deinceps autē
permissi sunt à deo in reprobum sensum deferri. Quibus perspicuum est hanc ignorantiā potius accusare
quàm excusare peccatum. ¶ De ignorantia vero supina, qua quis inertia quadam resolutus quæ suę salu-
tis sunt nihili facit, & peccatum minuit, habes Leuitici 4, 5, & 6. capitulis. Vbi peccatum ignorantia con-
tractum mitiora pœna mulctatur, in peccatum vero certa scientia admissum seuerius animaduertitur.
Ad hæc est illud 1 ad Timot. 1, Qui prius blasphemus fui & persecutor & contumeliosus: sed misericor-
diam dei consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Item Actu. 3, Et nunc scio fratres quia per
ignorantiam fecistis sicut & principes vestri: idcirco pœnitemini, vt deleantur peccata vestra. Eo enim
liberius veniam assecuturos pollicetur, quòd per ignorantiam peccassent. Est & illud Luc. 12, quod iam
induximus. ¶ Ignorantia vero inuincibilis, quam quis depellere nemo astringitur, comprobatur locis il-
D lis quos ex Genesi iam citauimus: probatur itē Ioh. 15, Si non venissem, inquit saluator, & locutus eis non
fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent, post euangeliū promulgationem
videlicet. Quem textum Augustinus epistola 105 ad Sixtum presbyterum: tractatu quoque 89 in Ioh.
edisserens, inquit, Quid est ergo, Si non venissem, & eis locutus non fuissem, peccatū non haberent? Nū-
quid sine peccato erant Iudæi antequam Christus ad eos in carne venisset? Quis hoc vel stultissimus di-
xerit? Sed magnum quoddam peccatum non omne peccatum quasi sub generali nomine vult intelligi,
hoc autem est, quia non crediderunt in Christum, qui propterea venit vt credatur in eum. hoc peccatum
si non venisset, non vtique haberent. Quam quidem ignorantiam non spōtaneam post Aquilam Hiero.
Ezechielis 5 interpretatur. Itidem Damascenus lib. 2. cap. 24. Non hæc igitur ex theologorum cerebro
temere conficta velut ex recēti incude prodiere in lucem, quæ & receptissimorū autorum testimoniis, &
scripturarū auctoritate fulciuntur. ¶ Veruntamē quatenus rei huius scopū pertingamus, sinuosis verborū
anfractibus cedentes, iuris diuini hominis saluti necessarii ignorationem (quam ignorātiam inuincibilem
dicunt) post promulgatum euangelium non sufferendam esse semper duxi. Cui rei fidem facit Basilius
magnus lib. & cap. iam inductis. Manifestum est, inquit, qui huiusmodi est, vt se scire voluntatem domi-

ni negligat,quod ſimulat ignorantiam nec vllo genere effugiet peccati ſentẽtiam.Si enim non veniſsem, E
inquit dominus,& eis locutus non fuiſsem , peccatum non haberent.Si ergo ſcriptura ſacra omnibus &
vbique voluntatem dei denunciat,cur inter eos qui ignorant iſte iudicetur?Ad idem Hieronymus ad Ga-
lat.3,qui de ſurdo & muto nato,inquit,Sermo dei,cui nihil ſurdum eſt , ad eas magis loquitur aures, de
quibus ipſe ait in euangelio,Qui habet aures audiendi audiat,Luc.8.& Apocal.2,Qui habet aurem au-
diat quid ſpiritus dicat eccleſiis . Deus interius illum alloquitur.Euangelii doctrinam prout ſaluti il-
lius conducit reuelando.Subinde itaque dicit Hieronymus,Iſte eſt alius homo cui deus loquitur in oc-
culto,qui clamat in corde credentis,ſeu clamare facit abba pater.Et(vt frequenter expoſuimus) quomo-
do corpus omnia membra & ſenſus habet:Ita animam quoque vniuerſos & ſenſus & membra habere.
Et inter cætera aures etiam:quas qui habuerit non magnopere indigebit his auribus corporis ad Chriſti
euangelium cognoſcendum.Quòd ſi deus mutum in cordis aure ſecretè alloquitur,cur non & quẽcun-
que hominem in remotiſsimis etiam partibus agentem,modo ſe deo dignum reddiderit , ſimiliter allo-
quetur?Ad idem Auguſtinus lib.3 de libero arbitrio cap.22,Ignorãtia vero, & difficultas ſi naturalis eſt
inde incipit anima proficere,& ad cognitionem & requiem,donec in ea perficiatur vita beata,promoue-
ri.Quem profectum in ſtudiis optimis atque pietate,quorum facultas ei non negata eſt,ſi propria volũ-
tate neglexerit,iuſte in grauiorem,quæ iam pœnalis eſt,ignorantiam difficultatemque præcipitatur,de-
centiſsimo & conuenientiſsimo rerum moderamine in inferioribus ordinante.Non enim quod naturali-
ter neſcit,& naturaliter non poteſt,hoc animæ deputatur in reatum:ſed quod ſcire non ſtuduit, & quod
dignam facilitati comparandæ ad recte faciendum operam non dedit.Demum nonnullis interiectis ait,
Sic & nunc ſi ignorantia veri & difficultas recti naturalis eſt homini,vnde incipiat in ſapiẽtiæ quietiſque F
beatitudinem ſurgere,nullus hanc ex initio naturali recte arguit:ſed ſi proficere noluerit,aut à profectu
retrorſum relabi voluerit,iure meritoque pœnas luet.Hæc Auguſtinus.Subeſt igitur homini cum ad adul
tam peruenerit ætatem,diuinam ſapientiam perdiſcere,diuinorumque ſacramentorum ſecretiora agno-
ſcere.Præterea 1 Iohan.2 habetur,Non neceſſe habetis vt aliquis doceat vos,ſed ſicut vnctio eius docet
vos de omnibus quæ fide tenenda ſunt,& verum eſt,& non eſt mendacium.quod vtique fiet vbi homo di
uinæ illuminationi & gratiæ futuræ ſeſe præparauerit.Ephe.5,Exurge qui dormis,& exurge à mortuis,
& illuminabit te Chriſtus.Dormit ille qui velut lethargico ſomno & profundo ſepultus , peccato iacet
oppreſsus:à quo expergefactus ſupernæ illuſtrationis particeps efficitur.Ad hęc eſt hiſtoria illa notiſsima
Eunuchi Candacis reginæ AEthyopum,qui vt Act.8 habetur,vbi ſeſe Hieroſolymã recepiſſet,non vi-
ſendæ vrbis cupiditate(qua & plerique)ductus:at pietatis & religionis gratia venerat adorare , videlicet
in Hieruſalem.Dum autem reuerteretur,à Philippo diuinitus miſſo,ſuper ſaluatoris aduentu inſtructus,
baptiſmi gratiam adinuenit.Eſt præterea factum illud Cornelii non ſecus inſigne , qui ob profuſam in
pauperes liberalitatem,orationiſque indefeſſum ſtudium,eiuſdem gratiæ particeps extitit.Act.10.Qui-
cunque igitur deo obſequentiſsimus ſuæ miſericordię ſeſe crediderit,tametſi loco & ritu à nobis plurimũ
diſtet,tandem Chriſti & ſacramentorũ eius gratiam nanciſcetur.¶Occurrit tamen hoc loco quod Au-
guſtinus tractatu illo in Iohannem 89 inquit,Poteſt mouere quærentes vtrum ii ad quos non venit Chri-
ſtus nec locutus eſt eis,habeant excuſationẽ de peccato ſuo.Si enim non habent,cur hic dictum eſt,Pro- G
pterea iſtos non habere ꝙ venit & locutus eſt eis?Si autem habent,vtrum ad hoc habeant vt à pœnis a-
lienentur,an vt mitius puniantur?Ad hæc inquiſita pro meo captu domino donante, reſpondeo, habere
illos excuſationem non de omni peccato ſuo,ſed de hoc peccato quo in Chriſtum non crediderunt , ad
quos non venit , & quibus non eſt locutus . Si ergo aliqui huiuſcemodi, quos inſulares dicunt, noſtra
ætate ſuperſint , illis crimini eſſe non videtur , quod in Chriſtum non crediderint. Dico Auguſtinum de
his locutum qui ante apoſtolorum ſolẽnem prædicationem Chriſto non adhęſerunt.Vbi vero in omnem
terram exiuit ſonus eorum,& in fines orbis terræ verba eorom , Romanorum decimo , quod apoſtolia
vitam hanc adhuc degentibus contigit,ad Colloſ.primo. quòd euangelium peruenit ad nos ſicut & in
vniuerſo mundo eſt fructificat & creſcit.Et rurſus eodem cap.Si tamẽ permanetis in fide euangelii fun-
dati,quod audiſtis & prædicatum eſt in vniuerſa creatura quæ ſub cælo eſt:ignorantia hæc nemini pa-
trocinari potuit.Idcirco adiecit Auguſtinus eo loco,Sed nõ in eo numero ſunt ii ad quos in diſcipulis ve-
nit,& quibus per diſcipulos eſt locutus,quod & nunc facit.Nam per eccleſiam ſuam venit ad gentes, &
per eam eis loquitur.Ad hoc enim pertinet quod ait,qui vos recipit me recipit,& qui vos ſpernit me ſper
nit,Matthæi decimo.¶Poſtmodũ autem cur præpoſitus ſubditorum infirmitati condeſcendere ac com-
pati debeat cauſam profert,Quoniam & ipſe circundatus eſt infirmitate,id eſt peccato obnoxius ſaltem H
veniali ſicut & cæteri,quibus præeſt.Nullus quippe præter Chriſtum & immaculatam eius matrem,hãc
infirmitatem euaſit:non apoſtolus quidem , velut ex Concilii Milcuitani actione 7 conſtat : nec quiuis
alius ſanctus.Hinc Auguſtinus lib.1 de ſymbolo ad cathecumenos cap.6 ait,Non vobis dico quòd ſine
peccato hic viuitur.ſed ſunt venialia,ſine quibus vita iſta non eſt.Ad idem Hieronymus Eccl.7.Quamuis
aliquis iuſtus ſit,tamen dum in hac carne eſt conſtitutus,vitiis atque peccatis ſubiectus eſt,& maiore prę-
ſidio indiget.Et propterea quòd pontifex omnis circundatus eſt infirmitate,debet quemadmodum pro
populo ita & pro ſeipſo offerre ſacrificium,vt veteris legis ſacerdos pro peccatis ſuis,Leuit.9,& 16.Sic
& nouæ legis.Non vtique Chriſtus qui nõ ſui gratia,ſed ſalutis noſtræ ſeipſum obtulit:Cum enim adhuc
peccatores eſſemus,Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris , Romanorum quinto.& primæ Corin-
thiorũ decimoquinto,Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris.Debet itaq;,inquit Paulus,legis nouæ ſa-
cerdos peccati infirmitate circundatus,quemadmodum pro populo,ita & pro ſemetipſo ſacrificia offer-
re:non vtique legis antiquæ,quę ab aduentu Chriſti deo non placuere,infra cap.10.Sed illud ſumme ſu-
ſpiciendum ſacrificium.de quo infra cap.13.Habemus altare de quo edere non habent poteſtatem qui

A tabernaculo deseruiunt. Non igitur panis ille tantum sanctus est, cum & panibus sanctis seu sanctificatis, his qui tabernaculo deseruiebaot vesci concessum esset Exodi 25: sed cælestis, verum videlicet Christi corpus, quod pro totius mundi salute oblatum est. Ioh. 6. Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. ¶ Quod oh oculos vtinam haberent, qui tanti sacramẽti veritati impudẽter detraxere, aut ipsum non iterandum dixere: id quod infra cap. 7 habetur perperam interpretantes. Qui non habet quotidie necessitatem quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo: hoc enim fecit semel semetipsum offerendo. Parum quippe attendunt hac sacrosancta oblatione, quemadmodum hic testificatur Paulus, & peccata oobis condonari, & diuinæ gratiæ nos participes effici. Quam Christus in suipsius oblationis semel per ipsum factæ memoriam frequentius à nobis deo offerri voluit, Luc. 22, Et accepto pane gratias egit & fregit, & dedit eis dicens, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem. Et 1 Corint. 11, Quotienscunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec veniat. Licet itaque semel passus sit mortuus Christus, vtiliter tamen mortis & passionis suæ memoriam sæpius recensemus. Nemo tamen Christianus adeo ineptit, vt hoc portentũ confingens secundo aut tertio Christum pati ac mori velit. ¶ Veruntamen quoniam huius epistolæ testimooium à noonullis improspecte asciscitur, ne obscurum sit aut ignotum quod loquimur: B Norint Paulum his omnibus saluberrimum antidotum iofra cap. 9 opposuisse. Neque enim introiuit io cælum (ait) vt sæpe offerat semetipsum, quemadmodum pontifex iotrat in sancta per siogulos annos in sanguine alieoo: alioquin oportet eũm frequenter pati ab origine muodi: Nunc autem semel in consummatione seculorum ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit. Optime itaque docet Hieronymus, qui in epistola aduersos Luciferianos, inquit, Illud sacrificium quolibet die dominico offerendum est, nec propterea frequentius pascha Christiaoorum celebratur, id est noo pluries Christum passum & resurrexisse, ob id Christiani fatentur. Pascha enim licet teste Hieronymo traositum significet, passioni tamen dominicæ congruit, vt inqoit Ambrosius lib. vnico de mysterio paschæ cap. 1 proferens quod 1 Corint. 5 scribitur, Pascha nostrum immolatus est Christus. Ad idem Ambrosius lib. 1. de his qui initientur saeris cap. 4 Religiose. Item Augustinos epistola ad Paulinum 59, illud pro seipso sacerdote, & pro omnibus censuit offerẽdum. Et lib. de verbis domini sermone 28, Ergo tu audis, inquit, quòd quotienscunque offertur sacrificium, mors domini, resurrectio domini, eleuatio domini significetur, & peccatorum remissio. Ambrosius qooque consultissime ait lib. 4. de sacramentis cap. 6, Quotiescunq; accipimus, mortem domini annunciamus. Si mortem annunciamus, annunciamus remissionem peccatorum. Si quotieoscunque effuoditur, sanguis in remissionem peccatorum funditur, debeo semper illum accipere, vt semper mihi peccata dimittantur: qui semper pecco, semper debeo habere medicinam. Adde huc Chrysostomum qui homil. 51 in Matth. ait, Credite igitur omnes, quia etiam nunc illa cœna celebra-C tur in qua ipse Christus recombebat. Nihil quippe interest inter illam & hanc. Non enim hæc ab homine, illa ab ipso conficitur. Qoando igitur sacerdotem corpus tibi dominicum præbere videris, noli sacerdotis sed Christi manum ad te porrigi arbitrari. Ad hæc similiter Theophilactus infra hoc capite. Cuius verba mox inducam. Possem huius excellentissimi sacrificii, & omnium pręcipui offerendi & dispensandi decreta à Concilio Niceno omnium celeberrimo actione 12 & 14 edita, necnon in Coucilio Carthaginensi 3, actione 6 & 29: & in Coneilio Antiocheno actione 2 producere. Verum ne lectoris stomacho molesti simus, satieti occurrendum est. quæ super hoc fidei nostræ maximo sacramento dicenda supersunt, cap. 7 aperiam. ¶ Est & præterea hic textus vigilãter considerãdus contra eos qui remisso peccato, nullam superesse satisfactionem volunt. Sacramentis quippe nisi sanctos & impollutus communicat, vt testificatur Origenes Ioh 1, Mundos atque sanctos, ait, condeceut sacrificia. Sic nanque, ait, apostolus probet seipsum homo, hoc est mũdet semetipsum, & ita de pane illo edat, & calice bibat, 1 Corinr. 11. Et rursum eiusdẽ epistolæ cap. 5, Itaq; epulemur in azymis sinceritatis & veritatis. Nõ itaq; sacerdos pro peccatis quæ sibi insunt aut futura sunt sacrificium offert: reliquum est igitur vt pro his quæ aliquando contraxit delendis illa offerat: sicque pœnæ resecandæ non culpæ mortali quæ pręteriit sacrificium illud sanctissimum confert. Recte igitur censuit Augustinus, cuius verba habentur io cap. Tempus 1 3 quæst. 2, & cap. pręcedenti, Altaris sacrificium pœnæ temporali quæ culpæ soperest delendæ plurimum conducere. Præter ea autem quæ supra cap. 1 locum illum edisserens, purgationem peccatorum faciens, induxi, est Concilium Carthaginense 3, actione 31, qua decretum est, vt pœnitentibus secundum peccatorum D differentiam episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur, quibus satisfiat pœnæ debitæ. & Concilio Carthaginensi 4, cui subscripsit Augustinus actiooe 74 habetur, quòd sacerdos pœnitentiam imploranti absque personæ acceptione pœnitentiæ leges iniungat. actione quoque 79, Quòd si pœnitentes pœnitentia & satisfactione nondum impleta decesserunt, memoria eorum orationibus & oblationibus commeodetur. Et Coocilio Carthaginensi 6, actione 11, Grauior pœnitentia seu satisfactio imponitur his qui scienter & prudenter peccant. In Concilio præterea Toletano 12, actione 2 iniunctum est, vt qui satisfactionem acceptam non exequitur, seuerius coerceatur.

Nec quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur a deo tanquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, Filius meus es tu, ego hodie genui te. ¶ Quod mire conducit pontifici eligendo adiecit dicens, Nec quisquam sibi sumat honorem, id est suopte impulsu sacerdotii aut cuiusuis præfecturę alterius dignitatem prosequatur: sed vocatus a deo hanc sobeat prouinciã, velut Aarõ qui deo autore per Moysen accitus est Exod. 28, Nec ipse prior aggressus est, quin etiam cũ & virga eius refloruit. Numeri 7 habetur, Innotuit plane hunc à deo accersitum fuisse. Idcirco Ambrosius hanc lite-

De sacramento Eucharistiæ

Paschal

Ad dignitates quomodo accedendum

ram explicans epistola 82,inquit,Ideo deus Aaron sacerdotem elegit,vt non humana cupiditas in eli- E
gendo sacerdote præponderet,sed gratia dei:non voluntaria oblatio,nec propria assumptio,sed cælestis
vocatio.quod & in Christo comprobatum est.Qui non se vltro obtulit,vt hoc munere fungeretur : sed
oblatum suscepit.Non enim semetipsum clarificauit,id est non gloriam ex se conseiuit,Iohan.8,Ego glo
riam meã non quæro:est qui quærat & iudicet. [vt pontifex fieret:sed qui locutus est ad eum deus,pa-
ter,ipsum clarificauit,& sacerdotij dignitate insignem effecit.Qui animam suam pro ouibus ponens vere
clarificatus est:quia teste Augustino tractatu 63 in Ioh.Immortalitate vestitus est,eiusq; resurrectio non
sicut nostra in fine seculi,sed continuo futura erat: iuxta illud Isaiæ oraculum cap.11,Et erit sepulchrum
eius gloriosum.Ad idem Augustinus tractatu in Ioh.105,Fuit præterea à deo Christus clarificatus,& ho
nore maximo affectus:quia qui locutus est ad eum deus,pater,dixit,Filius meus es tu, naturalis:ego ho-
die genui te,in æternitate videlicet,quod supra cap.1 demonstrauimus.Videtur tamen,vt ait Theophyla-
ctus, psal.2 testimonium,quod à Paulo hic profertur,minus rei propositæ conuenire.Habet sane hoc lo-
co arguere Christum à deo pontificem constitutum:hoc vero testimonium plane affertur,à deo esse hũc
ipsum primogenitum.Veruntamen vt dicunt Chrysostomus & Theophylactus,quòd hic sit filius natura-
lis,Christo maximum in modum confert vt sit pontifex constitutus:quia nõ nisi cęteris sanctior & omni
virtute eminentior,vt dictum est,hoc officio fungitur.Vel aliter dici potest,quòd non nisi primogenitis
sacerdotium legis naturæ,cuiusmodi erat Melchisedech,cõcessum est,vt inquit Hieronymus in quæstio-
nibus hebraicis.& in epistola ad Euagrium.Docte igitur Christum dei filium naturalem & primogeni- F
tum Paulus introducit,quo sacerdotiũ eius comprobetur. ¶Veruntamen Paulus sibiipsi aduersari vide-
tur cum 1 ad Timot.3 dixerit,Qui episcopatum desiderat,bonum opus desiderat.Si eorum affectũ qui
id muneris subire contendunt commendat eo loco,cur inpręsentiarum quod prius velut præmio dignum
extulit,vituperans interdicit?Dico Paulum eos qui fastu & ambitione ad id fastigii anhelant reprehen-
dere:eos vero qui subditorum consulendæ salutis studio hanc obeunt prouinciam,honore dignos asseue-
rare.¶Tametsi haud nescius sim quempiam etiã probatum autorẽ 1 ad Timot.3,partim Augustino,par
tim rationi,quam huius capitis initio improbauimus, nixũ, populi regimẽ nullatenus affectandũ dixisse.
Contra quem in primis est Ambrosius eo loco,qui textum illum interpretatus,inquit,Hoc enim cupiẽs,
populi regimen videlicet,bonam vitam appetere videtur:si tamen non ab his declinet quæ in subiectis
habentur,ne ambitione & desiderio pecuniæ hoc egisse videatur.Est & Hieronymus epistola ad Ocea-
num,& lib.primo aduersus Iouinianum,Episcopus presbyter & diaconus,ait,non sunt meritorum no-
mina seu dignitatum , sed officiorum . Nec dicitur,si quis episcopatum desiderat,bonum desiderat gra-
dum:sed bonum opus desiderat,quòd in maiori ordine constitutus possit si velit occasionem exercendæ
virtutis habere.Discreuit itaque Hieronymus inter episcopatus desiderium, & operis administrationem
operam:hoc probans,& illud reiiciens.Est præterea Chrysostomus homil.10,in priorem epistolam ad
Timotheum,Si quis,ait,episcopatum desiderat,non culpo,non improbo:opus quippe regiminis est . Si
quis hunc idcirco appetit,non principatus ac dominationis fastu,verum cura regiminis & charitatis affe G
ctu non improbo,inquit Paulus,bonũ enim desiderat opus.Quippe & Moyses eam rem appetisse cogno
scitur:verum huiusmodi potentiam ambitumque dominandi nequaquam ille quæsiuit.Si quis igitur ita
desiderat,bonum desiderat.Episcopatus enim ex eo dicitur quòd omnes inspiciat,cunctaque speculetur.
hæc Chrysostomus.Ad hæc est illud Isaię 6,vbi Isaias cum vocem domini dicentis,Quem mittam,au-
disset,respondit,Ecce ego,mitte me.Quod,vt ait Hieronymus,non temeritate & arrogantia egit,sed fi-
ducia quadam:non suo merito,sed domini gratia,qua purgatus erat,offerens se ad ministerium.Quod au
tem in hanc suam sententiam appellat Augustinum,quanquam loci nõ meminerit, existimo tamen quòd
prætendat proferre eundem decimonono de ciuit.cap.19,vbi rem hanc effusius pertractans tandẽ con-
cludit,Locus vero superior,sine quo regi populus non potest,& si ita teneatur atque administretur vt de-
cet,tamen indecenter appetitur.Consideremus tamen Augustinum eos taxare qui locum superiorem &
dignitatem ambiunt,præesse non prodesse cupientes.Quod deinceps dixit præficiendum cæteris sancti
monia & eruditione omnibus fore eminentiorem,is vero arrogantiæ & temeritatis quammaxime ar-
guendus esset,qui hæc sibi vendicaret.Iam docuimus idoneum pręfici sat esse.Pręter ea autem quę pro-
duximus,habes id quod scribitur cap.Nobis olim.& cap.Cum dilectus,extra de electione.

Quemadmodum & in alio loco dixit, Tu es sacerdos in æternum secun-
dum ordinem Melchisedech. ¶Alterius scripturæ testimonio Christi pontificium & sa- H
cerdotium comprobans inquit,In alio loco psal.videlicet 109,dicit spiritussanctus,Tu es sacerdos in æ-
ternum &c. ¶Cur autem secundũ ordinem Melchisedech?eò sane quòd Christi sacerdotii figuram ex-
pressius prętulit:quòd teste Hieronymo in epistola ad Demetriadẽ,illius in morem Melchisedech panem
& vinum obtulerit.Melchisedech,ait,sacerdos dei legitur,cuius meritum hinc facile agnoscitur ꝙ multo
post futurum domini sacramentum antè signauit,ac sacrificio panis & vini mysterium corporis & san-
guinis expressit. ¶Sed quid Christi sacerdotiũ perpetuum dixit?desinet ne cum hoc seculo?Sane nequa-
quam,at perpetuo perseuerabit,quia ad nouissimum testamentum quod ęternum est pertinere agnosci-
tur,infra cap.13,Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testa-
menti æterni dominum Iesum Christum &c.Vel secundum Theophylactum,Ideo æternum dicitur,quia
in præsenti & corpore ipso,quod ille nostri gratia immolauit pro nobis , etiam intercedit apud patrem,
hoc est quæ ille pro nobis perpessus est profert,vt patrem exoret,infra cap.7,Vnde & saluare in perpe-
tuum potest,accedens per semetipsum ad deum,semper viuens ad interpellandum pro nobis.Aut secun-
dum eundem,in æternum dixit,quia quotidie offertur per dei ministros oblatio,Christum dominum &

A pontificem habens & sacrificium, qui seipsum nostri ob gratiam sacrificat, frangit, tribuit. quotienscunque enim id fiet, mors annunciabitur. hęc Theophylactus. Discreuit autem Paulus inter sacerdotium legis veteris & nouæ seu Christi: quia hoc perpetuum, illud autem temporale. infra cap. 7, Translato sacerdotio necesse est, vt & legis translatio fiat: Quod autem psalmos hic inductus Christo conueniat, textus structura manifestius insinuat: eo quippe loco habetur, Ego ante luciferum genui te: hoc est in ęternitate, quę nullis temporum spatiis præfinitur. Nullique alii à Christo competere perspicuum est. Omnis enim creatura sub tempore producta est: solius autem Christi secundum naturam superiorem generatio æterna est. Iohannis primo.

Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eum, qui posset saluum illum facere a morte, cũ clamore valido & lachrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia. ¶Vbi Christum pontificis munere donatum descripsit, ipsum postea eiusdem officio perfunctum docet. Quippe qui in diebus carnis suæ, id est dum hic in carne passibili nobiscum vitam duceret, preces supplicationesque offerens ad eum, deum patrem, qui posset eũ saluare à morte seu resuscitare. Hoc nanque orandi munus Christo secundum carnem attribuitur, qui vt veritas assomptæ carnis claresceret, & eius in nos cura & charitatis præstantia patefieret, orationi suæ validum clamorem & lachrymas adiecit. quorum verborum Euangelistarũ nullus meminit: nec abs re. Mul-
B ta quidem & alia signa fecit Iesus, quæ non sunt scripta in libro hoc, Iohannis penultimo & sequenti cap. Nec incassum orauit Christus, tandem exauditus pro sua reuerentia, id est ob merita sua. Iohan. 11, Ego enim sciebam quia me semper audis. ¶Sed quorsum hęc Pauli dicta? cũ vt Mat. 26 habetur, Christus orauerit, Pater si possibile est transeat à me calix iste: non tamen exauditus est, quippe qui mortem pertulit. Huius occasione quidam dixere, quòd Christus in oratione progrediente ex humana voluntate suę naturæ dimissa & permissa agere & pati ad suam declarandã conditionem, non est exauditus: quia non orauit, inquiunt, huiusmodi oratione vt exaudiretur: sed vt exemplum nobis daret confugiendi ad deum in tribulatione nostra, & nostram voluntatem diuino arbitrio subiiciendi. Talis autem fuit oratio quam imminente morte Christus fudit, qui tamen mox ad semetipsum reuersus dixit, Non sicut volo, sed sicut tu vis fiat. Hanc tamen sententiam non probarem, cum infra cap. 10 de Christo scriptum sit, In capite libri scriptum est, vt facerem voluntatem tuam: tunc dixi, ecce venio. vt faciam voluntatem tuam, super generis humani redemptione videlicet. Si igitur Christo concepto hæc voluntas infuit, potuit ne ab hoc tam sancto instituto etiam morti proximus aliquando ipse resilire? qui Iohan. 6 dixit, Quæ placita sunt ei facio semper. Ideirco consultius duxi, vt sentiamus Christũ voluntate humana & absoluta, eadem semper cum patre optasse, & quicquid idem petiit, teste Paulo hoc loco adeptus est, repulsam nusquam passus. Autoritas vero Matthæi, vt volt Petrus Comestor de appetitu naturali non libero intelligenda est, qui cap. 125 in euangelia ait, Christus vt verus homo horrebat mortem, & appetitu naturali (qui nullũ actum
C dicit) mortem refugiebat, & vellet non mori si fieri posset secundum iustitiam: iustitia autem patris erat vt pateretur, & à constitutione mundi hoc sacramentum illi præostensum fuit. ideo quàm gratanter voluntate libera mortem acceptauit. Hanc priorem expositionẽ sequitur Chrysostomus homil. 84 in Matthæum. Quidam tamen, inquit idem Petrus Comestor adhærentes particulæ demonstratiuæ iste scilicet, dicunt Christum orasse pro Iudæis misericorditer, vt si fieri posset quòd intrarent gentes & saluarentur, præter Iudæorum cęcitatem & exterminium, non biberet hunc calicem mortis sibi à Iudæis infligendæ, quæ illis ruinæ occasio esset. Quæ expositio Hieronymi est Matthæi 26 dicentis, Postulat autem non timore patiendi, sed misericordia prioris populi, ne videlicet ab illis bibat calicem propinatum. Vnde & signanter non dixit, transeat à me calix, sed calix iste populi Iudæorum, qui excusationem ignorantię habere non potest si me occiderit, habens legẽ & prophetas, qui de me quotidie vaticinantur. Priori tamen lecturæ tandem inhærens adiecit, Attamen reuertens in semetipsum quod ex hominis persona trepidanter renuerat, ex dei filiique confirmat, Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Non, inquit, hoc fiat quod humano affectu loquor, sed propter quod ad terras tua voluntate descendi. Quam interpretationẽ sequitur Augustinus epistola 121 ad Probam, cap. 14. Sexta quoque synodo Constantinopolitana, actione 4 post Athanasium definitum est, textus inducti partem priorem ad humanam voluntatem: posteriorem vero ad diuinam pertinere simul & humanam. Existimo tamen liberam, secundum quam Christus ne latum quidem vnguem à diuina resiliit. qui Iohan. 4 dixit, Meus est cibus vt faciam voluntatem eius
D qui misit me. & cap. 5, Non quæro voluntatem meã, sed voluntatem eius qui misit me patris. ¶Præterea hoc loco insurgit quod psal. 21 dicitur, Deus deus meus vt quid dereliquisti me: clamabo per diem & nõ exaudies. quem psalmum de Christo intelligendũ Matthæus cap. 27 dixit. Eodem tamen testatur Christus se à deo patre non exauditum. non igitur quicquid petiit Christus assequutus est. Dico Christũ post Damascenum lib. 4 cap. 24, verba illa & si sint Christi, non tamen in persona Christi intelligenda esse, sed Christi in persona nostra loquentis. Istud porro, Deus meus vt quid dereliquisti me, nostram peculiariter vendicans naturam Christus dixit: neque enim vsquam derelictus fuit Christus à propria deitate: sed nos sumus qui derelicti & despecti sumus, quare nostram induens appropriansque personam hæc orauit Christus. Ad idem Augustinus in præfatione dicti psalmi, Dicuntur, ait, ista ex persona crucifixi, personã etiam seruantis veteris hominis, cuius mortalitatem portauit: nam vetus homo noster confixus est cruci cum illo. Quod si obiicias Origenem homil. 35 in Matthęum, dicẽtem verba illa in persona Christi accipienda. Cui Hieronymus Mat. 27 consentiens, hoc ipsum probat, quòd psalmus ille multa complectatur quæ soli Christo competunt. quemadmodum est illud, Foderunt manus meas & pedes meos. & id similiter quod eo loco habetur, Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem

Christus an exauditus semper sit

Reſpondeo,Nonnulla pſalmi illius ad Chriſtum pertinere,alia vero ad membra eius,vt & pleraque alia E ſcripta ſancta,quemadmodum ſupra cap.2,locum illum interpretatus,Quid eſt homo quòd memor es eius,edocui.❡Veruntamẽ huic difficultati non plene ſatiſfactum iri videtur,cum Chriſtus abſolute & in perſona propria orans dixerit,Pater ignoſce illis , quia neſciunt quid faciunt,Luc.23.Quam orationem fudit pro his qui eum morti adiudicarant,quibus tamen deus non pepercit : cum peccatis obſtricti hinc demigrarint,vt illis prædixerat Chriſtus Iohan.8,Ego vado & quæretis me,& in peccato veſtro moriemini.Incaſsum igitur pro his oraſſe videtur.Quod tamẽ ſecus eſt,cũ teſte gloſ.eo loco,pro his qui credituri erant in eum,impetrauerit:non pro his orans qui per inuidiam & ſuperbiam filium dei negabant, & crucifigebant:ſed pro his qui zelum dei habentes,ſed non ſecundum ſcientiam,neſciebant quid facerent. Ad idem Auguſt.tractatu 31 in Iohannem,Videbat,inquit,Chriſtus quoſdam ſuos inter multos alienos, illis iam petebat veniam,à quibus adhuc accipiebat iniuriã.Non enim attendebat quòd ab ipſis moriebatur,ſed ꝙ pro ipſis moriebatur.His ſuffragatur quod Iohan.17 dicitur,Ego pro eis rogo,non pro mundo:ſed pro iis quos dediſti mihi.❡Quòd ſi inferas Chriſtũ pro reprobis nõ interpellaſſe,fateor equidem ad gloriam æternam conſequendam,qua vtique indigni erant.Quid igitur(dices) Hieronymus Mat.26 ait,Solus orat pro omnibus,ſicut ſolus patitur pro vniuerſis.Sed crucem ſuſtulit non tantum pro electis, ſed & reprobis,qui vult omnes ſaluos fieri,& ad agnitionem veritatis venire, 1 ad Timot.2.Videtur igitur non modo pro electis,ſed & reprobis oraſſe.Quod ſi conceſſeris,pertimeſcendum ne decidas in Syrtes volens vitare Charybdin.eò enim res deduci videtur,vt nobis,quibus pro archetypo & exẽplari Chriſtus eſt,Ephe.5,Eſtote imitatores Chriſti,liberum ſit pro iis,quos perpetuis cruciatibus detineri certiores ſumus,orationem fundere,ſi id Chriſto concedamus.Verum quatenus hanc controuerſiam paucis finiã, F Dico Chriſtum ea lege pro omnibus oraſſe,qua pro omnibus paſsionem obtulit. Obtulit quidem pro omnibus ſufficienter,qui videlicet illi peccatum obicem non opponerent:pro electis vero abſolute,Ioh. 17,Non pro eis rogo tantum,ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in me.

Chriſtus an etiam pro reprobis orauerit.

Et quidem cum eſſet filius dei,didicit ex his quæ paſſus eſt obedientiam.

❡Quid vero cauſæ ſit quòd quoties orauit Chriſtus exauditus ſit,explicat, quoniam cum eſſet filius dei naturalis , didicit ex his quæ paſſus eſt obedientiam:id eſt,didicit deo patri obtemperare idipſum patiendo edoctus.❡Obiicit tamen Chryſoſtomus,Qualiter obedientiã,mortem ſuſtinẽdo,didicit Chriſtus,qui vſque ad mortem fuit obediens ſicut patri filius.Et antequam pateretur tantopere patri ſit obſecutus,Luc.2,Quid eſt quod me quærebatis,neſciebatis quia in his quæ patris mei ſunt oportet me eſſe? Hanc obiectionem diluens Chryſoſtomus,ait,Vides quoniã de incarnatione hoc dictum eſt.Quod enim dei filius ab ęterno cognouerat,vbi verbum caro factum eſt,& naturam aſſumpſit humanam,notitia experimentali agnouit,ſeu expertus eſt patri obedire vſque ad mortem,nec antea hoc cognitionis genus agnouerat.quippe qui nec crucem nec mortem perpeſſus fuerat.Quæ interpretatio aliquot aliis ſcripturæ locis intelligendis maximum in modum confert.Sic enim quod Luc.2 ſcriptum eſt,Ieſus autẽ quotidie proficiebat ætate & ſapientia apud deum & homines.de ſapientia experimentali intelligitur.Et cõtrà id quod nec Chriſtus expertus eſt,neſcire dicitur,2 Corint.5,Eum qui non nouerat peccatum,id eſt, G peccatum expertus non fuerat,pro nobis fecit peccatum,& pœnam peccatis debitam ſufferre voluit.Et ita locum illum Matth.24,De die autem illa & hora nemo ſcit , neque angeli dei , neque filius hominis: Origenes homil.30 in Matthæum,de notitia experimentali interpretatur,Nondum enim dies ille innotuit.Tametſi haud neſcius ſim, quempiam modernũ circa loci illius interpretationem lapſum fuiſſe,qui ad Chriſti humanitatem hoc retulit,quam extremus dies ille,inquit,latebat.At parum attendit ille Paulum ad Coloſ.2,dicentem,In ipſo Chriſto ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi.Et cap.1, Omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt,& ipſe eſt ante omnes,& omnia in ipſo conſtant. Quòd autem de Chriſto homine eo loco loquatur,id quod paulopoſt adiecit,manifeſtat,Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare diuinitatis,& per eum reconciliare omnia,pacificans per ſanguinem crucis eius,ſiue quæ in cœlis ſiue quæ in terris ſunt.Quæ vtique Chriſto ſecũdum carnem competere perſpicuũ eſt,Iohannis quoque primo poſt ſentẽtiam illam,Verbum caro factum eſt,ſubiungitur,Vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti à patre plenum gratiæ & veritatis.Quem errorem Hieronymus Arrio & Eunomio Matth.24 aſcribit,dicens,Gaudet Arrius & Eunomius,quaſi ignorantia magiſtri gloria diſcipulorũ ſit. dicunt,Non poteſt æqualis eſſe qui nouit & qui ignorat.Cõtra quos Hieronymus eo loco pugnat.Quæ tametſi diuinitati Chriſti conferant,nonnihil tamen humanitati afferre videntur:illud pręſertim quo ait, H Hoc quoq; dicendũ eſt, Quid eſt maius notitia patris an iudicii?Si maius nouit,quomodo ignorat quod minus eſt?& paulo poſt,Si nouiſſimum diem temporum ignorat,ignorat & penultimum , & retrorſum omnes;non enim poteſt fieri vt qui primum ignorat,ſciat quid ſecundum ſit.Rectius itaque locũ illum Origenes interpretatus eſt,tametſi non clam me ſit Hieronymũ loco adducto , & Auguſtinum pſal.36, & lib.83 quæſtionum,quæſt.59,aliter,religioſe tamen,explicare.

De obedientia Chriſti.

Neſcire Chriſti.

Et conſummatus factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ, appellatus a deo pontifex iuxta ordinem Melchiſedech.

❡Chriſtum etiam poſt conſeſſum illum ad patris dexteram noſtri ob gratiam,prudenti prouidentia ac moderatione,cuncta quæ nobis obuentura ſunt bona,effecturum repromittit.Conſummatus namque & in gloriam aſſumptus,factus eſt omnibus cauſa ſalutis æternæ:id eſt,non modo ipſe ſaluus factus eſt, quin ſalutem æternã cæteris contulit.1 ad Timot.1,Fidelis ſermo,& omni acceptione dignus,quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum,ſaluos facere peccatores,quorum primus ego ſum.Sed quibus id con-

A tulit? Nimirum obtemperantibus sibi. Matth. 19, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et quoniam pro
grege sibi credito mortem non dubitauit occumbere, appellatus est à deo pontifex secundum ordinem
Melchisedech, vt prædiximus. Cur item in morẽ Melchisedech põtifex dictus sit, idcirco est, inquit Theo
phylactus, quòd quemadmodum non fuit ille olei liquore ab homine delibutus, vt sacerdotes veteris le-
gis: sic nec Christus quidem, sed à deo consubstantiali ipsi, spiritu perfusus est, quia in ipso complacuit o-
mnem plenitudinem diuinitatis inhabitare.

**De quo nobis grandis sermo & ininterpretabilis ad dicẽdum, quoniã im-
becilles facti estis ad audiendum.** ¶Ob dicendorum profunditatem eos attentos reddit,
simul & sermone obiurgatorio ob eorum segniciem ingeniiq; tarditatem incessit, qui non tã multa & hu-
milia de Christo tam diu loqueretur, sed altiora dissereret, nisi essent ingenio imbecilli & obtuso, cum ta-
men fidei secretiora iampridem agnouisse debuissent, dicens, [D E quo] id est super qua re, ꝙ videlicet
sacerdos sit Christus secundum ordinem Melchisedech, & non Aaron, Nobis grandis sermo est profun-
dus & subtilis, & ininterpretabilis ad dicendũ: qui difficulter interpretetur. Idcirco arrectis auribus & at-
tentiores estote. Quæ difficultas enarrandi teste Hiero. Oseę 2, ex tribus proficiscitur, aut rerũ difficulta-
B te, aut discentis nimia tarditate, aut magistri imperitia. Quod nouissimũ hic non incidit, cũ Paulus 2 Co-
rinth. 12 dicat se raptum fuisse vsque ad tertium cælum, & vidisse arcana, quæ non licet homini loqui.
Superest igitur partim ob rei disserẽdæ altitudinẽ, id obuenisse. Sermo quippe, vt ait glo. de incarnato ver
bo, super quo impræsentiarũ quæstio versatur, subobscurus est & q̃ inuolutus. Hinc Hiero. locũ illũ Isaię
53, Generationẽ eius quis enarrabit? etiam de partu virgineo & verbi incarnatione exponit. Quod enim
de diuinitate eius accipiendum est, inquit, ꝙ impossibile sit diuinæ natiuitatis nosse mysteria: aut de partu
virginis, quòd difficulter possit exponi, vt vel ab angelo, vel euangelista tantũ, natiuitatis huius sacramen
ta dicantur. cuius narrator rarissimus est, iuxta illud Oseę 14, Quis sapiens & intelliget hæc? Adde huc
August. qui lib 7 Cõfes. cap. 9 ait, Euangeliũ Iohannis Platonem acceptasse, in quo de diuina generatio-
ne pertractatur: ad id autem quod dictum est, Verbũ caro factum est, nequaq̃ pertingere potuit. Nil est
igitur quòd mireris, si hunc sermonẽ grandem & ininterpretabilẽ Paulus dixerit. At forsan dices, Si inin-
terpretabilis censetur, quomodo interpretari contendit Paulus? Quòd si rursum idipsum interpretatur,
quomodo ininterpretabilis? Dico post beatũ Hiero. ad Ephe. 3, locum illum enarrantem, Mihi sanctorum
omnium minimo data est hæc gratia in gentibus euangelizare inuestigabiles Christi diuitias: ꝙ Christi
mysteria inuestigabilia & ininterpretabilia dicuntur, quia quæ natura sua homini inuestigabilia erant, hęc
deo reuelante cognita sunt. Aliud est enim ad secretum aliquod propria diligentia peruenire, quod postq̃
inuentum fuerit, desinit esse ininterpretabile & inuestigabile. Aliud propria diligentia, illud nequaq̃ posse
C comprehendere, sed per gratiam dei agnoscere, quod cum scieris, cæterisque ostenderis, nihilominus inue
stigabile & ininterpretabile perseuerat, dũ tibi quantũ est, fuit antequam ostenderetur occultũ. Nemo ta-
men interim moueatur, si Hiero. vtrunque diuinæ generationis videlicet, & verbi incarnati sacramentum
ininterpretabile affirmet, cũ Matth. 1 dicat, Non putemos euangelistã Matthęũ prophetæ Isaiæ esse con-
trariũ, vt quod ille impossibile dicit affatu, hic narrare incipiat: quia ibi de generatione diuinitatis, hic de
incarnatione est dictum. Quasi velit prius sacramentum ineffabile, nõ autẽ posterius. Quippe Matthęus
genealogiam saluatoris docet, texendo eorũ ordinem, è quibus descendit Christus secundũ carnem: Non
autem ostendit quomodo verbum caro factum sit, nostramque naturam sibi vnierit. Idcirco Hiero. adie-
cit, A carnalibus enim cœpit, vt per hominem deũ discere incipias. Secundo, hęc difficultas partim eorum
ignauia & socordia, quos conueniebat oriebatur. Idcirco hunc in modũ sermonem suum cõnectit, Sermo
ininterpretabilis ad dicendũ: quia imbecilles facti estis ad audiendum, seu ad intelligendum Christi secre
tiora mysteria, reconditissimaq; sacramenta. Et idcirco mirandum non est si hæc initio illis non reserauit
Christi exemplo. qui Iohan. 16 discipulis dicebat, Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare mo
do. Alii autem vt testificatur glos. ordi. ita legunt: De quo nobis grandis sermo & interpretabilis ad di-
cendum: hoc est, vigilanti interpretatione indigens, vt vos sacramentũ Christi edoceam, qui imbecilles fa
cti estis ad audiendum. Quo enim tardiores erant & rudiores, eo rei huius maius studium erat insumen-
dum. Consului autem antiquissima exemplaria, quæ penes diui Victoris bibliothecam extant: quorum
D nonnulla priorem lecturam amplexantur: aliis autẽ posterior probatur. Idcirco vtranque lecturam pro-
be habere coniicio, velut glosa hoc loco docet.

**Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus, rursum indigetis
vt vos doceamini quæ sunt elementa exordii sermonum dei.** ¶Quod autem
tanti mysteris nescii fuerint, id eorum ignauiæ & desidiæ ascribendum Apostolus docet, laudibus eorum
vituperium interserens. [E T E N I M cum deberetis] ait, [M A G I S T R I esse] instructi & exercitati
super Christi doctrina, & aliorum instructores esse, [P R O P T E R tempus] quo vobis id annunciatum
est: legem enim habetis & prophetas, quibus hæc vobis compertiora sunt, Luc. 16, Moysen habent & pro
phetas, illos audiant: [R V R S V S tamen indigetis, vt doceamini quæ sunt elemẽta exordii sermonũ dei.]
id est prima fidei rudimẽta, ac si lex ad vos nusquã peruenisset. ¶Qui textus contra eos pugnat, qui vo-
lunt Iudæos non potuisse agnoscere Christũ verum deum & hominẽ esse. Quid enim Paulus ab eis my-
sterii huius tam exactam rationẽ exigeret, vt eos aliorũ eruditores velut hac doctrina spectabiliores esse
vellit, si prophetarũ oraculis tantũ sacramentũ illis non innotuit? Recte igitur Chryso. hoc loco ait, Ostẽ-
dit ante multũ tempus eos in Christũ credidisse. August. similiter rectius quàm Burgensis qui Matth. 21
huic rei plus æquo immoratur, ait, Iudæis ex lege Christum deum & dei filium esse innotuit. proferens

Iudæi an cognouerint Christũ verũ deũ & hominẽ esse.

quod Isaiæ 7 habetur, Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius emanuel, quod in- E
terpretatur nobiscum deus. Et Isaiæ 9, Paruulus natus est nobis, & vocabitur nomeo eius admirabilis, con
siliarius, deus fortis, pater futuri seculi. Et Baruc 3, Hic est deus noster, & non ęstimabitur alius absque il-
lo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus. quod non nisi Christo vero deo & homini
cōpetere potest. Multis aliis item scripturæ testimoniis idē testatur August. lib. contra paganos & hæreti-
cos, cap. 11. & lib. vnico de gratia & libero arbitrio, cap. 2, proferens quod Iohannis 15 habetur, Si nō ve-
nissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent: nūc autem excusationem non habent de pec-
cato suo. De quo peccato dicit? nisi de illo magno, quod præsciebat eorum futurum, quando ista dicebat,
id est, quo eum fuerant occisuri. neque enim vllum peccatum habebant antequam Christus venisset ad
eos. Ad idem Hieronymus Matth. 2, Deferūtur autem Magi stellę indicio in Iudæam, vt sacerdotes à ma
gis interrogati vbi Christus nasceretur, inexcusabiles forent de Christi aduentu. Theophylactus quoque
locum illum interpretatus 1 ad Timot. 1, Qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus: sed
misericordiam dei consecutus sum, quia ignorans feci. Quæret aliquis, Cur ergo non sunt & Iudæi cæte-
ri omnes veniam consecuti? Quia non nescii, sed scientes & vltro commiserunt. Edidit quippe Christus
quæ se deum esse arguerent signa. Constat ergo non per ignorantiam hos deliquisse. quāquam scripturę
testimonia, quæ Christi diuinitatem indicant, Burgensis eludere adnitatur, dicens Iudæos ea velut parabo
lice & metaphorice dicta interpretari: non autem secūdum genuinam & germanā eorum significatoriam,
vt pleraque in scriptura huiusmodi sunt secundum translationem intellecta, vt est illud Exodi 3, Descen- F
dam & videbo. & 15, Misisti iram tuam quæ deuorauit eos. & Isaię 9, In ira domini exercituum commo
ta est terra. Non quod iræ deus capax sit, sed quòd vindictam eius peccatores experiantur. Veruntamen licet
teste Hieronymo Isaiæ 54, Iudæi in locis difficillimis liberæ disputationis excursu, nascētes fugiant quę-
stiones: & vt idē ait Isaię 2, Prophetas de Christo loquentes semper in deteriorē partem interpretati sint,
ne Christū laudare viderētur, imo nihili pendere, multas nenias & ineptias cōfingentes, quas cōniuentibus
oculis pertranseo: isti tamen sententiæ nemo nō reclamabit, si consideret eo & Iudæos scripturā adegisse,
vt pręter summam eruditionem virum optimum, veracem, & cui fides præstanda sit, Christum faterен-
tur, illius præsertim scripturæ testimonio compulsi, Prophetam suscitabit illis dominus de fratribus tuis,
ipsum audies, Deuter. 18. Sed Christus se deum & dei filium aperte dixit, Iohannis 8, Est pater meus qui
glorificat me, quē vos dicitis, quia pater noster est, & nō cognouistis eum. Quòd autē Iudæi Christū dei
filium naturalem vere intellexerint, eorum quæ subsequitur respōsione cōprobatur, De bono opere aie-
bant, non lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu cum homo sis, teipsum deū facis. Quid ergo superest
eum Christum præterquam veracem se deum dixisse fateantur, nisi vt dicamus ipsos eundem deū agno-
uisse? Non inficior tamen inuidia, liuore, & odio ignorantiæ tenebris eorum intellectū obductum fuisse, vt
Christum deum non agnoscerent Iohan. 12. Propterea non poterant credere, quia vt dicit Isaias, Excęca-
uit oculos eorum, & indurauit cor eorū, vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur
& sanem eos. Vbi glos. Deserit eos qui cū possent videre noluerūt, & cum possent cogitare & intelligere
noluerunt. Ad idē Chrysost. homil. 68 in Iohannem. Ad hæc postremo est illud Act. 3, Et nunc scio fra- G
tres, quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri: pœnitemini igitur & conuertimini, vt de-
leantur peccata vestra. Vbi Petrus plebeios quemadmodum & legisperitos alloquebatur. Qua tamen
quæso consequentia id Petrus dixisset, si ignorantia (quam inuincibilem dicunt) Iudæi laborassent, quę vt
sat superque iam docuimus, nullam prorsus pœnam demeretur. Pręterea intulit Chrysostomus ex hoc
textu, cum Paulus quoscunque alloqueretur, doctrinæ munus laicis concessum esse (intellige priuatim)
modo id honeste fiat, cum prædicationis officium sacris initiatis tantum sit demandatum, vt ait Ambro.
Ephe. 4, Et ita sancitum est. in bap. eum ex iniuncto, extra de hæreticis. & in cap. Adiicimus, 16 quæst. 1.
Ita similiter intelligendum duxi, quod in Concilio Carthaginensi 4 habetur, actione 98. Laici præsenti-
bus clericis nisi ipsis rogantibus docere non audeant, quoniam & iussi non nisi priuatim hoc ipsum exer-
ceant. non autem publice & solenniter.

Et facti estis quibus lacte opus sit nō solido cibo. omnis qui lactis est par-
ticeps, expers est sermonis iustitiæ: paruulus enim est. ¶Quod autem eorū vitio
in hanc inscitiā prolapsi sint, ostēdit, [FACTI enim estis] inquit, id est opera vestra, ad id deducti estis,
vt voluntate sitis istiusmodi redditi, quibus lacte opus sit, humili & simplici doctrina. lac enim hoc loco di
cūt Chrysost. & Theophyl. & Ambro. lib. de institutione virginis humiliorē doctrinā, & de minimis disse
rentem significat, quæ nondum plene instructis competit, dicente Hiero. in dialogo orthodoxi & lucife- H
riani. Neq; enim Centurio, inquit, aut muliercula illa, quæ duodecim annos sanguinis fluxu tabescebat, in
trinitatis sacramentū crediderāt, quæ apostolis Christi post resurrectionē manifestata sunt: vt merito fi-
des horū quæ in mysterio est, laudaretur: sed simplicitas mentis & deuota deo suo laudata est. Dicit itaq;
Paulus, Facti estis quibus solido cibo opus non sit: hoc est, eruditione quę fidei nostræ altiora & perfectio
ra penetret, & complectatur, quod & Corinthiis improperabat 1 Corint. 4, Tanquam paruulis in Chri-
sto, lac vobis potum dedi, non escam: id est solidum cibum seu doctrinam. nōdum enim poteratis eam in-
telligere, sicut nec nunc potestis carnales. Animalis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus, 1 Co-
rint. 3. Huius tamen subinde rationem affert manifestiorem, quia omnis qui lactis particeps est & indo-
ctus in morem puerorum non discernens cibos, noxiis frequentissime vescitur: talis expers est sermonum
iustitiæ dei, hoc est secundum Chrysost. & Theophyl. vel vt iustitiam intelligat, vitam scilicet optime in-
stitutam. Perinde ac diceret, qui minus perfectus est, supernæ erit philosophiæ ignarus: nec percipere po-
test vitæ christianæ sublimitatem: de qua Matthæi quinto, Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam

A scribarum & pharisæorum, nõ intrabitis in regnum cælorum. Vel iustitiam, Christum intellexit, & altum de deo sermonem: de quo 1 Corint. 1, Factus est nobis sapientia à deo, iustitia, sanctificatio & redemptio. Cur autẽ qui huiusmodi est, expers sit sermonũ iustitię probat Paulus: quia paruulus est & in fide tenellus nondum perfecte instructus, cui hoc potius officeret q̃ prodesset. teste Hiero. Ezech. 42, Paruulis enim, inquit, atq; lactãtibus non solum non prodest solidus cibus, sed interficit eos: qui perfectæ ætatis hominibus congruit. ¶ Verũ quid est ꝙ Paulus his ad quos scribebat improperet, eo deductos esse vt lacte illis opus esset? cum 1 Corint. 3 dicat, Tanquam paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non solidum cibum. Si in Christo erant, quamuis paruuli, non tamen criminis accusandi erant: nulla enim conuentio est iustitiæ cum iniquitate, 1 Corint. 6. Dico post Augustinum lib. vnico de quantitate animæ cap. 33, quòd apostolus paruulis se potum dedisse prædicauit, quod alimentũ accipere cum quis à matre nutritur, vtilissimum est: id est, dum neophytus & tenellus est in fide: Cum autem iam grãdis est, pudẽdum: Respuere cum opus est, miserendũ: Reprehendere aliquando aut odisse, sceleris est & impietatis: Tractare autem ac dispensare commode, laudis & charitatis plenissimum. Quum ergo huiuscemodi essent, qui secundum tempus doctores euasisse debuissent, illos suggillat, quibus quòd adhuc in minimis versarentur, pudendũ erat. Nec mirum cum eos qui humilitatis cuiusdam prætextu bonas literas respuunt, ad quas nihilo secius

B labore improbo, & peruigili studio pertingere potuissent, censura dignos Augu. psal. 130 iudicet. Sed rursus sunt quidam homines, ait, qui cum audierint quia humiles esse debent seipsos dimittunt: nihil discere volunt, putantes quòd si quid didicerint, superbi erunt: & remanent in solo lacte. quos reprehendit scriptura, dicens, Et facti estis opus habentes lacte non solido cibo. Sic enim deus nutrire vult nos lacte, vt non ibi remaneamus, sed crescendo per lac ad solidum cibum perueniamus. Hactenus Augu. Alioqui autem ecclesiæ vtilitati minus prospectum esset, vt idem August. psal. 7, locum illum interpretatus, Ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem, testatur: Non possum, inquit, accipere alios infantes atque lactantes quàm eos quibus ait Apostolus, Tanquam paruulis in Christo, lac vobis potum dedi. Sũt enim in ecclesiis etiam ii qui non lacte potantur, sed vescuntur cibo: sed non ex his solis perficitur ecclesia. quia si soli essent, non consuleretur generi humano. Consulitur autem cum illic nondum capaces cognitionis rerum spiritualium atque æternarum, nutriuntur fide historiæ, quæ pro salute nostra etiam suscepti hominis sacramento confirmata est, in qua salus est omni credenti, vt authoritate commotus præceptis inseruiat, quibus purgatus, & in charitate radicatus ad superiorem cognitionem transcendat.

Perfectorum autem est solidus cibus, eorum, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. ¶ Quorum autem intersit sublimem illam Christi philosophiam, & fidei nostræ secretiora pertractare, insinuat: perfectorum enim

C est, inquit, solidus cibus, quia eruditorum est sublimia dogmata & Christi complectentia diuinitatem explicare & audire. Quod autem viro integræ vitæ qui neque sui dissimilis sit in eruditione & doctrina sacras scripturas interpretari incumbat, docet Paulus 2 ad Timo. 3, Tu vero permane in his quę didicisti, & credita sunt tibi: sciens à quo didiceris, & quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem quæ est in Christo Iesu. prædica verbum, insta oportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Nec abs re. Nempe vt inquit Hiero. Eccle. 8, locum illum interpretatus, Quis ita vt sapiens, & quis nouit solutionem verbi? cum sint plurimi qui scripturarum occulta dicãtur dissoluere posse: rarus tamen est qui veram inueniat solutionem. Ad idem August. epistola 3 ad Volusianum, Quanuis, inquit, scriptura sacra omnibus accessibilis sit, paucissimis tamen est penetrabilis. Idcirco Hieronymus in epistola ad Paulinum, vitio maxime ducit quòd omnes scripturæ enodãdæ peritiam sibi pollicentur: sola enim scripturarũ ars est, quam sibi passim omnes vendicant. hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc vniuersi præsumunt, docent, antequam discant. Parum tamen attendunt ii hoc spiritussancti munere peculiari, cuique deo collibuerit competere, non quibuslibet hominibus. 1 Corint. 12, Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Aliĩ quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, aliĩ autem sermo scientiæ, secundum eundem spiritum. alteri fides in eodem spiritu, alii interpretatio sermonum. hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidẽs singulis prout vult. Quòd præterea non omnibus expediat omnia reuelari, est illud 1 Corint. 2, Sapientiã loquimur inter perfectos. Ideo non æque imperitæ multitudini & eruditis locutus est Christus, qui ad populũ

D in parabolis loquebatur, quas secreto apostolis disserebat, Matt. 13, & Luc. 8, Accedẽtes discipuli dixerũt, Quare in parabolis loqueris eis, turbis scilicet. qui respondens ait, Quia vobis datum est nosse mysteria regni cælorum, illis autem non est datum. Et Marci 4 habetur, Quod sine parabolis non loquebatur eis, seorsum autem discipulis sensus reconditissimos reserabat: quibus in fide plenius instructis dixit, Venit hora cũ iam non in prouerbiis loquar vobiscum, sed palam de patre meo annunciabo vobis. ¶ Ex quibus liquido constat eos minus recte sapere, qui scripturas sacras in vulgarem sermonem & maternum integre vertunt. Non enim omnibus omnia ex æquo conueniunt, vt multis scripturæ testimoniis nunc docuimus. nec omnes scripturæ secretioribus dignantur, quæ vulgus indoctum non penetrat. cui, vt ait Paulus, lacte opus est, non solido cibo. Idcirco, teste Hieronymo in proœmio Ezechielis, consultissime censuit antiquitas, ne quis apud Hebræos antequam ætatem sacerdotalis ministerii, id est tricesimum annum impleset, principium Geneseos, Cantica canticorum, Ezechielis exordium & finem, ob locos illos pene inexplicabiles legeret: vt ad perfectam scientiam & mysticos intellectus plenum humanæ naturæ tempus accederet. Obseruent præterea hi, quęso, & ad amussim perpendant, quomodo id quod Iudicum 9 scribitur, Ierunt ligna vt vngerent super se regem: dixeruntque oliuæ, Impera nobis. quæ respondit, Nunquid possum deserere pinguedinem meam, qua & dii vtuntur & homines, &

veniam vt inter ligna promoueat?& pleraque id genus,quæ eoloco habentur traducant.Itē id quod psal. E
68 habetur,Appone iniquitatem super iniquitatem eorū,& non intrent in iustitiam tuam,deleantur de li
bro viuentium,& cum iustis nō scribantur.quæ verba teste Hiero.Aug.& Cassiodoro,sunt Christi deum
patrem alloquentis,qui pro omnibus semetipsum obtulit.Item psalm.77,Et excitatus est tanq̃ dormiens
dominus:tanquam potans crapulatus à vino.Et sequenti psalmo,Comederunt Iacob,& locum eius deso
lauerunt.Quod similiter Ezechielis 17 dicitur,Aquila grādis,magnarū alarū,longo membrorum ductu,
plena plumis & varietate,venit ab libanum,& tulit medullam cedri.Quodque 1 ad Corinth.5 dicitur,
Expurgate vetus fermentum vt sitis noua conspersio sicut estis azymi.Et 2 Corint.5,Eum Christum qui
non nouerat peccatū,pro nobis fecit peccatum.Et Matth.5,Quod si oculus tuus scādalizat te,erue eum
& proijce abs te.Et si dextra manus scādalizat te,abscinde eam & proijce eam.Omnes insuper scripturę
parabolicas locutiones,quæ vel nō paucæ sunt,præsertim apud prophetas,eū teste Hiero.Ezech.17,Nul-
li dubium sit ęnigma & parabolā,aliud præferre in verbis,aliud tenere in sensibus.Quòd si alia incidant
verba & quidem de triuio sumpta,sensus alienus accedet.Adde huc ꝙ quemadmodum Hebræorum ser-
mo latior est & lingua felicior quàm Græcorum,& Græcorum quàm Latinorū,Hieronymi testimonio
Isaiæ 40,& Ephe.1:Ita & Latinorum angustior est,& fœcundior quàm vulgarium.Huic tamen nostræ
assertioni magnopere officere videtur,quod Paula & Eustochium,ad quas plures Hieronymi extant epi-
stolæ,linguæ latinæ peritiam sibi vendicabāt.imo vt testis est Hiero.in Epitaphio Paulæ, adeo docilis in- F
genii erant,vt linguam hebræam didicerint & consecutæ sint,vt psalmos hebraice canerent,& sermonem
hebræum absque vlla linguę latinæ proprietate personarent.Sunt & complures aliæ quæ parem vitæ ca-
stimoniam cum linguæ latinæ nitore ac venustate copularunt.Gerōtia videlicet Læta,& reliquæ ad quas
Hieronymus lanne scripsit.Sed perinde est mulieri ac sexui illi infirmo scripturam sacram sermone lati-
no,si linguam latinam calleant,aut materno,illis ignaris credere.Parum itaque aut nihil infirmis huiusce-
modi versio obesse videtur.❡Huic obiectioni ratione,quam nouissime prętulimus,plene satisfactū iri vi-
detur ꝙ sermo latinus multo fertilior & ditior sit vulgari nostro.Præterea Paula & Eustochiū ab ineunte
ætate scripturarum intelligentiā multo labore didicerant.Minimū est igitur quod miremur,si de scriptu-
ris aliquoties cum his contulerit Hieronymus.A quarum altera ipsi Hieronymo quæstio non modica ali
quando delata est:quam cū audisset,quasi à fortissimo pugile percussus,cœpit tacitus ęstimare,& stupo-
rē mētis vultus pallore significare:induciasque diei vnius poposcit,vt illā dilueret.Hæc Hiero.testatur in
procœmio libri 16 commentariorū in Isaiam.❡At rursum obiicies quod dominus omni creaturæ euange
lium prædicandū præcepit,Marci vltimo,Quod si omni creaturæ promulgandū verbo est euangelium,
quare nō etiam omnibus ea scriptura tradi potest,quod ab omnibus intelligi possit?Dico in primis ꝙ nec
verbo nec scripto infidelibus quibus scriptura nihil prodesset,aut reliquis in malitia sua obfirmatis scri-
pturam reuelandā voluit,ne illis contēptui & ludibrio foret.Matth.7,Nolite sanctum dare canibus , neq;
mittatis margaritas ante porcos.Et ad hoc textū illum inducit Hiero.Naum 3,Ideo dicimus,inquit,scri- G
pturam sacram his difficultatibus contextā esse,& maxime prophetas qui ęnigmatibus pleni sunt,vt diffi
cultatem sensuum difficultas quoque sermonis inuoluat:vt non facile pateat sanctum canibus & marga-
ritæ porcis & prophanis.Iudęis quoque post eorum obfirmationē dictum est,Vobis oportebat loqui pri-
mū regnum dei,sed quia vos indignos reddidistis,ecce conuertimur ad gentes.Dico præterea ꝙ reliquis
qui dociles sunt scriptura proponenda est:dissimili tamē ritu perfectis & insipientibus.Non ergo integer
scripturę contextus iuxta Paulum hoc loco,& 1 Corint.3,quibusuis hominibus proponendus est.Hinc
Origenes homil.5 in Leuiticum hanc literam interpretatus, inquit,Solidus cibus eorū est qui pro cōsue-
tudine exercitatos habent sensus,id est qui addicti sunt iugi studio,& lectioni scripturarum : ita vt multo
exercitio & longa experientia facile diiudicare possint,quid malū & quid bonū,quid verum & quid fal-
sum.Non enim,dicunt Chrysost.& Theophyl.quæstio hic est de communi vita,vt est boni & mali discre
tio,hoc enim cuiuis homini natura insitum est,Rom.1.sed de dogmatibus sanis & corruptis,hæresi infe-
ctis,de humilibus & excelsis,quæ discernere nisi multo tempore exercitato conuenit.Ad hæc Origenes
Rom.9,Nos ergo si aliquid secreti dei & reconditi desideramus agnoscere, si desideriorū & nō conten-
tionū viri sumus,occultius in diuinis literis incerta dei iudicia fideliter & humiliter requiramus . Idcirco
dixit dominus,Scrutamini scripturas in quibus putatis vitā habere,Ioh.5.Sciens hæc nō ab his qui in aliis
negotiis occupati transitorie vel legunt vel audiūt:sed ab his qui recto & simplici corde iugi labore con-
tinuisque vigiliis altius diuinas scripturas inspiciunt putantur reserari.Ex quibus me non esse,inquit, hu-
milia de semetipso sentiens,bene noui.Hactenus Origenes.His accedit Hiero.Eccl.cap.1,locū illum ex- D
plicans,Omnes sermones graues, & nō poterit vir loqui:Nō solum de physicis,ait,sed de ethicis scire dif
ficile est:nec sermo valet explicare causas naturasque rerum.nec oculus, vt rei poscit dignitas,intueri:nec
auris instituente doctore ad summam scientiam peruenire.Simul & hoc notandum,ꝙ omnia verba gra-
uia sint, & magno labore discantur:contra eos qui putāt ociosis sibi & vota faciētibus venire notitiā scri-
pturarū.Non igitur omnia scripturæ omnibus patent,nec facile quibuslibet hominibus propalanda sunt.

EXPOSITIO CAP. VI.

QVapropter intermittentes inchoationis Christi sermonē,ad perfe-
ctiora feramur. ❡Vbi Paulus Hebræos velut quadā torpedine resolutos culpauit,
semper volentes eadē ipsa audire,& in humili doctrina versari,& nō ad perfectiora sese ex-
tendere sequenti cap.illis intermissis dissererere contendit ea quæ fidei nostrę perfectiora sunt,
dicēs. [QVAPROPTER] Quia haud quaq̃ necesse est,inquit Theophyl.vt circa initia ipsa semper ver
semini, id est de fide semper instruamini,tanq̃ ad eū nuper inducti:sed ad perfectionis fastigiū perduca-

A mini,& ad optimũ viuendi ritum. Vel,quapropter,quia teste glo. vt prælibatũ est,perfectorũ est solidus cibus,quorũ albo ascribẽdi estis. [INTERMITTENTES inchoationis sermonẽ,]id est fidei primordia: quibus rudes sunt catechizandi seu instruẽdi,vt est fidei symbolũ & dominica oratio, vt ait glos. Ea enim huiuscemodi sunt,vt illis ipsis Christi participes efficiamur, Ephe.3, Etenim credẽtes habitare Christũ per fidẽ in cordibus nostris,ad perfectiora fidei feramur:id est altioribus sacramẽtis accuratius intẽdamus:vos beneuole audiendo,nos autem syncerius docendo. Potest autẽ hic locus non modo de his quæ fide tenẽda sunt,sed & de agendis intelligi:quemadmodum est illud ad Phil.3, Sequor autẽ si quomodo comprehendã vt comprehensus sum,id est si Christum sicuti est futura vita agnoscam. Vel aliter iuxta glo. post Aug. Sequor non corporis passibus,sed mẽtis affectu,& vitę moribus, vt possim esse iustitiæ possessor,de die in diem proficiẽs. Quandiu enim hic agitur,perfectionis vitæ studiis semper insistendũ est. Ideo Aug. lib. de verbis apostoli sermone 15 ait, Si aũt dixisti,sufficit,& periisti:semper adde,semper ambula,semper profice,remanet qui non proficit. Hinc existimo Paulum eo loco adiecisse, Fratres ego me non arbitror comprehendisse.& rursum, Nõ quod iam acceperim aut iam perfectus sim. ¶ Contra hunc textũ quispiam, qui tamen apud omnes bene audit,hunc in modũ insurgit. Consiliis euangelicis,quibus totius vitæ Christianæ summam nobis cõparamus,nemo astringitur,quæ tamẽ saluberrima sunt. Quid igitur præcipit Paulus vt ad perfectiora feramur? Respondet ille,quandã exteriorẽ perfectionẽ esse actibus exterioribus comprobatã,quæ honestis animi affectibus argumento sit. Huic autẽ nisi voto nullus habetur obnoxius,
B cuiusmodi sunt virginitas,volũtaria paupertas: Interior autẽ perfectio quę dei & proximi dilectioni innititur,de qua ad Col.3, Charitatẽ habentes quę est vinculũ perfectionis,nos minime tenet obstrictos,quibus præceptũ est omni studio ad eã tendere. Salua tamẽ tãti viri reuerẽtia dixero, Prior perfectio à posteriora non eõ distat,quòd illa actibus exterioribus intendat,non autẽ ista. De dilectione quippe dei scriptũ est Rom.10, Corde creditur ad iustitiã,oris autẽ confessio fit ad salutẽ. ad Gal.5, Nam in Christo Iesu neque circuncisio neque pręputiũ aliquid valet,sed fides quę per charitatẽ operatur. De dilectione autẽ proximi 1 Iohan.3, Si quis viderit fratrẽ suum necessitatem habere,& clauserit viscera sua ab eo,quomodo remanet charitas dei in illo? Rectius itaque Hiero. Mat.15 censuit,affirmans dilectionem quam filii parentibus impartiũtur,non tantũ in salutationibus & officiis deferendis,quantũ in elemosynis ac munerũ oblatione sentiri. Illius igitur non accedo sentẽtiæ,at perfectioni intendendũ esse contendo,quatenus à deo nobis pręceptũ est. Præceptũ est autem vnicuique,quòd,prout vires suppetunt,ad eã tendamus. Consilia autẽ euangelica quamquam deo plurimũ probẽtur,cum tamẽ eorũ obseruatio nullos nisi propria pollicitatione deuinciat, minime præcipit Paulus obseruari. ¶ Nõ autẽ me præterit nõnullos multo aliter atque nos sentire, quorum à nostra nimiũ dissidet opinio: Nulla euangelii consilia fore percensentes, sed quicquid euangelium cõplectitur præceptum esse. Quod quidã recentior à suis auditoribus confictum asseuerans,cõsilia tamen infra euangeliũ esse voluit. Veruntamen neutrũ probandũ est. vt Matth.19 constat,vbi dominus supputatis mandatis quæ ad vitam æternam consequendã sat erant:demũ quod perfectionis est intulit, Si vis per-
C fectus esse,vade,vende quæ habes,& da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo,& veni sequere me. Præter mandata ad vitã necessaria,id quod consiliũ est,seu supererogationis expressit. Ad idem Marc.10 vbi eadem texitur historia,idque apertius edocetur, procũbens enim quidam genu flexo ante dominum rogabat eum dicens, Magister bone quid faciã vt vitam æternã percipiã? Iesus autẽ dixit ei, Quid me dicis bonum? nemo bonus nisi solus deus. Pręcepta nosti,ne adultereris,ne occidas,ne fureris,ne falsum testimoniũ dixeris &c. At ille respondẽs ait, Magister hæc omnia seruaui à iuuentute mea. Iesus aũt intuitus est & dilexit eum. Sed quis à deo dilectus,nisi qui dei mandata exequitur? Ioh.15, Si pręcepta mea seruaueritis,manebitis in dilectione mea:sicut & ego præcepta patris mei seruaui,& maneo in eius dilectione. Hic tamẽ id quod reliquũ est, Vade,videlicet,quęcunque habes vende & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo,non adimpleuit. hoc quippe verbo contristatus abiit mœrens,vt ibidẽ dicitur. Est pręterea id quod 1 Corinth.7 scribitur, De virginibus autẽ præceptum domini non habeo, consiliũ autẽ do tanquam misericordiam consecutus. Et rursus eodẽ cap. Igitur qui matrimonio iungit virginẽ,bene facit:& qui non iungit, melius facit. Et paulo post, Quòd si dormierit vir eius, liberata est à lege viri. Cui autem vult nubat,tantũ in domino: beatior autẽ erit si sic permãserit secundũ meũ consilium. Opus itaque consiliorum non infra euangeliũ est,quod euangeliũ velut perfectissimũ cõplectitur. ¶ Pręterea quod non omnia euãgelio contẽta pręcepta sint,super ea quę protulimus,est id Matth.5. Si quis te percusserit in dexterã maxillam,prębe ei & aliã. Quis tamẽ Christũ violati pręcepti incusabit,quod inique percussus alterã maxillã non
D obtulit? Ioh.18, Si male locutus sum,testimoniũ perhibe de malo:si autem bene,quid me cędis? Qui de semetipso dixit, Non veni legẽ soluere,sed adimplere, Mat.5. Est etiã id quod Rom.12 habetur, Nõ vos defendentes charissimi. Quis tamẽ vitio ducet quod Paulus propter iustitiã in vincula coniectus suis persecutoribus nõ cesserit,sed in faciem restitit,dicens, Cęsos nos publice,indẽnatos,homines Romanos miserunt in carcerẽ,& nunc occulte nos eiiciunt:non ita erit,sed veniant & ipsi nos eiiciãt. timueruntque audito quod essent Romani,& venientes deprecati sunt eos,& educẽtes rogabant vt egrederẽtur de vrbe. Act.16. Idẽ denique Paulus verus Christi imitator 1 Cor.4, Imitatores mei estote,sicut & ego Christi:vbi iussus esset à Tribuno induci in castra,& flagellis cędi:cũ astrinxisset eum loris,vt Act.22 habetur,dicit astanti sibi Centurioni Paulus, Si hominem Romanũ & indemnatũ licet vobis flagellare? quo illatam sibi iniuriam propulsaret. Et cap. sequenti,vbi princeps sacerdotum Ananias astantibus præcepisset os eius percutere,dixit ad eum Paulus, Percutiet te deus paries dealbate, & tu sedens iudicas me secundum legem & contra legem iubes me percuti? Appositius itaque locum illum, Non vos defendentes, Romanorũ 12. Ambrosius interpretatus,inquit, Supergredi enim videtur, cum quod licet non facit,cælestis iustitiæ imitator:non solum quod innocentis est obseruans,sed quod est viri perfecti. Origenes similiter eo loco in-

iuriæ illatæ damnum persequi, minime interdictum esse asseuerat. Ad idem Hieronymus eundem locum E pertractans in Apologia aduersus Ruffinum, Qui enim seipsum vindicat, ait, vltionem domini non meretur, modo procul absint liuor & odium. Pene Basilium magnum omiseram, qui tractatu, cui exbortatio ad baptismum titulus inscribitur, Christi consiliorum meminit. Hęc autem idcirco dixerim, quatenus cōcilia sacra ab omni erroris suspitione vindicarem. Quæ Christi consilia, non vno sed multis scripturarum testimoniis fulcita, concilia comprobant. Habes in primis concilium Toletanum tertium actione 50, qua statutum est, Vt viduæ quibus placuerit teneant castitatem, nulla autem nuptias intrare cogatur. quòd si priusquam profiteantur continentiam, nubere elegerint, illis nubant quibus voluerint. Hæc ibidem. Eorum igitur arbitrio vt nubant relictum est, voto nondum emisso: post vero præstitum resilire, interdicitur, 1 ad Timotheum 5, Viduæ autē cum luxuriatę fuerint, nubere volunt in Christo: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. In Concilio quoque Toletano quarto, actione 48 scribitur, Monachum aut paterna deuotio aut propria professio faciat: quicquid horum fuerit, alligatus tenebit. Et actione sequenti, Clerici qui monachorum propositum appetunt quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab episcopo in monasteriis largiri oportet ingressus. Si liber ingressus, non igitur inuite aut coactæ: sed sponte & vltro, nullius etiam præcepti vinculo astricti, tam sanctum institutum arripiunt.

Non rursus iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis & fidei ad deum. ❡Quæ sint fidei nostræ initiā & exordia, quæ etiam humiliora dogmata, quorum interpretationi supersedendum erat, explicat. Non rursus, ait, iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, id est ne deinceps indigeamini edoceri super pœnitētiæ sacramento quo peccata repurgā- F

Opera mortua.

rur, quæ per opera mortua hic exprimuntur, teste Hieronymo Isaiæ 29. qui hoc Pauli testimoniū citans inquit, Legimus in epistola quæ ad Hebræos scribitur, non rursum iacientes &c. Si autem peccata appellantur opera mortua, quare non econtrario virtutes opera viua? Cui expositioni id quod infra cap. 51 habetur, suffragatur, Sanguis Christi, qui semetipsum obtulit, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis. Ex quibus liquido constat, quomodo id quod 1 Corint. 15 habetur, Alioqui quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? vt quid & baptizantur pro illis? licet à nonnullis subobscurum iudicetur, accipiēdum sit. Quid enim, inquit, & laborē hunc insumūt qui baptizantur pro mortuis, peccatis supple delendis, si mortui non resurgunt. Quod Marcionistæ nō intelligentes, ridiculosa quædam, teste Theophyl. eo loco, confingunt. Apud quos, si quis sine baptismo decesserit, feretro viuus homo submissus demortui loco baptizatur. Cuius rei Paulū ibidē meminisse vult Ambrosius, hoc nimirū exēplo non factū eorū probans, ait, sed fixam resurrectionis fidem ostendens. ❡At quid Paulus ait, Non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ, cum fidem cuicunque virtuti præferat? Credere enim, inquit, infra cap. 11, oportet accedētem ad deum, quia est, & ꝙ inquirentibus se remunerator sit. Quam eiusdem capitis initio, totius spiritalis structuræ fundamentum appellat. Fides quippe substantia est rerum sperandarum. Hac suasione coniicio Chrysostomum adductum, vt homil. 9 in hanc epistolam dicat, fundamētum nedum ad pœnitentiam, sed omnia quæ hic à Paulo narrantur pertinere: sine quibus credentium fides facile corruit, vt diruto fundamento ædificium. Sicut enim, inquit, eum qui ad doctrinam literarū inducitur, elementa oportet primum audire: Sic & Christianum hæc quæ sequuntur scire integre, & nihil dubitare. Si autem opus habuerit horum doctrina, necdum fundamentum habet firmum: fixum enim esse oportet, & stare, & non nutabundum. Hactenus Chrysostomus. Ad idem Augustinus lib. vnico, de fide & operibus, cap. 11, hanc litteram edisserens. Hæc igitur omnia, ait, quæ breui perstrinxit Paulus sententia, pertinere ad initia Neophytorum satis aperte scriptura testatur. Veruntamē cum glos. hunc retexuerit ordinem, vt qui quosdam ad fidem adduxerit, primum ad pœnitentiam inducat, dehinc deum credere, subinde baptizari: sentirem, fide charitati connexa (quam formatam dicunt) pœnitentiam priorem fore. Hinc Act. 3 dicitur, Pœnitemini & conuertimini ad deum, vt deleātur peccata vestra. At fides, quam informem appellant, pœnitentiæ præfertur. Cui interpretationi Theophylactus iuxta literæ contextum accedit. Constat enim, inquit, qui ad fidem Christi accesserit, prioris tam dogmatis quàm vitæ pœnitudine concessisse. Nam si pręteritorum quempiam nihil pœniteat, quo pacto præsentia aggredietur? & ideo fide adiecit ad deum. Nam mortuis renunciantem operibus, mox fides inuadit, formata scilicet, qua ad deum accedentes illi adhęremus, Roma. 5, Iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum, per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam in qua stamus. Et Ephe. 3, In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius. H

Baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, & iudicii æterni: & hoc faciemus si quidem permiserit deus.

❡Postmodū quia non sufficiebat teste Chrysost. pœnitētia eos mundos ostendere, propter hoc confestim baptizabātur: ideo intulit, Non rursum iacientes fundamēta doctrinę baptismatū, id est, non sit vobis opus super baptismatum doctrina edoceri. Cur autem plurali numero vsus sit, cum Ephe. 4 dicat, Vnus deus, vna fides, vnum baptisma? Communis sententia & glosæ est, quòd quemadmodum lauacro aquæ, ita & sanguine ob Christi causam fuso, & flaminis baptismo seu spiritussancti gratia peccata delentur: quorum primum, modo facultas adsit, omnium saluti necessarium est. Iohannis 3, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum. Idcirco vnicum à Paulo baptisma describitur.

Baptismata varia.

Vel vt inquit Ambrosius lib. 2 de sacramentis, cap. primo, Multa sunt genera baptismatum: sed vnum baptisma clamat Apostolus. Quare sunt baptismata gentium, sed nō sunt baptismata: lauacra sunt, baptismata esse non possunt. Caro lauatur, non culpa diluitur. Erant autem baptismata Iudæorum alia

A superflua, alia in figura:& figura ipsa nobis proficit, quia veritaris est nuncia. Has baptismatũ differen-
tias, & quàm plures alias docte pertractat Damascen. lib. 4, cap. 10, octuplicia baptismata designans.
Chrysostomus homil. 5 in Matthæum opere imperfecto, quinmplicia. Tria tamẽ, quorum hic meminit
glo. vsu receptinra esse scripsit Hieronym. Rom. 6, Quorũ primũ Iohã. 3 comprobatur. Secundũ, quod
& ignis baptisma dicitur, Act. 1, Iohannes quidẽ baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu san-
cto, non post multos hos dies. Postremom vero quod & sanguinis nuncupatur, Luc. 12, Baptismo habeo
baptizari, & coarctor donec perficiam illud. Præter dictas baptismatum species, aliam recensuit Hiero-
nymus in epistola ad Paulam super obitu Blesillę, propositum videlicet monasticum: Nunc vero, ait, cũ
proposito Christo ante quatuor ferme menses secundo quodammodo propositi se baptismo lauerit: &
ita deinceps vixerit, vt calcaro mundo semper monasterium cogitarit. Est & alia Chrysost. & Theophy
lacti expositio, & multo quidem subtilior, vt his verbis hos persuasos velit Paulus, non plura, sed vnum
baptisma fore. Et idcirco noo iterũ baptizandi erant, sed in primo baptismate permanẽdum erat. Adie-
cit præterea Chrysostomos, quod cooniuentibus nculis pertransẽudũ non est. Non enim sufficiebat, in-
quit, eos pœnitentia mundos ostendere, propter hoc confestim baptizabantur: vt quod impossibile illis
erat operari per se pœnitentiã agendo, hoc per dei gratiam in baptismate fieret. neque ergo pœnitentia
B sufficit ad emundationem, sed opus est baptisma suscipere. Qua seotentia aperte docemur, nõ quacun-
que attritione deleri peccatum, cui sacramento nõnounquam opus est. Ad idem Theophylactus, Nam
cum pœnitentia hæc sola per se nequeat nos penitus emundare, & baptismo abluimur, vt omne in nos
collatum munus Christi gratiæ ascribamus. Sequitur, Non rursus iacientes fundamentũ impositionis
manuum, id est super confirmationis sacramento denoo instrui nemini vestrum opus sit: quia oisi quis
credat, ait glos. quod per manus impositionem detur spiritussanctus ad remissionem, venialiom scilicet,
& virtutem ampliurem nanciscendum, fundatus non est. ¶ Quod autẽ spiritussanctus hoc sacramento
detur, Act. 8 habetur, Tunc imponebant manus super illos, Petrus videlicet & Iohannes, & accipiebant
spiritum sanctum. Quo textu compertum est, hoc ipsum confirmationis sacramentum ab episcopo con-
ferri. Et velut eo loco colligit, Missi quidem sunt Petrus & Iohannes, vt id gratiæ fidei christianæ ini-
tiatis conferrent. Philippus autem quòd diaconi officio tantum fungeretur, licet eius studio & labore ad
Christi fidem acciti essent, nequaquam tamen autoritatem hanc sibi vendicauit. Soli igitur episco-
po munus hoc demãdatum est, tametsi super hac re non omnes mecũ conueniant. Præter hæc quę prę-
misimus profero id quod habetur io cap. Manus quoque impositionis sacramentum, & sequenti. de cõ-
secra. distinct. 5. Manus quoq; impositionis sacramentum magna veneratione tenendũ est, quod ab aliis
perfici non potest nisi à summis sacerdotibus, nec tempore Apostolorum ab aliis quàm ab ipsis aposto
lis legitur aut scitur peractum esse, nec ab aliis quàm qui eorum tenẽt locum voquam perfici potest, aut
C fieri debet. Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur, & vacuum, nec inter ecclesiastica vnquã
reputabitur sacramenta. Idem. in coucilio Arelaten. actione 3. & concilio Melden. actione 6, quorũ san-
ctiooes habentur in cap. Vt ieiunĩi, & sequẽti, eadem distinct. Quod sacramentũ noo oisi baptizato con
fertur, vt patet in cap. Nouissime, 5 distinct. Idcirco non incõcinne baptismi sacramento coofirmatio-
nis sacramentum adiecit. Sicut & fidei doctrina baptisma antecedit, Matth. vltimo, Euntes ergo docete
omnes gentes, baptizãtes eos in nomine patris & filii & spirit⁹ sancti. Vbi Hieronym. Ordo præcipuus,
iussit Apostolis vt primum docerent vniuersas gentes, deinde fidei intingerent sacramento, & post fidẽ
ac baptisma quæ essent obseruanda præciperent. Act. quoque 8 scribitur, Quomodo eunuchus non oisi
à Philippo instructus sacrũ baptisma suscepit. Itidem de Paolo Act. 9 scribitur, Cui Ananias manus im-
posuit in morem catechumeni antequã baptizaretur. Optimo itaq; iure in Concilio Landiceno, actio-
ne 46 habetur, Baptizandos oportet fidẽ discere. Et actione 48. Demũ sequitur, Non rursum facien-
tes fundamẽtum resurrectionis mortuorum, id est, non necesse sit vos edoceri super omnium futura re-
surrectione: quam siquis non crediderit, inanis est fides eius, 1 Corinth. 15. Nam si mortui non resur-
gunt, neque Christus resurrexit: quòd si Christus non resurrexit, vana est fides vestra. Quidã enim erant
quibus nequaq̃ probabatur. ideo eodem cap. habetur, Si Christus prædicatur quòd resurrexit à mortuis,
quomodo quidam in vobis dicunt, quòd resurrectio mortuorum non est? Cuiusmodi erant Sadducęi,
de quibus Act. 23, Sadducęi aũt dicuot oon esse resurrectionem mortuorũ, licet ipsi quoq; libros Moy-
si reciperent. Eiusdem quoque sententiæ Esseni fuere, qui vt inquit Iosephus lib. 2 de bello Iudaico, cap.
D 7, ioter Iudæos à Pharisæis & Saddocęis sectam peculiarem profitebantur. circa deum præcipuæ reli-
gionis. ante solis ortum nihil prorsus loquentes, antequam vota sua deo persoluerẽt: diuitiarum non se-
cus ac voluptatum cootemptores: aoimam immortalem iudicabant, corporum resurrectionem nõ ad-
mittẽtes. Nouissime adiecit, Nõ rursus iacientes fundamẽta iudicii æterni, id est, omnib⁹ vobis pspicuũ
sit quòd quicquid deus decreuerit futuro iudicio siue boοum siue malũ sit, perpetuum erit. Quòd illi sen
tentiæ pugnat, cuius meminit Hierooy. in epistola ad Auitum, diceus aperte Origenem errasse: contra
quem est hic textus. Similiter quod 1 ad Thessal. 4 scribitur, Semper cũ domino erimus. Qui teste Hie
ronymo, sic omnia permiscet vt de archangelo possit diabolus fieri, & rursus diabolus in angelum re-
uertatur. A qua tamen sententia Origenes plurimum dissider, Rom. 8, locũ illum interpretatus, Certus
sum, quia neque mors, neq; principatus, neque potestates &c. In promptu est (inquit) angelos illos intel-
ligere, quibus ignis æternus à Saluarore cum diabolo dicitur præparatus. Idẽ Rom. 5, & lib. 1 in Iob ex-
pressius, Quas portas gloriæ, ait, trãsire vel transgredi ad cælum nequissimo diabolo impossibile erat &
est? Nam cum de cælis ob iniquitatem ceciderir, ounquam rursus introibit io cælum. nunquam denuo
reuertetur ad illud. Cui, si Ruffino in procœmio Peri archon credimus, æmulorũ inuidẽtia & maleuolẽ-
tia pleraq; perperam ascripta suot. Qua tamen ratione quibúsve argumentis vir ille præter summã eru

De man⁹ impositio ne.

ditionem, diuino pene natus ingenio, quæ lib. 1 peri archon, cap. 5 habentur, scripserit, maiorē in modū E
semper demiratus sum. Virtus illa, inquit, cælestis & angelica, quæ delapsa fuit à superioribus ad inferiores, & ad deteriora deiecta, ex ipsa deferemus exemplum, ex quo manifestissime demonstretur, contrarias istas magnasq; virtutes, non natura tales esse conditas, vel creatas: sed de melioribus venisse in peius, atq; in deterius esse cōuersas. Beatas quoque illas virtutes non esse talis naturæ quæ contrariū recipere non posit si velit, ac negligat, & status sui beatitudinē non omni cautela custodiat. Si enim is qui dicitur princeps Tyri refertur quòd inter sanctos erat, & immaculatus, & in paradiso dei constitutus, corona quoque decoris & plenitudinis exornatus: is qui talis erat quomodo aliquo sanctorum inferior putandus est? Et quomodo ab aliquo putari solet, quòd iste talis non vnus fuerit de illis sanctis beatisque virtutibus, quas vtiq; in beatitudine positas non alio q̃ tali honore præditas esse credendum est? Hactenus Origenes. quas tamen lapsas Isaiæ testimonio constat cap. 14. Cuius scriptis quæ Hieronymo probentur, ecclesiæ autoritas accessit, cap. Sancta Romana ecclesia, 15 distinct. ¶ Postremo, silentio cōmittēdum nō est, Chrysostomū hac Pauli autoritate dixisse, baptisma suscipienti si quod peccatum inesset, eiusdem virtute condonari. Contra quempiam, qui tractatu, cui titulus in resolutione de virtute indulgentiarum, inquit, Nec ipsi aduersarii cum omnibus magistris suis posunt ostendere quomodo sacerdotes dimittunt culpas, nisi hæreticā illam, sed vsitatam proferant sententiam, qua dicitur, Sacramenta nouæ legis iustificantem gratiam dare illis, qui non ponunt obicem: cum sit impossibile sacramentum con F
ferri salubriter, nisi iam credentibus & iustis. oportet enim accedentē credere: deinde nō sacramētū, sed sacramenti fides iustificat. Hæc ille. Quis tamen quæso Chrysostomum hæreseos insimulandum ducit, q cum theologis conueniat? Quis rursus Paulum criminis arguet, qui ad Titum 3 inquit, Secundū misericordiam suam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis spirit⁹ sancti, quam effudit in nos abunde. Et Rom. 6, Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem peccatorū: vt quomodo Christus surrexit à mortuis, ita & nos in nouitate vitę ambulemus. Quis deniq; Petrum falsitatis denotabit? dicentem Act. 2, Pœnitemini & baptizetur vnusquisque vestrum, vt deleantur peccata vestra. Consideret insuper, opto, quod Act. 8 scriptum est, Tūc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum. Impositione itaq; manuum apostolorum, qui homines erant credentes, diuinæ gratiæ participes erant. ¶ Quod insuper ait, Non nisi credētibus sacramenta conferri: parum attendit, Paruulis baptisma salubriter conferri, quibus tamen nec ratio, nec credendi facultas tunc inest. ¶ Postremo nihil adeo altum aut sublime esse, qđ humani ingenii vis, dei gratia opitulāte, non penetret, manifestat, dicens, [ET hoc idē faciemus, si quidē permiserit deus], hoc est, fidei nostrę secretiora deo propitio enucleabimus, mihi quoque vires, & vobis auditum facilē suppeditante. quod teste Theophylacto, non eò intulit, perinde ac nequaquam permissur⁹ sit deus, sed quia vsurpare huiusmodi aliquid inter loquēdū solemus, si dei volūtate fiat, hoc illudve aggressurus sum. Idem ad Philip. 2 habetur, Confido autem in domino, quoniam & ipse veniā ad vos cito. Simul & nos instruit, vt cuncta ex dei arbitrio & nutu pē- G
dere existimemus. Sap. 7, In manu dei nos & sermones nostri.

Sacramēta quibus conferantur.

Impossibile est enim eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerūt nihilominus bonum dei verbum virtutesque venturi seculi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiā, rursum crucifigentes sibimetipsis filiū dei & ostentui habentes.

¶ Interim eorum errorem percutit, qui à fide desciscentes iterum posse baptizari, & baptismi virtute peccata abluere, deiq; gratiæ participes esse putabant. longe tamen secus est, cum impossibile sit eis qui semel illuminati sunt, in baptismate suscepto, Ephe. 5, Eratis enim aliquando tenebrę, nūc autem lux in domino. [ET qui gustauerunt donum cæleste] gratiæ dei consortes effecti, qua peccata condonantur, & iustitiam consequimur, Rom. 5, Gratia autem Christi ex multis delictis in iustificationem. glo. Non solum ignoscit gratia, sed & iustificat. [ET participes facti sunt spiritus sancti] quia linguarum dono reliquisque virtutibus, qui baptismate tingebātur, teste glosa, potiebātur. ¶ Apparet itaq; (licet nonnulli refragentur) non modo virtutes theologas, sed & cardinales tēpore suscepti baptismatis à deo elargiri. Idcirco Act. 11 Petrus dixit, Si ergo eandem gratiam dedit illis deus, gētibus videlicet, sicut & nobis qui credidimus, ego quis eram qui possem prohibere dominū? Sed vt Act. 2 dicitur, Apo- H
stoli ignis baptismo donati varias spiritus sancti distributiones percepere, linguarum peritiam, constantiam, sapientiam, & cætera id genus: quibus à Christo id repromissum fuerat, Luc. 21, Dabo vobis os & sapientiā, cui non poterunt resistere aduersarii vestri. Adde quòd nō animę tantùm, sed & corporis perfectam incolumitatem multis baptisma contulit. Qui, vt ait Augustinus lib. 22 de ciuit. cap. 8, illo abluti improsperam valetudinem bona permutarunt. Demum adiecit, [ET gustauerunt bonum dei verbum] id est, fide Christi diuinitatē cognouerunt: qui dei verbum Iohā. 1 dicitur, Verbum caro factū est. Vel bonum dei verbum, secundum Chrysost. & Theophylactum, sacrum euangelium accipiēdum est, quod obseruatum vitam præstat æternam, Iohan. 6, Domine ad quem ibimus? verbum vitæ ęternę habes. [VIRTVTESQVE venturi seculi] id est, immortalitatem & reliquas corporis dotes, de quibus 1 Corinth. 15, intellexerūt. [ET prolapsi sunt] à gratia delapsi. [RVRSVS renouari ad pœnitētiam] hoc est denuo & secundo post pœnitentiam baptismate innouari. Cuius virtute vitam nouam nanciscimur, Rom. 5, Consepulti sumus per baptismum cum illo, vt in nouitate vitæ ambulemus. ¶ Hinc Chrysostomus, Quid ergo exclusa est pœnitentia? absit, sed renouatio per lauacrum regenerationis excluditur. ita similiter Theophylact⁹, glo. ordinaria, & interlinearis, hanc literam interpretātur. Ambro. quoq;

De baptismo, eoq; vnico.

De pœnitentia.

A lib.2 de pœnitentia cap.2,quod & contextus satis insinuat, [RVRSVS,ait,crucifigentes filium dei, &
ostentui habẽtes.]Periode ac diceret,Qui in peccatum relapsus iterato in nouitatẽ vitæ redire baptismi
sacramento contendit,filium dei non semel tantum,sed pluries pati,& crucifigi vult. Baptisma nempe
Ambrosii testimonio,loco nunc inducto,Christi morti & cruci configuratur, Rom.6,Quicunque ba-
ptizati sumus in Christo Iesu,in morte ipsius baptizati sumus. Et Coloss.2,Consepulti ei in baptismo,
in quo & cõsurrexistis.Qui igitur rursum baptizari nituntur,Christi passionem cuius typum bapti-
sma prætulit,facto suo iterandum ostendunt,filiũ dei probro & irrisui habentes.Idcirco subintulit Am
bro.Semel autem crucifixus est Christus,semel peccato mortuus, & ideo vnum non plura baptismata.
¶Hoc loco Donatistas,quibus plura baptismata probabantur,confutat, quorũ error in canonibus apo
stolorum,Canone 47 reprehenditur:cuius tenor subsequitur, Episcopus aut presbyter,si eum qui secũ-
dum veritatem habuit baptisma denuo baptizauerit,deponatur tanq̃ deridens crucem & mortem do-
mini.Et in Concilio Niceno,vt vult Hieronymus in dialogo orthodoxi & luciferiani.In cõcilio simili-
ter Carthaginẽ.1,actione 1.Vbi cum percunctatum fuisset si liceret iterum interrogari in eadem fide &
in aqua iterum mergi,vniuersi episcopi astantes dixerunt,Absit,illicitas esse sancimus rebaptizationes,
B & satis esse alienum à syncera fide,& catholica disciplina.¶Nemo tamen mihi obiiciat Cyprianũ aut
Hilarium in hanc sententiam conuenisse,quos tamen hæreseos incusare temeritatis esset. Quippe Au-
gust.epistola 48 ad Vincentium hanc obiectionem refellẽs,inquit, Noli frater contra diuina tam mul-
ta,tam clara,tam indubitata testimonia colligere velle calumnias,ex episcoporum scriptis siue nostris,
sicut Hilarii,siue Cypriani & Agrippini:quia hoc genus literarum ab autoritate canonis distinguẽdum
est.Non enim sic leguntur,tamq; ita ex eis testimonia proferũtur,vt cõtrà sentire non liceat: sicubi for-
te aliter sapuerint quàm veritas postulat.Præterea vt idem eo loco testatur, & lib.3 de baptismo contra
Donatistas cap.11 & sequenti, Cyprianus post longas super hac re concertationes,vbi hoc definitũ est,
ecclesiæ tenuit vnitatem. Ad idem Hierony.dicto dialogo affirmãs super se hac de re ad Stephanũ põ-
tificem literas dedisse,quatenus eius sententiam sequeretur.¶Quod si rursus quidam cõtentiosus insur
gat,quod Concilio Niceno actione 19 habetur,producens,Si quis confugit ad ecclesiam catholicam de
Polianistis & Cataphrygibus statutum est rebaptizari eos debere.Dico concilii illius censuram accipiẽ
dam esse, vbi iuxta euãgelii & Christi regulam minime collatum fuisset. Potest & de pœnitentia hic lo
cus iuxta Ambrosium interpretari:qui dicto lib.de pœnitentia ait,Possem etiam illud dicere,qui hoc de
pœnitentia dictum putat, quia quæ impossibilia sunt homini, possibilia sunt apud deum,Matth.19,&
Marc.14.Et potens est deus quando vult nobis condonare peccata,etiam quæ putamus non posse no-
bis concedi. Et ideo quod nobis impossibile impetratu videtur, deo donante possibile est. Impossibile
C enim videbatur per pœnitentiam peccata dimitti,Lucæ 7,Quis est hic qui peccata dimittit? Concessit
tamẽ hoc apostolis suis:quod ab apostolis ad sacerdotes trãsmissum est. Hæc Ambro.¶Alia est exposi-
tio Nouatiani & erronea,qui cum suis sequacibus,vt inquit Hierony. Ozee 14.& Ioelis 2,negat pœni-
tentiam,& reformari posse peccatores in pristinũ statum si digna etiam fecerint opera pœnitentiæ. Cõ
tra quem Hieronymus locis illis veteris instrumenti testimoniis decertat.Cui tamen non secus noui te-
stamenti autoritas refragatur,vt patet 1 ad Timoth.1,Qui prius blasphemus & persecutor & contume
liosus veniam consecutus sum.Act.2, & 3.Matthæi quoq; 3,& 18.Idcirco in concilio Laodiceno,actio-
ne 7 definitum est,Nouatianos non admittẽdos,nisi prius huiuscemodi hæresi abiurata. Et in concilio
Arelaten.actione 2.

Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrem & generans herbam,
opportunam illis à quibus colitur accipit benedictionem à deo:proferẽs au-
tem spinas ac tribulos,reproba est & maledicto proxima,cuius consumma-
tio in combustionem. ¶Exemplo familiari ac prope quotidiano à rebus ipsis desumpto id
quod præmisit confirmat,vt fidem sibi adhibeant admonenti. [TERRA enim(inquit)sæpe veniẽtem
super se bibens imbrem &c.] hoc est,velut terra cælesti rore irrigata,vbi fructum vberrimum protule-
D rit,vigilantius colitur,vomere sulcatur,& charius à domino amplectitur:ita & animæ obuenit,quę ba-
ptismate abluta vbi Christi doctrinã imbiberit,q̃ imbre designatur,Deute.32, Fluat vt ros eloquiũ tuũ:
si honestis studiis intendat, beneficiis à deo cumulatissimè necnon benedictione illa afficietur,de qua
Matth.25,Venite benedicti patris mei possidete regnum quod vobis à constitutione mũdi paratum est.
At contrà quemadmodum terra proferens tribulos & spinas,maledicto proxima est in combustionem,
& velut sterilis incultaq; derelinquitur,& abiicitur:sic vbi animam quæ velut dei, & beneficiorum eius
oblita,voluptati omnia permiserit,prauis facinoribus addictam extremus vitæ dies præoccupauerit,ma
ledictione obstringetur.Est nãque id sacris literis demandatum, Matth.25,Ite maledicti in ignem æter-
num.Nihilq; illi susceptum baptisma conferet,nil ob Christi causam aliquando inita certamina,quę tot
meritis à Christo pręmiis defraudabitur,infra cap.10, Voluntarie quidem nobis peccantibus post acce-
ptam veritatis notitiam iam non relinquitur pro peccatis hostia: quibus dei iustitiæ deuitandæ nul-
lum erit argumentum relictum.Hoc modo Hieronymus Esaiæ 50,hanc literam interpretatur. Signi-
ficat,ait,Paulus Iudaici populi vastitatem: quia Romanis traditi sunt, & captiuitatis iugum hucusque
sustinent. de manu enim Christi hæc facta sunt omnia. & in mœrore ac doloribus dormitant,quia nec
beneficiis nec tormentis dei filium recipere voluerunt. Vnde loquitur ad eos, Ite in ignem æternum,
quem præparauit deus diabolo & angelis eius.Quod & apostolus ait 2 ad Thessalonic. 1, Peruenit ira
dei super eos in finem.Chrysost.autem & Theophylactus ad id quod cap.pręcedenti dictum est,Eterni

cum magiſtri deberetis eſſe ſecundum tempus,hunc locum pertinere volunt. Oſtẽdit hoc loco,inquiũt, E
illos & ſi verbum exceperint,idq; & aliàs ſępe fint aſsequuti,nil tamen ex eo adhuc profeciſſe. quod &
ſuperius dixit,quoniam deberetis ſecundum tempus magiſtri eſſe.Ideo quia deo mious obtẽperãtes fue-
re,qoi totis viribus iniuſtitię intenderũt,grauius iudicandos oſtendit,cum pertimeſcendam illã dei ma-
ledictionem ſubibuot.

Confidimus autẽ de vobis,dilectiſſimi,meliora & viciniora ſaluti:tametſi ita loquimur. ¶Sermonis ſeueritati lenitatẽ & dulcedinem miſcẽt,ne eos io deſperatiooẽ iodu-
cat.At inertia omoi procul relegata,vt reſipiſcant hortatur. [Cõfidimus enim (inquit) de vobis dile-
ctiſsimi meliora & viciniora ſaluti,] id eſt,nõ hęc vt vos improbem ſcripſi,uec tales vt præmiſimus vos
futuros ſperamus,ſed quod honeſtius eſt opera veſtra ſaluti propinquiora, & ſalutem veſtram curæ vos
habituros,tametſi ita loquimur,& vehementiori ſermone vos impetam. Nonnunquam eoim vt mao-
ſuetudine,ita auſteritate opus eſt,2 ad Timot.4, Inſta opportunè importunè,argue,obſecra,iocrepa in
omni patientia & doctrina.Verum cum generoſi ſit animi duci,non trahi: primum manſuetudini & be
neuolentiæ,dehinc ſeueritati intendamus,1 Corinth.4, Quid vultis io virga veniã ad vos,ao in chari-
tate & ſpiritu manſuetodinis?Et pſalm.89, Soperueniet manſuetodo & corripiemur.¶At qua animi fi
dutia hos inceſsit Paulus?quidve hac obiurgatione vtitur eorum confiſus ſaluti, quem uec aliquãdo fe-
fellit expectatio ſua?Poto enim(inquit)quod ſpiritum dei habeam,1 Corinth.7. Dico quemadmodum
pro reprobo,quem reuelatione diuinitus facta huioſcemodi eſſe didici,deus ioterpellaodos non eſt,vt ſa
lutem conſequatur,1 Iohan.5,Eſt peccatum ad mortem,non dico pro illo vt roget quis. Quem locum F
Hieronym.Ierem.15 explicans ait,Si in ſceleribus permanentes vſque ad finem vitæ putauerimus, vo-
tis atq; ſacrificiis redimere vehemẽter erramus,iniquum arbitrãtes deum. qui enim ſemel gladio,fami,
& peſti fuerit deſtinatus,nullis precibus erui poteſt. Ne tamen in deteriora prolabatur, quibus obſtri-
ctus diſtrict⁹ iudicetur, precũ noſtrarũ ſuffragio ſubleuari poteſt.Ita licet hos in gloriã ſuam deũ acciuiſ
ſe Paulus præcognoſceret, nec tamẽ peccato ſuccumberẽt,à quo tandem reſilirent,hac animaduerſione
in eos quàm prudenter Paulus vtitur.Præſtat ſiquidem ſeſe deo immaculatum & impollutum offerre,q̃
poſt lapſom reſipiſcere,iuxta Saluatoris parabolam,Lucæ 7.vbi dominus illam probat ſententiam,qua
is à deo maiori amore proſecutus cenſetur,cui plus donatum eſt.Donantur autem homini nedum per-
petrata ſcelera pœnitentia,ſed etiam dei immenſa dilectione non commiſſa:quibus oe in ea incidat ho-
mo,deus occurrit,vt ait Auguſt.lib.2 confeſ.cap.7.Nulli quippe alteri,teſte Hierony. in epiſtola ad Ce
lautiam hoc beneficium ęquandum videtur.Maximum enim æquitatis partem, inquit,qui oulli nocuit
aſſequitur,beatusq; eſt qoi poteſt cũ ſancto Iob dicere, Nulli hominum nocui,iuſte vixi cum omnibus.
Puriſsimę conſcientiæ eſt ſecure canere cum propheta,Perambulabam iu innocẽtia cordis mei in me-
dio domus tuæ.

Nõ enim iniuſtus eſt deus,vt obliuiſcatur operis veſtri & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius,qui miniſtraſtis ſanctis & miniſtratis. ¶Hos ad ſa- G
lutem ſperandã prouocat,priorum operum & diuinæ iuſtitiæ admonitos. [NON enim (inquit) iniuſtus
eſt deus]quia nulla apud deum iniquitas,vel iniuſtitia,Rom.9,Nunqoid iniquitas eſt apud deum?Ab-
ſit. [VT obliuiſcatur operis veſtri,& dilectiõis quã miniſtratis in ſanctos,]id eſt,nequaquam bona ope
ra veſtra,quæ olim iodigentibus vitæ ſubſidia impendendo,geſsiſtis io honorem ipſius ob quem omnia
☞ agenda ſunt, 1 Corinthior.10, Omnia in gloriam dei facite:obliuioni dabit.at ſuo tempore coronabit.
vnuſquiſque enim mercedem accipiet,iuxta propriũ laborem. ¶Hic Paulus operibus noſtris,modo di
uinæ dilectioni inoitantur,fidendum eſſe aperte demõſtrat. Cui eorum ſententia neutiquam probatur,
De operibus. qui de ipſis deſperãdum aſſeuerant.Idcirco Chryſoſt.hoc loco Paulũ ſequutus ioquit, Neceſſe eſt enim
perire illom cui non ſatisfactum eſt de ſpe,id eſt,qui nõ ex operibus bonis ſperat.Proinde coegit eos o-
mnibos modis expectare illa futura.Eum enim qui deſperat de præſentibus, ex futuris quis confortare
poterit?Hæc Chryſoſtomos.Idem quoque homil.6 in Matthæum,dicit,Hæc vero aſseuero, oon vt au-
diatis ſolumodo,verum etiã vt quæ auditis imitemini,fortitudinem videlicet,cooſtautiam, omnemque
iuſtitiam,vt nemo ſui deſperatione moriatur.Etiam ſi antea torpore languebat,vt vnuſquiſque noſtrũ,
nulla in re alia ſpem ſuam, niſi poſt dei miſericordiam in motum ſanctitate conſtituat. His plurimom
ſuffragatur illud 1 Corint.9,Debet in ſpe qui arat,arare:& qui triturat,in ſpe fructus recipiendi. Quod H
etiam ad Philip.1 ſcribitur,Scio enim quia hoc pati pro Chriſto mihi proueniet ad ſalutem per veſtram
orationem,& ſubminiſtrationem ſpiritus Ieſu Chriſti ſecundom expectationem & ſpem meam,quia in
nullo confundar.Preſſuris itaque quas Chriſti cauſa Paolus perpeſſus fuerat cõfidebat,ſuiipſius memor
qui Rom.5 dixerat,Spes non confundit.Illod itaq; quod Hieronym.Iſa.40 habet, locum illũ interpre-
tatus,Qui ſperant in dominò mutabunt fortitudinem. Qui videlicet nõ iu ſuis viribus,aie,ſed io deo ha
bent fiduciam,& eius ſemper miſericordiam pręſtolantur,mutaot fortitudinem.Quodq; Iſa.64 inquit,
Si noſtra cooſideramus merita,deſperandum eſt.Si autem tuam clemeotiam,qui flagellas omnem filiũ
quem recipis,audemus preces ſundere:prudenter iotelligendum eſt,vt operibus noſtris ſeclusa dei miſe
ricordia & gratia fidendum non ſit.At vbi illa acceſſerint, deo tamen primo,poſterius autem illis fidẽ-
dum eſt,vt iam docuimus. Hinc Hieronym.paulo poſt ſententiam illam nouiſsime inductam,Quãquã
lutum ſimus,& opera manuum tuarum:& fictor noſter ſis,nec vas figulo valeat reſpõdere,quare ſic vel
ſic factum ſit:tamen ſcientes nos eſſe filios,audemus dicere,Ne iraſcaris domine nobis,paterna clemen
tia muniti ac miſericordia,qua preces noſtrę,& reliqua opera maximum in modum fulciuntur:Ita ſimi

A liter intelligendum eristimo August. qui psal. 30 inquit, In domino speraui, non in mea iustitia. Et psal. 32, Sperantes super misericordia eius: non de meritis, ait, non de virtute.

Cupimus autem vnumquéque vestrum eandem ostentare solicitudinem ad expletionem spei vsque in finem, vt non segnes efficiamini. verum imitatores eorum qui fide & patientia hæreditabunt promissiones. ¶Demũ eos ad perseuerantiam stimulat, dicens, [cvpimus autẽ vnumquẽque vestrum, eandem ostendere solicitudinem] hoc est, desideramus vos etiam in futurum circa virtutem versari, non tamen priora vestra culpantes, sed pro futuris soliciti. Idque ex salutis eorum vehementi affectu & studio dixit. Quemadmodũ ad Philip. 1, Testis est mihi deus, quomodo vos omnes cupiam in visceribus Iesu Christi. Cupimus itaque ait, vnũquenque vestrum eandem ostendere solicitudinem, sanctis necessaria subministrando. Rom. 12, Necessitatibus sanctorum communicantes, aliis quoque bonis operibus intendere ad expletionem spei vestræ vsque in finem, id est, vt plenam & perfectã habere vos spem præferatis. Vbi cõsiderandũ quàm prudenter hæc pertractet Paulus, quippe qui nec aperte eos vrgeat. Perspicuum itaque est non omnes Christianismum profitentes initio etiam nascentis ecclesiæ institutum illud apostolicum arripuisse, de
B quo Act. 4, Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna: nec quisquam eorum quę possidebat suum esse dicebat, cum hos hortetur sanctis ministrare. quod vtique nulli eorum concederetur, si quotquot erant euangelicum illud institutum subeuntes, integræ substantiæ precium pauperibus dispensandum Apostolis obtulissent. Ad idem est id quod infra cap. 10 habetur, Nam & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorẽ, & manentẽ substãtiã. Quomodo vinctis & incarceratis vitæ subsidia subministrassent, & omnia sua in prædã cessisse æquo animo tulissent, si omnes suas facultates in susceptæ fidei primordiis in morem Christi discipulorumq; reliquorum institutum illud apostolicum & vere monasticum arripientes pauperibus erogassent? Ad idem est quod cap. 13 habetur, Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatis nolite obliuisci. Nonnullis igitur credentibus in Christum hospitia supererant peregrinis suscipiẽdis accõmoda, & patrimonium, quo eorum indigentiam subleuarent. Ne quis autem calumniam struat, considerret hanc epistolam ad Iudæos specialius transmissam. De quibus id quod Act. 4 habetur, scriptum est. Recte itaque censuit glo. Act. 4, dicens, Qui ita viuunt vt sint omnia communia in domino, Cœnobitę vocantur: quæ vita tanto est felicior, quanto statum futuri seculi imitantur vbi omnia communia, quia deus omnia est in omnibus. August. quoque tractatu 97 in Iohannem, In Antiochia, inquit, primũ post ascensionem domini, appellati sunt Christiani, sicut legitur in actibus Apostolorum, cap. 11. Et xenodochia & monasteria postea sunt appellata, nouis nominibus, res tamen ipsę & ante nomina sua erant, & religionis veritate firmatę: qua etiam contra improbos defenduntur. Quod & Basilius Magnus de lau-
C de Cœnobitarum apertius exprimit rem paulo altius repetens. Primum quidem ii (inquit) qui societatem inter se vitamque seruant communem, ad antiquum secundum naturam reuerti bonum videntur. Hanc ego appello in qua possessionum proprietas abiicitur, sententiarum dissensio ac pugna remouetur: denique turbatio omnis, lis & contentio expellitur: communia sunt omnia animi sententiæ corpora, & ea quæ corpora nutriunt atque curant. Et paulo post, Ii demum saluatoris nostri institutum imitantur. velut enim ille qui discipulos sibi delegit communia his fecit omnia, communemq; se apostolis tradidit, & ii magistro obtemperantes fuere: sic & ii pulcherrimę vitæ formulam custodiẽtes & apostolorum & domini institutũ diligentissime seruant. ¶Hæc vitæ monasticæ obtrectatores animo pensiculate reuoluere opcarẽ, quibus si scripturę probãtur, non adeo in eam excandescerent, nec dente genuino confoderent, ipsi quoque longe secus ac Manichæus sentirent: qui teste Augustino lib. 1 de moribus ecclesiæ catholicæ cap. 31, Lingua procaci ac petulãtissima sanctum religionis institutum conficere adnitebatur. super quo multo plura, cap. 11 disseremus. Subinde inertiam propulsandã esse, quæ omnium bonarum artium nouerca est cõmonefacit. [non segnes (inquit) efficiamini] torpedine quadam & desidia resoluti. quemadmodum enim corpori ocium & inexercitatio officit, sic & animo bonorum operũ neglectus obest. Idcirco desidiosos taxat Apostolus 2 ad Thessal. 3, Cum essemus apud vos (inquit) hæc denunciabamus vobis, vt siquis non vult operari non manducet. Audiuimus enim quosdã inter vos ambulare inquiete nihil operãtes, sed curiosẽ agẽtes. Quid vero illis opus sit postmodũ explicat. [vervm imitatores eorum, sanctorum, efficiamini, qui fide & patientia hæreditabũt promissiones,] hoc est, fidei,
D patientiæ, reliquisque virtutibus omni studio intendite, quò vita æterna perfruamini. Sancti quippe per fidem vicerunt regna; operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, infra cap. 11. ¶Fidei autem & patientiæ ideo particulatim meminit, quòd fidei sacramenta nõ plene imbiberẽt, quibus lacte opus erat, non solido cibo. supra cap. præcedenti. Quodque qui maiorem spirat sanctimoniam eò vehemẽtiori pugnæ subiacet. Hinc Theophylactus ostendit tentationibus viros eò acrius diuexari, quò magis animi magnitudine polleant. Et deum ipsum magnis & præstantibus viris sic vti solere. Idcirco patientiæ armis nos instructiores esse cupiebat Apostolus, ad Colossen. 3, dicẽs, Induite vos sicut electi dei sancti, & dilecti viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestam patientiam. De fide & patientia.

Abrahæ nanque promittens deus, quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem, iurauit per semetipsum, dicens, Nisi benedicens benedicam tibi, & multiplicans multiplicabo te: & sic longanimiter ferens adeptus est repromissionem. ¶Quod fidei & patientiæ merito hæreditatem cælestem nanciscamur, Abrahæ

exemplo confirmat,cui promitteos deus cum ob personæ autoritatem,tū quia hic præcipue cui pleraq; B repromitterentur dignus habitus est.Sed quid illi deus repromisit? Id sane quod Gen.12, & 22 habetur, teste Augustino lib.16 de ciuit.cap.16,Iam considerandæ sunt,ioquit,promissiones factæ ad Abraham. In his enim apertiora Christi oracula & sacramenta apparere cœperunt de populo piorum,quē prophetica prænunciaoit autoritas.Prior autem promissio illi facta est,quòd terram Chanaam possessurū erat semen eius,Gene.12.Altera vero longe præstantior,non de carnali sed de spiritali semine:per quod pater est non vnius gentis,Israeliticæ:sed omnium,qui fidei eius vestigia sequerētur.de qua Gene.22.Hoc itaque promittens deus,quoniam neminem habuit per quem iuraret,maiorem seu præstantiorem,iurauit per semetipsum,dicēs,Nisi beoediceś benedicam tibi.vbi,Nisi,pro certe accipiēdū est,quod ad priorem promissionem pertinet.Gen.nempe 12 habetur,Faciam te crescere in gentem magnam,& benedicam tibi,& magnificabo nomen tuum,erisque benedictus. Quod vero præmisit,ad posteriorem refertur.Quibus promissionibus Abraham firmius hærens,easque longanimiter fereos,inter multa aduersa nulla fractus aut mutatus iniuria,adeptus est repromissionem à deo sibi factā. ¶Verūtameo Paulus sibiipsi aduersari videtur,qoi infra cap.11 ioquit, Et hi omnes(quibus Abraham annumeratur) testimonio fidei probati nunc non accipiunt repromissiones,deo pro nobis aliquid melius prouidente, vt non sine nobis consummarentur aut perficerētur.Quid igitur eum iam repromissiones assecutum testatur? Dico post Chrysostomum homil.11 in hanc epistolam,ꝙ non iisdem de rebus hoc loco Paulus disserit. F hic enim eorum meminit quæ præsenti vita deus Abrahæ contulit:infra vero cap.11,cælestia pertractat: quæ nondum plene Abraham adeptus est,cum duplici illa,animę videlicet & corporis,stola needū potiatur. ¶At rursus obiici potest, Quia huiuscemodi terrena promissio nec in ipso Abrahā impleta est: cui Act.7 dicitur,Nō dedit illi hæreditatem in ea,nec passum quidem pedis deus,nec in posteritate sua aut successoribus.hoc nanqoe regnāte Dauid aut Salomone filio eius maxime obuenisset: vt etiam placet Augustino lib.17 de ciuit.cap.2,Impletum est,ait,per Dauid & eius filium Salomonē: cuius regnū tanto quantum promissum fuerat spatio dilatatum est,vniuersosque sibiipsis subdiderunt, tributariosq; fecerunt.Sic igitur in terra promissionis secūdum carnem,hoc est,in terra Chanaam sub iis regibus semen Abrahæ fuerat constitutum, vt nihil deinde superesset quo terrena illa dei promissio compleretur. Ab hac tamen Augustini opinione longe lateque abesse raoone fortissima Hieronymus videtur,qui in epistola ad Dardanum,ioquit,Respoodeant mihi qui hanc terram,quæ nunc nobis Christi passione,& resurrectione terra repromissionis effecta est,possessam putant à populo Iudæorum,postquam reuersus est ab AEgypto,quātum possederit:vtiq; a Dam vsque Bersabee,quæ vix centum sexaginta milliariom in loogum spatio tenditur.Neque enim Dauid & Salomonē potentissimos reges,exceptis iis quos post victoriam in amicitiam receperunt,plus tenuisse scriptura testatur. Et hoc dico vt taceam quinqoe Palęstioę ciuitates Gazao,Ascalonē,Geth,Accaron,& Azotim. Describit etiam loca Hierosolymę vicina,quæ illis subiecta non fuere.Quis igitur has promissiones in ipsis impletas percensebit? Attamen oe id Hieronymo & Augustino controuersum esse videatur,dicendum est,Potiorem terrę illius partem di- G ctorum regum ditioni subiacuisse,non autē omnia regionis illius loca.Coi sententiæ conducit quod Lucę 2 scriptum est,Exiit edictum à Cæsare Augusto,vt describeretur vniuersus orbis.glo.ordinaria post Bedam & Ambrosium,Gentes erant,quibus oon imperabat Augustus:sed quia maiori parti orbis præfectus erat,ideo illo verbo vsus est.

Promissiones Abrahæ factæ.

De promissionis terrenæ Abrahæ factæ impletione.

Homines enim per maiorem sui iurant. ¶Cur per semetipsum deus iuraoerit manifestat,quia homines per maiorem suum iurant.eum itaq; nullos sit Christo superior aut præstātior, per semetipsum iurauit.Hinc Ambro.hanc literam exponens lib.2 de fide cap.4 dixit,Angelum in persona Christi venturi tamen,cuius ootitiā habuit Ahraham,Iohan.8,Ahraham vidit diem meom & gauisus est, iurasse,qui patre minor non est secundum diuinæ naturæ dispensationem. ¶Huic literæ aduersari videtur quod Rom.9 scriptum est,Veritatem dico vobis,testimoniū perhibente cōscientia mea: quę tamen homine superior nō est.Quid igitor opus est per maiorē iurare?Hæc obiectio facile diluitur, si iurisiurandi species consideremus. Quoddam est enim imprecatorium seu execratorium,quo quis rē propriam deo oppignerat : reique illi male precatur,si res aliter ac loquitur succedat.quo vsus est Paulus Rom.9,& 2 Corinth.1,Testem inuoco,ait,deum in animam meam.Dauid similiter 2 Reg.3,Iurauit Dauid dicens,hæc faciat mihi dominus si ante occasum solis gustauero panem vel quicquam aliud. Et Psal.7,Si reddidi retribuentibus mihi mala,decidam ab inimicis meis inanis.vbi August.iurare videtur per execrationem,quod est grauissimum.Nonnunquam autem & alterios veracis quidem testimo- D nio sententias nostras comprobamus: & tunc deus qui solus verax est,Rom.3, Deus autem verax est,omnis autem homo mendax,tantum accersitur:aut creatura,quatenus tamen diuinę bonitatis vestigio insignita est.At rei totios pondus tunc deo defertur.Matth.23,Qui ergo iurauerit in altari,iurat in eo, & in omnibus quæ super illod sunt.Et quicūque iurauerit in tēplo,iurat in illo,& in illo qoi habitat in ipso. & qui iurat in cælo,iorat in throno dei,& in eo qui sedet super eū. Ideirco August.lib.1 de serm.domini in monte,inquit,Com iuras per cęlum aut terram,non te arbitreris non debere domino iusiurandū tuū: quia per eum iurare conuinceris,cuius cælum thronus est,& cuius scabellum terra est.

Iurisiurādi species

Et omnis controuersiæ eorum finis ad confirmationem est iuramentum. ¶Subinde quaotum emolumenti iusiurandum mortalibus afferat docet, Quia omnis controoersiæ eorum finis ad confirmationē, id est,iureiurando omois altercatioois & contentionis ambiguitas tollitur.Nam vltro citroque multa dicuntur vt res ipsa patescat:iusiurandum tamen postremo inuadēs confirmansque soluit id omne de quo ambigitur, Exod.22, Applicabitur ad eos & iurabit,& sic sopietur

Iurisiurādi emolumētum.

A omnis quæstio & controuersia. ¶ Hic nimiũ abest Paulus ab eo, imo illi aperte refragatur, qui in explanatione quam in sacertimũ decalogum edidit, iusiurandum nobis interdictum asseuerat, nisi peruidens vtilitas aut salutis æternę necessitas vrgeat: qđ vero super re tẽporali emissum fuerit, reprobat. Cũ tamẽ Paulus dicat, cõtrouersię omnis ac altercatiõis sedãdę gratia introductũ iuramẽtũ, idq; cõsultissimè, iuris naturalis sapiẽtia psuasus, quia nisi iurato se suaq; homines frequẽtius nõ credebãt. Huius rei testimonia extãt, Gen. 26, vbi Isaac fœdus cũ rege Geraris Abimelech iniuit iureiurãdo firmauit, quo immobili° perseueraret. Hoc ipsum Iacob egit, quõ in pristinã amicitiã cũ Labã rediret, Gen. 31. Sãctus quoq; patriarcha Ioseph, ne sibi iniurato fides nõ haberetur, dixit, p salutẽ Pharaonis nõ egrediemini hinc, donec veniat frater vester minor, Gen. 42. ¶ Fatemur igitur iuramẽtũ etiã super re tẽporali nõ nobis prorsus interdictũ esse, quod suadẽte iustitia religiose pręstatur. Iustitiã dico, de qua Hiere. 4, Iurabitis, viuit dominus in veritate, iustitia, & iudicio. Quę si abfuerint, teste Hiero. eo loco, nequaq̃ iuramẽtũ, sed periuriũ iudicabitur. Hęc põtificũ sanctiões pertractãt, in ca. Et si Christus. extra de iureiurãdo cap. Et iurabũt. 22 q. 1. Habenda est itaq; in primis veritatis ratio, vt nihil diuino numine imploraro asseueremus, quod nõ idẽ verũ iudicemus. Hinc Ambr. sermo. 14 in psal. 118, Nemo bene iurat, nisi qui potest scire quod iurat. Iurare igitur, sciẽtię indiciũ est, & testimoniũ cõsciẽtię. Ideo qui anceps & subdubius quippiã iureiurãdo firmauerit, peierasse cõuincitur cap. Homines, 22 quęst. 2. Adsit etiã iudiciũ seu discretio, nequis incautus,

Iusiurandũ nobis quatenus interdictum.

Ad iusiurãdũ quæ requirantur.

B pceps ruat, dũ tãto obstrictus sacramẽto pollicetur quod facultati suę minime subest. Iurat ergo, inquit Ambr. ille quẽ sacramẽti sui pœnitere nõ poterit. Quid iurauit dominus? Nũquid incertũ? nunquid impossibile? nunquid poterit esse mutabile? Noli ergo vsurpare exẽplũ sacramẽti, q implẽdi potestatẽ nõ habes. Idcirco iure Dauid temeritatis arguitur: q Nabal eiusq; familiã neci dare iureiurãdo spopõderat. Cui diuina iura reclamabãt. Huius rei testimoniũ habes in cap. Iurauit, 22 q. 4. Postremo, his accedat iustitia, pciũ est operę, ne quis videlicet leui causa deũ sui dicti testẽ inuocet. Hinc Hieron. Zach. 8, Qui enim nõ iurauerit, nũq̃ poterit peierare: qui vero iurauit, audiat qđ scriptũ est, Nõ assumes nomẽ dei tui sup re vana, oĩa enim hęc sunt q̃ odit dominus. Vbi vero aut necessitas immineat, aut euidẽs vtilitas vrgeat, vt est fidei causa, qua Paulus adduct° hoc sacramẽto aliquoties vsus est, aut pacis etiã tẽporalis reformãdę vel alia grauis, nec absimilis, licite iureiurãdo vtimur, vt docet Aug. serm. 28 de verbis apostoli. Deniq; nõ vobis dicim°, ait, nos nõ iurare: si enim hoc dicimus, mẽtimur: quãtũ ad me pertinet, iuro, sed quãtũ mihi videtur, magna necessitate cõpulsus: cũ videro nõ mihi credi, nisi faciã: & ei q mihi nõ credi derit, nõ expedire quod nõ credat. Hac perpẽsa ratione, & cõsideratiõe librata cum magno timore dico, Corã deo: aut, Testis est deus: aut, Scit Christ°. ¶ Modo superest Saluatoris sentẽtiã, q̃ primo occursu nõ mediocrẽ p se fert difficultatẽ, discutere. qui Matt. 5 ait, Ego aũt dico vobis, nõ iurare omnino: neq; p cælũ, qa thronus dei est: neq; p terrã, quia scabellũ pedũ eius est. Sit aũt sermo vester, est, est: nõ, nõ. quod aũt his abũdãtius est, à malo est. Vbi Hieron. Cõsidera q̃ Saluator hic nõ p deũ iurare prohibuit, sed p cęlũ, terrã, & Hierosolymã, & hoc quasi paruulis fuerat cõcessum, vt quõ victimas deo immolabãt, ne eas ido

Præceptũ Christi de iuramento.

C lis offerrẽt: sic & iurare permitterẽtur in deũ, nõ quod recte hoc facerẽt, sed meli° esset deo id exhibere, q̃ dęmonib°. Euãgelica aũt veritas nõ recipit iuramẽtũ, cũ omnis sermo fidelis pro iuramẽto sit. Chrysosto. quoq; locũ illũ interpretat° homil. 12 in Matth. opere impfecto, ait, Ipse deus q periurare vetuit, ipse & post ea nõ iurare mãdauit. Qui ergo in iurãdu nõ timet dei pceptũ negligere, nec in piurãdo timebit. Et paulo post, Nũc aũt sciatis, qa & bene iurare peccatũ est. Hęc de illis dicta sunt, qui iurãt p deũ: eorũ aũt qui iurãt p elemẽta execrabilior iniquitas est. Hæc Chrysost. Qui neq; sui dissimilis est super hac re homil. 17 in Matthæũ opere pfecto. Ad idẽ Basilius Magnus enarratione in psal. 14, illud euangelicũ pertractãs, inquit, Hic iuramẽtũ homini pfecto quãdoq; cõcedere videtur, qđ in euãgelio omnino phibetur, Ego vero dico vobis nõ iurare omnino. Et paulo post, Sic itaq; in hoc loco propheta quidẽ iuramẽto videtur assentiri: dominus vero oẽm periurii occasionẽ auferre ac iurãtiũ piculis occurrere volẽs, iuramẽtũ omnino tollit. Quibus assentit Iacobus epistolæ suæ cap. 5, Ante omnia nolite iurare, inquit. Hæc res tametsi ardua atq; pdifficilis à nõnullis iudicetur, & lãguẽti stomacho, crambe (qđ aiũt) recocta molestior sit: si tamẽ August. sermõe nuper inducto audire nõ pigeat, cõpertior fiet. Periuriũ pcipitiũ est, inqt. qui enim iurat, illi iuxta est: q nõ iurat, lõge est. Peccat & grauiter, q falsum iurat: nõ peccat, qui verũ iurat. Sed nec ille peccat, q oĩno nõ iurat: sed q nõ iurat & nũ peccat, lõge est à peccato: qui aũt verũ iurat, nõ peccat, sed prope est ad peccatũ. Et paulo post, Ergo vis verũ iurare? audi cõsiliũ dei, noli iurare. Qđ aũt cõsiliũ sit, nõ pceptũ, sequẽti litera docet. Si peccatũ esset iuratio, nec in veteri lege diceret, Nõ piurabis: reddes aũt dño iusiurandũ tuũ.

D Cuius verba habẽtur in cap. Si pctũm, 22 q. 1. Ad idẽ Aug. in psal. 88, & 109. Qđ si nõ assentis Aug. assentire saltẽ Paulo, q sese hoc sacramẽto pluries obstrinxit. Pręter ea aũt q̃ recẽsuim°, habes id qđ Rom. 1 scribitur, Testis est mihi deus, cui seruio in spũ meo, in euãg. filii eius, q̃ sine intermissiõe memoriã vestri facio in orationib° meis. 2 Cor. 11, Testis est mihi deus, qa nõ mẽtior. ad Galat. 1, Quę ego scribo vobis ecce corã deo qa nõ mẽtior. Quis tñ adeo impudens vt Paulũ violati pręcepti insimulare audeat? Scripturis itaq; intelligẽtia opus est. Daniel. 9. Attẽdam° pterea nos à dño cõmonefactos, vt iurãdi cõsuetudinẽ, ceu piculosam, deuitem°. Id enim Basilius, Chrysost. & Hieron. edocere moliũtur. Qui enim nõ iurare cõsulunt, pceptis aũt nequaq̃ adegit, nobis quoq; nõ modo super fidei cã, sed etiã re tẽporali, iustitia tñ cõsulẽte, vt pliba tũ est, iuramẽtũ cõcessum esse, cũ dicat Paulus, Omnis cõtrouersię eorũ finis ad cõfirmationẽ est iuramẽtũ.

In quo abũdãtius volẽs deus ostẽdere pollicitationis hæredibus immobilitatẽ sui cõsilii interposuit iusiurãdũ, vt per duas res immobiles, quib°, impossibile est mẽtiri deũ, fortissimũ solatium habeamus. ¶ Quid aũt deus promissionem suã q̃q̃ fixã & irreuocabilẽ, iureiurãdo firmauerit, insinuat, dicẽs, [IN quo abũdãtius volẽs deus ostẽdere pollicitatiõis hæredibus (vel pollicitationes vt legit Chrysost. Sed tũc cõiũctio subintelligẽda est) & immobilitatẽ vez sui cõsilii, interposuit iusiurãdũ.] hoc est, cũ per se iurauerit deus abũde nobis demõstrat sese fa

Iurare deũ quid.

Pollicitationis hæredes.

ctutũ omnino q̃ promiserat:cui etiã nõ iurato fides habẽda esset. Deũ aũt iurare, vt vult Aug. dicto sermõe, est seipsum in testẽ adhibere. Pollicitationis vero hęredes cẽsentur, qui rei promissę succedũt, Ro. 9, Qui filii sunt promissiõis extimẽtur in semine, quos suę promissiõis quatenus certiores dñs efficeret, cũ singulis rebus iusiurãdũ faciliorẽ fidẽ faciat, nostrę infirmitati (veri⁹ incredulitati dixero) cõsulẽs, iuramẽto vtitur. Hinc Hieron. Amos 8, & Isa. 45 hãc literã exponẽs, inquit, Iurauit per semetipsũ, quoniã sentẽtia oris sui, & verbũ quod ꝓtulit semel super salute gẽtiũ, nequaq̃ irritũ fiat, sed repromissio ei⁹ opere cõpleatur. qđ & cõtextus ipse aperti⁹ edocet. Interposuit quippe iusiurãdũ, inquit Paulus, [E T per has duas res immobiles (Iuramẽtũ, & promissionẽ videlicet) quibus impossibile est deũ mẽtiri] At fidelissima his videtur dei pollicitatio Abrahæ facta. Nec enim fieri potest, vt mẽdacii quoquo pacto deus cõuincatur. Numer. 23, Nõ est deus quasi filius hominis, vt mẽtiatur. Ideo firmissimũ solatiũ ad deũ habem⁹. i. immotã & certã spem futuræ beatitudinis cõseqmur, nullatenus sup dei promissis fluctuãtes. ❡Hoc tamẽ loco occurrit quod Hieremiæ 18 dicitur, Repẽte loquar aduersus gẽtẽ, & aduersus regnũ, vt eradicẽ & destruã, & disperdã illud. Si tamen pœnitẽtiã egerit gẽs illa à malo suo, agã & ego pœnitẽtiã super malo qđ cogitaui vt facerẽ ei. Quõ ergo dei promissio immobilis perseuerat, si peccatoris pœnitẽtia dei flectitur, vt sentẽtiã reuocet? Ad hęc August. lib. 14 de ciuit. cap. 11 resp. Dei cõsiliũ immutabile, nõ aũt diuinũ statutũ, qđ causarũ secũdarũ ordini, q facile mutatur, innititur. Nõ enim, ait, homo peccato suo diuinũ potuit perturbare cõsiliũ, quasi deũ, quod statuerat, mutare cõpulerit: cũ deus ꝓsciẽdo, vtrũq; ꝓueniat, & peccatũ scilicet, & eius resurrectionẽ. Demũ sequitur, Deus enim, & si dicitur statuta mutare, tamẽ id tropica locutiõe seu figurata, in scripturis sanctis etiã pœnituisse legitur deũ, iuxta id qđ homo sperauerat, vel naturaliũ causarũ ordo gestabat: nõ iuxta id, qđ se omnipotẽs facturũ esse pręsciuerat. Hæc Aug. Qui rursus lib. 15 de ciui. ca. 25, ait, Cogitatio vero eius & recogitatio mutãdarũ rerũ est immutabilis ratio. neq; enim sicut hominẽ, ita deũ cuiusq̃ facti sui pœnitet: cuius est de omnib⁹ omnino rebus tã fixa sentẽtia, q̃ certa ꝓscientia. Ad hæc Hierony. Hieremię 18, Et vt liberũ significaret arbitriũ, dicit se & mala annũciare gẽti & regno illi vel illi, & rursum bona: nec tamẽ hoc euenire qđ ꝓdixerat, sed ecõtrario fieri, vt & bona malis eueniãt si egerint pœnitẽtiam: & bonis mala, si post repromissiões fuerint ad pctã cõuersi. Nec hoc dicimus, quod ignoret deus hoc vel illud gentẽ aut regnũ esse facturũ: sed ꝙ dimittat hominẽ voluntati suæ, vt vel præmia, vel pœnas sua volũtate & suo pręmio recipiat, quod illi denũciat deus. Sed quãdo ex bono fit iustus, vel contrà, ipse mutatur, non deus qui hoc præsciuit. Idẽ Hieronymus, Isa. 38, Quę enim futura dicuntur, ait, nec facta sunt non deo mutante sentẽtiam, sed prouocãte humanum genus ad sui notitiam, vt conuertatur ad eum, & non sit vltra dignus pœna qua fuisset si perseuerasset. Hæc Hieronymus. Multa quidẽ & grauia incõmoda malũ incutiẽdo proponit dominus, quo à nequitia sua resipiscat peccator, alioqui ęterno supplicio adiudicãdus, vt permultis prophetarũ oraculis cõprobatũ est.

De pollicitationis immobilitate.

Cõsilium dei immobile, sed non statutum.

E F

Qui cõfugimus ad tenẽdã propositã spem, quã sicut ancorã habemus animæ tutã ac firmã, & incedentẽ vsq; ad interiora velaminis, vbi præcursor pro nobis introiuit Iesus secũdũ ordinẽ Melchisedech, põtifex factus in æternũ. G

Spes, ancora animæ.

❡Ex his q̃ cõtulit deus Abrahę, nos certiores & tutos reddit, qbus de cęlestibus nulla est ambiguitas, at multo certior expectatio. Nõ enim secus nobis ac Abrahę pollicitatio est. [Q V I cõfugimus ad tenẽdã propositã spem, quã sicut ancorã habemus animę tutã ac firmã]. i. quam ancorę loco habem⁹. Nã vt illa cũ tẽpestas ingruit nauigia cõtinet, sistitq;: sic & spes eos, qui variis tẽtationũ procellis agitãtur, & nutãt, fixos reddit & immobiles. Rom. 8, Cert⁹ sum, qa neq; mors, neq; vita, neq; ꝓsentia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundũ, neq; creatura aliqua, poterit nos separare à charitate dei q̃ est in Christo Iesu. ❡Sed qđ tãtę certitudinis, cõstantię, & fortitudinis causa? Spes nimirũ. de qua Rom. 5, Spe enim salui facti sumus. [Q V A E incedit vsq; ad interiora velaminis]. i. cælos nos penetrare facit, ad beatitudinis ꝓmiũ perducẽs: qđ lõge est ab oculis nostris atq; remotissimũ. Hinc Rom. 5, Nõ solũ aũt sed & gloriamur in tribulationibus: sciẽtes ꝙ tribulatio patiẽtiã operatur, patiẽtia spem, spes autẽ nõ cõfundit: quia neminẽ sua spe deludit. ❡Hinc liquido ꝑspicuũ est, eũ à Paulo nimiũ abesse, q in resolutiõe de virtute indulgẽtiarũ dixit, Animas in purgatorio existẽtes præ cõfusiõe nescire quo statu sint, damnationis vel salutis: imo sibi videtur ire & descẽdere in dãnationẽ, & sic incertas esse super sua salute. Verũtamen cũ spem habeãt, quã velut ancorã, inquit Paulus, tutã ac firmã retinemus, nil est ꝙ desperẽt, aut desperatione frangãtur, quod vtiq; scelus grauissimũ est. Ephe. 4, Qui desperãtes semetipsos tradiderũt impudicitiæ in operationẽ omnis immũditię. Nõ igitur animę purgãdę, ne dicã in desperationem ruere, sed nec fluctuare, aut sup salute sua hęrere, cẽsendę sunt: q̃ ꝓsentis vitę ꝑiculis erutę, multo nobis securiores sunt. H Præterea si Paulus 1 Cor. 9 inquit, Sic curro, nõ quasi in incertũ: sic pugno, nõ quasi aerẽ verberãs: Ro. quoq; 8, Se à sua spe & expectatiõe nulla ratiõe nullõve argumẽto diuelli posse: Quid animas in purgatorio hoc ipsum de seipsis sentire prohibet? cũ Eccl. 11 scriptũ sit, Vbicũq; ceciderit lignũ ibi erit, siue ad Austrũ, siue ad Aquilonẽ. Et infra cap. 9, Statutũ est omnibus semel mori post hoc iudiciũ: cũ igitur illis purgatis diuino iudicio beatitudo repromissa sit, maximũ spei argumẽtũ ipsis relictũ est. Quas tamẽ graui supplicio affectas nõ diffiteor, autore Cyrillo in epistola ad Aug. q̃ inter Aug. epist. 206 supputatur. Eadẽ sunt (inquit) purgatorii & inferni pœnę magnitudine. Eadẽ inquã genere supplicia, nõ specie percẽserẽ: cũ nulla purgãdis animab. culpa mortalis insit. differũt tamẽ, quia infernales finẽ nõ expectãt, sed augmentum in die iudicii resumptis corporibus: q̃ vero in purgatorio sunt, post expletam pœnitentiam beatissimis gaudiis perfrui expectant. Distãt itaq; inuicẽ extẽsione. Postmodũ vero minus adhuc prospere super hac re locutus est. Ita enim videtur, inquit, in pauore ęternę mortis fieri, ꝙ non aliud sibi sentiũt imminere ex omni parte. Sic ait, quod ecclesia canit, A porta inferi erue domine animas eorũ. Et rursus, De ore leonis libera eas domine, ne absorbeat eas tartarus. & reliqua id genus. Quod purgatorium fateatur, & ecclesiæ autoritatem suspiciat, & reuereatur (faxit deus ita semper nobiscum sentiat) illi

Animas in purgatorio in spe esse salutis.

A assentior. Id tamen quod protulit animas purgandas, aut desperare, aut desperationi proximas, longe
secus ac scripsit ipsum intellexisse existimo: nec in hanc opinionem adduci possum, vt quem scripturas
diligentius euoluisse (vtinam tam salubriter quàm syncere ipse & intelligat, & interpretetur) semper iu-
dicaui, eisdem tropicis locutionibus aut hyperbolicis crebrius non inconcinne vti nescisse suspicer. Vt
autem huic rei testimonia conuenientia proferamus, habes id quod Isa. 5 scribitur, Ideo iratus est furor
domini in populum suum, & extendit manum suam super eum, & percussit, & conturbati sunt montes,
& facta sunt morticinia eorum quasi stercus in medio platearũ. vbi Hieronymus, Nos autem hyperbo- De tropicis & hyperbolicis locutionibus.
lice dictum putamus quòd magnitudine malorum imminentium montes concutiuntur, & cadaueribus
mortuorum repleantur omnes plateæ vrbium. Et paulo post eodem capite habetur, In omnibus his nõ
est auersus furor domini, sed adhuc manus eius extenta, & leuabit signum in nationibus procul, & sibi-
labit ad eum de finibus terræ. Et ecce festinus veniet. Demum sequitur, Rugitus eius vt leonis rugiet, vt
catuli leonum, & tenebit prædã, & nõ erit qui eripiat. Qui locus siue de Babyloniis & Nabuchodono-
sor (vt Hebræi volunt) qui Hierusalem, & templum subuertit: siue de populo Romano, vt Hieronymo
placet: perspicuum tamen est eum leonibus prophetam composuisse, quò pœnę acerbitatem ac magni-
tudinem figurate exprimeret: quòd instar leonis non tam ad pugnandum, quàm ad prædandum & vo-
randum venerit. Idcirco propheta compassionis affectu populo, tot miseriis, & angustiis obsesso se iun-
B gens dixit, Aspeximus in terram, & ecce tenebræ tribulationis. Ad idem Hieremiæ 2, Quare ergo fa-
ctus es in prædam? super eum rugiunt leones, & dederunt vocem suam, terram eius posuerunt in solitudi
ne. Leones principes Babylonis ob eorum crudelitatem, figurate appellãs: ita & ecclesia, cui nihil quod
honestum est non licet, hac locutione hyperbolica pœnarum acerbitatem (quæ vel grauissimę sunt)
quas animæ purgatorio detẽtæ sufferũt, expressit. ¶ Ne tamen cuiquam hoc locutionis genus prophe-
tis tantum conuenire videatur, consideremus Paulum interprete Hieronymo ad Galat. 1 hyperbolice
dixisse, Sed licet nos aut angelus de cælo euangelizet, præter quàm quod euangelizatum est, anathema
sit. Quod insuper canit ecclesia, A porta inferi &c. id vtique religiosè & sanctè agit. Inferni quippe no- Inferni nomine quid intelligatur
mine, non tantum locus æternis suppliciis deputatus intelligitur, imo etiam is quò animæ ante Christi
aduentum in refrigerio existentes detinebantur, vt vult Hieronymus Ozeę 13: ergo & purgatorii locus.
Quòd si alicui Hieronymi autoritas non satisfaciat, profero quod Gene. 25 habetur, Descendam in in-
fernum lugens filium meum. quæ verba sunt Iacob patriarchæ sane sanctissimi. Quodq; sanctus Iob di
xit, In profundum inferni descendam. quod nulli sanctorum optandum foret, si infernus damnatorũ tan
tum locum complecteretur. Ad idem est quod Act. 3 scribitur de Christo, Quia neque derelictus est in
inferno, neque caro eius vidit corruptionem: quem suscitauit deus solutis doloribus inferni, vt ibidem di-
citur, quod vtiq; damnatis non competit. Postremo, quatenus beatitudinis sperandę optimum nobis ar
gumentum præstaret adiecit, [VBI præcursor pro nobis introiuit Iesus] id est, in cælum sese recepit:
C & eodem loco consessuris nobis se ducem prębuit. Qui enim præcursor est, multorum est insequentium
præuius. Hinc Saluator Iohan. 14 dicit, Vado parare vobis locum. Vel secundo, vt pro nobis oratoris of
ficio erga deum patrem fungeretur, infra cap. 7, Accedens per semetipsum ad deum, semper viuens ad
interpellandum pro nobis. Quod & sequenti litera innuit, [QVI factus est, pontifex secundum ordinẽ
Melchisedech in æternum.] Non secũdum Aaron sacerdotium, quod tẽporale erat. De sacerdotio Chri
sti plura cap. sequenti disseremus. ¶ Hic pene omiseram quod Amos 4 habetur, Iurauit dominus deus
in sancto suo, quia ecce dies veniunt super vos &c. Vbi Hieronymus, Iurauit in sancto suo, id est, vel in
semetipso, vel filio, vel templo, vel in omni qui sanctus est. Quid igitur opus est dominum per semetip-
sum iurare, vt hic inquit Paulus. Dico Hieronymum docuisse vtrunque iusiurandum deo cõpetere, im-
precatorium videlicet, quo aliquid oppigneratur, quo res iurante inferior induci potest. vel iuramentũ,
quo aliquis in testem adhibetur, & tunc solus deus accersitur, vt prædiximus.

EXPOSITIO CAP. VII.

H Ic enim Melchisedech rex Salem sacerdos dei summi, qui obuia
uit Abrahæ regresso à cæde regum, & benedixit ei, cui & deci-
mas omnium diuisit Abraham. ¶ Quoniam superius Christum sacer-
dotem secundum ordinem Melchisedech dixit, hoc cap. illius sacerdotii excellentiam
D apposite depingit, vt hinc coniiciamus quantæ dignitatis & perfectionis sit Christi sa
cerdotium, cuius typum & figuram Melchisedech prætulit: simulque eum dignitate Abrahę præstare,
cui Melchisedech & benedictionem impartitus sit, & decimas ab eo exceperit. a quo Aaron & cæteri
legitimi sacerdotes genus duxere. Ex quo constat Christi sacerdotium, à sacerdotio legis veteris nimium
distare, ipsoque multo præstantius esse. Dicit itaque Paulus [HIC enim Melchisedech (cuius iam ali
quoties meminimus) rex Salem extitit.] Nam vt refert Hieronymus in epistola ad Euagrium, Hippoly Melchisedech.
tus, Hireneus, Eusebius Cęsarien. & Emisenus, dicunt eum hominem Chananeũ fuisse, regem vrbis Hie
rosolymæ, quę primum Salem, postea Iebus, ad extremum Hierusalem appellata sit. Quibus accedit Io-
sephus lib. 7 de bello Iud. cap. 18, Primus, ait, conditor Hierusalem, hoc est, nominis huius autor primus, Salem.
aut eiusdem instaurator, fuit Chananęorum potentissimus, qui patria lingua, id est, Hebręa, iustus ap-
pellatus est rex. erat quippe talis, ideoque sacerdotiũ deo primus exhibuit: & fano, id est, templo primo
ędificato, Hierosolymã ciuitatẽ prim⁹ vocauit, cũ ante Solyma vocaretur. Idẽ quoq; ait, lib. 1 Antiquit.
cap. 17. Quẽ sequitur Petrus Comestor lib. Ecclesiasticę hist. cap. 46. Salẽ tamẽ nõ esse Hierusalẽ Hie-
rony. dicta epistola ad Euagrium asseuerat. Salem autem, ait, nõ vt Iosephus, & nostri oẽs arbitrantur,
Hierusalem est, sed oppidum iuxta Scythopolim, quod vsque hodie appellatur Salem: & ostẽditur ibi

pallatium Melchiſedech ex magnitudine ruinarum veteris oppidi, oſtendens magnificentiam. de quo E
in poſteriore quoque parte Geneſeos cap.33 ſcriptum eſt, Tranſiuit Iacob in Salem ciuitatem regionis
Sichem, quæ eſt in terra Chanaam. Hieruſalem vero in terra Iuda ſita eſt. Conſequens igitur eſt quòd
non poteſt eadem dici. Huic tamen argumento ipſemet Hieronymus lib. Quæſtionum hebraicarũ oc-
currens inquit, Error oboritur quomodo Salem ciuitas Sichem appelletur, cum Hieruſalem in qua re-
gnauit Melchiſedech, Salem ante ſit dicta. vnius igitur vtraque vrbs nominis eſt, quod etiam de plurib⁹
Iudeę locis poſsumus inuenire, vt idem vrbis & loci nomen, in alia, & alia tribu ſit. Quam ſententiã ſe-
quitur glo. ordin. Gene.33. Quæ opinio idcirco mihi probatur, quòd Hieronymus alterius argumẽtum
refellat. In eandem ſententiam mecum Auguſt. conuenit pſal.33, Salem ciuitas fuit, ait, antea illa, quæ
poſtea, ſicut docti prodiderunt, Hieruſalem dicta eſt. Lyranus ſimiliter poſt Iſidorum. Alterã tamẽ opi-
nionem ab eruditiſsimis Hebræorum ſeſe habuiſſe Hieronymus dicta epiſtola teſtatur. Quam glo. hoc

De ſacerdotio primo.

loco & Iohan.3 ſequitur. Fuit item, [SACERDOS dei ſummi,] Sacerdotium nempe ſub lege natu-
rali primogenitis demandatum eſt, teſte Origene lib.1 Iob. Erant, inquit, ea tempeſtate ſacerdotes nec-
dum à lege ordinati, ſed naturali ſapientia hoc requirente ac perficiente. Omnes nanque primogeniti à
Noë vſque Aaron ſacerdotes fuere, qui in conuiuiis & oblationibus (vt vult Petrus Comeſtor loco nũc
inducto) populo benedictionem impendebant. Melchiſedech autem, vt mox conſtabit, Noë primogeni-
tus extitit. Non mirum igitur ſi hoc munere functus eſt. Vel aliter, hoc ius ſimul & regium ob vitæ ſan-
ctimoniam & meritum, vt placet Hieronymo dicta epiſtola, & Ioſepho, dicto lib. antiquitat. cap. eodẽ, F
illi cælitus creditum eſt. Chryſoſtomus autem homil.34 in Gene. huius ſacerdotii præter argumentum
iam inductum, aliud affert. Sacerdos autem erat (inquit) forte à ſemetipſo ordinatus. Sic enim tunc erãt
ſacerdotes. Vel quia ętate prouectior erat, à ſuis colebatur. Vel, ꝙ & ipſe ſacrificare ſtuduit, ſicut & Noë
Abel, Abraham, quando ſacrificia obtulerunt. Priorem tamen ſententiam nõ probarem, cum dicat Pau-
lus ſupra cap.5, Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à deo. Qui eo loco de Chriſti ſacer-
dotio & Melchiſedech pertractat. Non enim abs re eam dubie protulit. [QVI, Melchiſedech, obuiauit
Abrahæ regreſſo à cęde regum, & benedixit ei] Quod cõpertius habetur Gen.14. At quoniam ſpirita-
lia miniſtrantibus obſequio deuincti ſumus, Rom.15, Gentes enim quia participes factæ ſunt ſpiritaliũ,
debent & in temporalibus miniſtrare: Idcirco ipſi Melchiſedech velut dei ſummi ſacerdoti & ſuperiori,
☞ quo ſe ab hoc iure Abraham vindicaret, omniũ decimas obtulit. ¶ Quã hiſtoriam ſimul, & Gene. locũ
à quo deſumpta eſt, ſtudioſius proſpicere magnopere optarẽ eum, qui tractatu aliquoties iam citato, ait,
Plurimi nũc in eccleſia nihil aliud ſomniant quàm bella aduerſus turcam ſcilicet, non cõtra iniquitates,
ſed contra iniquitatis virgam bellaturi, qua depelluntur iniquitates: deoque repugnatur, qui per hãc vir
gam dicit ſeſe viſitare iniquitates noſtras, eo ꝙ non viſitamus eas. Hæc ille. Cui ſentẽtiæ ſuum addidit
calculum, ab ea aut quàm minimum aut nihil diſtans, is qui ſuo Antidoto in epiſtolam Hieronymi ad

Bella quaten⁹ permittãtur.

Gerontiam de monogamia inquit, In hac epiſtola apparet Hieronymũ in hac fuiſſe ſententia, vt exiſti-
maret in lege Moſaica licuiſſe belligerari, in euangelica non idem permitti: cum Chriſtus iuſſerit Petrũ
recondere gladium. quod vtinam ſimpliciter Chriſtianis omnibus eſſet perſuaſum, vt nulla purgatione G
ſit opus: quibus hodie nimium placet bellum. Nam hæc Chriſti mens omnino fuiſſe videtur, vt toleran
tia ſuperent Chriſtiani non armis. Hæc ille. At egit ne Abraham quippiam contra deum? Nunquid di
uinæ iuſtitiæ reluctatus eſt? aut ius naturæ inuiolatum læſit? Quem deo obſequendi præcipuam curam
ſemper geſsiſſe, ſacra eloquia teſtificantur. Cui nil aliquando aut antiquius aut ſacratius religione exti-
tit. Qui denique bello proſpere geſto, quo reges Loth ſibi neceſsitudine coniuncto infenſos profligauit:
& à ſacerdote dei ſummi Melchiſedech, viro vtique non vulgari ob id in ſuę iuſtitię teſtimonium bene-
dictionem excipere promeruit. Cuius congreſsus in hoſtes, vt naturali, ita diuino hic à Paulo compro-
batur. Conſideret itaque qui hoc tantùm Iudæis ſub iugo legis degentibus licuiſſe aſſeuerat, poſt qua-
dringentos & triginta annos à promiſsione Abrahæ, autore Paulo ad Galat.3, veterem illam legem
Moyſi conceſſam fuiſſe. Facit item quod Exod.17 habetur, Fecit Ioſue vt locutus fuerat Moyſes, & pu
gnauit contra Amalech. Nondum tamen lex illa vetus prodierat in lucem, vt patet cap.19, & ſequenti
eiuſdem libri. Præterea nunquid Paulus, vt Act.23 dicitur, trecentos viros armis inſtructos aſſumpſit,
quatenus Cæſaream ſecure perduceretur, eiſque occurreret qui vitæ illius inſidiabantur? imo etiam ſi
ipſum manu armata aggrederẽtur eadem virtute propulſarẽtur. Quid enim militaribus armis tũc opus
fuiſſet, ſi ſola patientia dimicandum erat? Didicerat quippe Paulus euangelium ſua prædicatione diſſe-
minandum, necdum aduerſariorum gladiis diſtrictis cedendum eſſe. Ad idem eſt quod Rom.13 ſcribi-
tur, Non enim ſine cauſa rex gladium portat, vindex eſt enim in iram ei qui male operatur. Non igitur H
penes principem ſemper manet reconditus enſis. Sed quid, quæſo, pernicioſius aut peſtilẽtius regno ac-
cidere poteſt, quàm reipublicæ tranquillum ſtatum, aut perturbare, aut armis euertere moliri? Cuius ſa-
lus & integritas quibuſcunque priuatis rebus multo præſtantior, & precioſior eſt: & idcirco charius ab
omnibus amplexanda. Quid igitur prohibet principem qui, vt vult Paulus, vltore gladio vindex eſt in
iram ei qui male operatur, capitales reipub. hoſtes, inimicos pacis, totiuſque æqui contemptores colle-
cto exercitu armis profligare? cuius ſolius virtuti id non conceditur. ſuper quo iucundo, prudentiſſimũ
ac ſaluberrimum ſaluatoris documentum extat, Lucæ 14, At quis, inquit, iturus committere bellum ad-
uerſus alium regem, non ſedens prius cogitat ſi poſsit cum decem millibus occurrere ei qui cum vigin-
ti millibus venit ad ſe? alioqnin adhuc illo longe agente, legationem mittens rogat ea quæ pacis ſunt.
Adde huc quòd militibus viuendi regula Lucæ 3 præſcripta eſt. quibus ſciſcitantibus, quid faciemus &
nos? ſubintulit beatus Iohannes, Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti eſtote ſti
pendiis veſtris. Quem locum pertractans Auguſtinus lib.22 contra Fauſtum Manichæum, cap.74,

A cuius verba habentur in cap.Quid culpatur, 22 quæst.1 dicit, Non ait Beatus Iohannes militibus, arma
abiicite, militiam hanc terrenam deserite, neminem percutite, vulnerate, prosternite neminem : sed quia
sciebat eos cum hæc militando facerent, non esse homicidas, sed ministros legis, & salutis publicę defen
sores, respondet eis quod Lucæ eodem loco habetur. Rectius itaque censuit Ambrosius , cui res militaris
plurimum probatur libro 1, cap.3 de Abraham patriarcha:& libro primo de Officiis, cap. 41. Habes, ait,
fortitudinem bellicam, in qua non mediocris honesti ac decoris forma est, quòd mortem seruituti pręfe-
rat, ac turpitudini. Augustinus quoque qui tractatu 19, de verbis domini, cuius verba habentur in cap.
Militare, 23 quæst.1 dicit, Militare non est delictum, sed propter prędam militare peccatum est . Profe-
rens id quod Matth. 22 habetur, Reddite quæ sunt dei deo, & quę sunt Cæsaris Cęsari. Cui tributa prę-
stantur (inquit) lib. illo 22 contra Faustum Manichæum, vt propter bella necessaria militi stipēdia per-
soluantur. Profert item quod Matth.8, & Lucæ 7 habetur, vbi Centurionis prudentiam & militaris di-
sciplinæ dispensationem vnà cum fide illius dominus probauit: nequaquam autem militiæ detraxit. Ad-
de Hieronymum in Matth.cap.14, Non igitur militaris disciplina vitio danda est. Consultius tamen fo
ret Christianorum controuersias pace quàm bello sopiri. complures enim sunt huiuscemodi ingenio, vt
gladio sæuiente dei & hominum leges pro telis aranearum ducant: nihil sibi non licere credentes: qui-
B bus nil placet quod nō idem spurcum & obscœnum sit: hinc furta, rapinæ, sacrilegia, adulteria, incestus,
stupra, contumeliæ, innocentum oppressiones, homicidia, iurisiurandi violata religio, blasphemiæ exe-
crabiles, & totius pietatis Christianæ neglectus proficiscuntur . Quòd si ad horam bellum perditis ho-
minibus prouinciam purgauerit, mox tamen multo deteriores reddet. Pene quippe inauditum est, vt qui
huiuscemodi sunt, cōminus hostem aggrediātur, & vitæ propriæ periculum faciant. Hæc vtinam secum
animo propensius versarent quibus in manibus est bella gerere. haud tamen nescius sum corruptissimis
hominum moribus non militari disciplinæ id ascribendum esse. ¶ Superest primo loco, obiecta refel- Obiectiones refelluntur.
lamus. Esto enim turcæ & reliqui infideles bella gerentes, flagella & dei virga esse censeantur: vt Isa.ca.
10 ostendit, Væ Assur, virga furoris mei, & baculus ipse est: in manu eius indignatio mea. his tamen oc-
currere nequaqam prohibuit dominus. Infirmitates nēpe & mortem dominus sceleribus nostris prouo-
catus sæpius immittit. Quis tamen adeo desipiens, vt infirmitatem non curandam, aut mortem non de-
uitandam ducat? Legimus enim Ezechiam regem infausta valetudine ob scelus suum, aut ne in superbiā
post incredibiles triumphos (vt sentit Hierony.) cor eius eleuaretur, à deo affectum, fusis precibus conua
luisse, Isa.38. Quis rem iniquam à deo aliquando postulauit, & exauditus est? Scimus enim quoniā pec-
catores non exaudit dominus, Iohā.9. Pręterea dominus populo cōminatur perdite viuēti, id quod Hie-
rem.29 habetur, Ecce ego immittam in eos gladium, famem, & pestem. Dauid tamen sanctus pestē plu
rimum desęuientem precibus suis extinxit, iratumque dominum ad clementiam & benignitatem indu
C xit. Plurimos insuper (vt noui instrumēti testimonia perstringamus) variis infirmitatibus detentos Chri
stus perfecta incolumitate eorū precib⁹ inclinatus donauit. Hoc ipsum pluries egere apostoli, velut act⁹
apostolorū testātur. nec alienū ab hac re fuerit, si periculose naufragio laborātes, Pauli suffragio ereptoa
recēfuerimus, vt patet Act.27. Quòd vero posterior in hāc sentētiā Hieronymi scripta adnitatur cōtor-
quere, tāetsi locū nō proferat, ipsum tamē illi sentētiæ innixū indicaui qua Hierony. eadē epistola inquit,
Tūc, in lege Moysi videlicet, oculū pro oculo: nunc, verberanti maxillā præbemus & alteram: illo tempo
re bellatoribus dicebatur, Accingere gladio tuo super femur tuum potentissimè: modo audit Petrus, Cō
de gladium tuum in vaginam. qui enim gladio percutit, gladio ferietur. Id tamen Hierony. in morē con
silii non præcepti dixisse facile comperies, si priorem huic sententiæ componas. Olim, ait, gloriæ erat il-
lum audire versiculum, Filii tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Nune de continentibus
dicitur, Qui adhæret domino, vnus spiritus est . Et, Adhęsit anima mea post te, me suscepit dextera tua.
Tunc, oculum pro oculo: nunc, verberanti maxillam præbemus & alteram . Continentiam tamen nec
viduis nec virginibus, nisi propria pollicitatio aut votum accesserit, præcipi, ex his quæ 1 Corinth.7 di-
cuntur, exploratissimum est. Ira aut cedere aduersario, aut defensione, vti liberum est nobis, quemadmo-
dum continentia virginalis aut vidualis consilii est non præcepti. vtrorumque enim Hieronymus eo lo
co simul meminit. Hinc August. dicto lib.22 contra Faustum Manichæum, inquit, Hoc argumētū Ma
D nichæorum est? Intelligant tamen hanc præparationem non esse in corpore, sed in corde, & animi præ-
paratione: ꝙ scilicet paratus sit si iniuria inferatur, ob Christū, eam æquanimiter sufferre . Cum tamen
Hieronymū inducat illud Matt.22, producētē, Reconde gladium tuū in vaginam: vt par pari referam,
audiat Hieronym. eo loco dicentem, Et si non frustra portat gladium qui vltor iræ dominicæ est : posi-
tus in eum qui male operatur: attamen alius, qui gladiū accipit non publica videlicet autoritate, sed pri-
uata, gladio peribit iustitiæ diuinæ. Ad idem August. in quæstion. veteris & noui testamenti, quæst.104.
Quare ergo sententia data est, ait, vt qui gladium accipit gladio peribit? Nisi ꝙ nulli licet excepto iudi-
ce quenquam gladio occidere. Nemo igitur his rationibus adductus, quas abhinc mille annos August.
docte cōfutauit, à veritate abducatur. Pręter has tamen, quatenus aperte doceamus nullam adeo incō-
cussam veritatē, tam synceram, tamque repurgatam, quę argutis rationibus validissimisq; argumentis
aliquoties nō agitetur: expugnetur autē nequaq̄, sed si Esdræ assentimur, victoriæ palmā secum deferet
profero Ambro. qui lib.1 de Officiis, cap.35, ait, Nunc de fortitudine tractemus, quæ velut excelsior cæ-
teris diuiditur in res bellicas & domesticas. Sed bellicarū rerū studiū à nostro officio iam alienū videtur:
quia animi magis q̄ corporis officio intēdim⁹: nec ad arma iā spectat vsus noster, sed ad pacis studia. Ma
iores enim nostri, vt Iesus Naue, Sāpson, Dauid, summā quoq; reb⁹ bellicis retulere virtutē. Videtur igi-
tur militiā tēporalē illis cōcessam: Christianis denegari. Multo tamē aliter (vt iā docuim⁹) sentit Ambr.
qui in psona sui & aliorū ecclesiasticorū loquitur : à qbus causa sanguinis prorsus aliena est, vt ipsemet

A generationẽ,qui à ſolo patre procedit generatione cęleſti. Et ita Ambroſius hãc literã explicat lib.4 de
ſacramentis cap.3.Dicitur pręterea ſine genealogia,quia ipſa Chriſti natiuitas ſecundum diuinitatem in-
enarrabilis eſt,Iſaię 53,Generationẽ eius quis enarrabit? Deinceps aliam affert ſimilitudinẽ, [Neq; ini-
tium,inquit,neque finem vitæ habens]Melchiſedech,cuius videlicet ſcriptura meminerit.Hinc Theophy
lactus,Melchiſedech vero,vt homo quicunque,proculdubio habuit & vitæ principium,& finem:cuiuſmo
di tamen,nos ignoramus:quippe qui nec eius geniturę,nec mortis tempus tenemus.Sic Chriſtus ſecun-
dum diſpenſationem naturæ diuinæ nec principium nec finem habet.infra cap.13,Chriſtus Ieſus heri,ho
die,& in ſecula. ¶Huic tamẽ interpretationi obſtare videtur quod Melchiſedech,Sem primus filius Noe
cenſetur:cuius genus & parentes Gen.5 deſcribuntur.Noe vero cum quingentorum eſſet annorum,ge-
nuit Sem,Cham,& Iaphet.Quod autem Sem ſit ipſemet Melchiſedech,Hieronymus dicta epiſtola,&
Iſaię 46,Hebræos ſecutus aſseuerat. ſubtili admodum ſupputatione adiecta,quam Gen.11 pene eãdem
comperies:idcirco eam pertranſeo:ex qua Abraham ipſius Melchiſedech abnepotem conſtat.Quod &
Hieronymus quæſtionibus hebraicis firmat,dicens,Aiunt Hebræi Melchiſedech Sem filiũ Noe primo-
genitum:& ſupputantes annos vitæ ipſius oſtendunt ipſum vſque ad Iſaac vixiſse,omneſque primogeni-
tos Noe,donec Aaron ſacerdotio fungeretur,fuiſse pontifices.Ad idem Petrus Comeſtor lib.hiſtoriæ ec
B cleſiaſticæ cap.46.Veruntamen vt hoc interim concedamus,nihilo ſecius ſub hoc nomine Melchiſedech
ſcriptura ſacra Sem non meminit.Præterea licet Hebræi ita referant(quibus pene omnes conueniunt)ni-
hil tamen ſimile ſcriptura expreſsit,quod Paulo abunde ſufficit,quatenus inter typum & rem ipſam non
nihil ſimilitudinis ſit.

Aſsimilatus autem filio dei,manet ſacerdos in perpetuum. ¶Hic Chriſti
ſacerdotii veritatem exprimit.Melchiſedech nanque filio dei aſsimilatus,vt præmiſimus,manet ſacerdos
in perpetuum.Non quod perpetuo fungatur ſacerdotio,qui nec perpetuo victurus erat,& vt cæteri ho-
mines naturæ conceſsurus:mortem enim iam multis ſeculis obiit:ſed quia de eius morte nihil habetur in
diuinis codicibus exploratum,velut iam prælibatum eſt.Vel aliter ſecundum glo.interl.Sacerdos in per-
petuum dicitur,quia Chriſti ſacerdotium præſignauit,quod perpetuum erat,& æternum,cuique Leuiti-
cum ceſsit,infra hoc cap.Tranſlato ſacerdotio neceſse eſt vt legis tranſlatio fiat.Ipſum vero,teſte Aug.
nullum aliud ſubſequetur.qui lib.1 contra aduerſarium legis & prophetarum,cap.20 locum illum pſal.
109 enarrans,Iurauit dominus & non pœnitebit eum,inquit,Quod eum non pœnitebit, ſignificatio eſt,
ꝙ hoc ſacerdotium non mutabit.Mutauit quippe ſacerdotium ſecundum ordinem Aaron.

Intuemini autem quantus ſit hic cui & decimas dedit de præcipuis Abra
C **ham patriarcha.Et quidem de filiis Leui ſacerdotium accipientes, manda-**
tum habent decimas ſumere a populo ſecundum legem, id eſt a fratribus
ſuis,quanquam & ipſi exierunt de lumbis Abrahæ: cuius autem generatio
non annumeratur in eis, decimas ſumpſit ab Abraham. ¶Vbi typum veritati
coaptauit,id eſt Melchiſedech Chriſto:iam confidens oſtendit figuram ipſam Iudæorum ſacerdotio cla
riorem extitiſse,neque hoc modo,ſed & ipſo progenitore Abraham.Si igitur figura tantopere cæteros
antecedit, longe magis & pontifex Chriſtus incomparabiliter iſtos dignitate anteibit.Intuemini igitur,
ait,& diligentius animaduertite,quantus ſit hic Melchiſedech,& quantũ præſtet. Cui decimas obtulit
de præcipuis bonis Abraham patriarcha:non plebeius quiuis,aut abiectior: quippe qui multarum gen-
tium pater dictus ſit,Rom.4,Patrem multarum gentium poſui te ante deum cui credidiſti. Conſequens
eſt igitur vt Melchiſedech ipſo Abraham honoratior,ꝙ ſuperior,ſit, cum inferioris ſit decimas ſuperiori
largiri.Sed veteris inſtrumenti autoritate confirmat,quæ Numer. 18 habetur, dicens,Et quidem de filiis
Leui ſacerdotium accipientes,vt erant filii Aaron,& eius ſucceſsores,quibus id officii à deo demandatum
erat,Exod.28,Applica mihi Aaron & filios eius,vt mihi ſacerdotio fungantur.Cæteri vero Leuitæ diui-
no cultui deſeruientes ſacerdotum munere nequaquam fungebantur.Numeri 3,Eruntque Leuitæ mei,
D quorum officio incumbebat,vt eiuſdem cap.principio dicitur,Sacerdotibus miniſtrare,applica tribũ Le-
ui,& fac ſtare in conſpectu Aaron ſacerdotis,vt miniſtrent ei,& excubent,& obſeruent quicquid ad cul-
tum pertinet multitudinis coram tabernaculo teſtimonii,& cuſtodiant vaſa templi ſeruientes in miniſte-
rio tabernaculi:Aaron autem & filios eius conſtitues ſuper cultum ſacerdotii.Ita ætate noſtra diacones
leuitis ſuffecti ſunt,ab excellenti altaris miniſterio remoti:vt in Concilio Laodiceno actione 25 habetur,
Non oportet diacones panem offerre ſanctum,id eſt euchariſtiam:nec calicem benedicere,ſed in mini-
ſterio altaris ſacerdoti deſeruire.Et in Concilio Carthaginenſi 4,actione 37,præcipitur,vt diacones ita
ſe preſbyteri vt & epiſcopi miniſtros ſe eſse cognoſcant.Et in Concilio Arelatenſi 1,actione 18. Dicit
itaque Paulus ſacerdotium accipientes,mandatum habent accipere decimas ſecundum legem à fratribus
ſuis:quòd à Leuitis non ſacerdotibus decimam decimarum velut reliquis pręſtantiores deſumebant,Nu-
meri 18.Quanquam & ipſi Leuitæ licet inferiores exierint de lumbis Abrahæ,id eſt eiuſdem gẽtis & ge
neris cum ſacerdotibus ſint,& ab eodem ſtipite prodierint.Ex quo perſpicuum eſt ſacerdotes cæteris po
tiores & excellentiores extitiſse.Eoque argumento Melchiſedech ipſo Abraham ſuperiorem,à quo deci-
mas accepit:& Chriſtum haud abſimili argumento,qui eo Melchiſedech honoratior habetur,quo figu-
ram res ipſa excellit.¶Hoc textu ambiguitas nõ mediocris autore Hieronymo dicta epiſtola depellitur,
quoniam licet iuxta hebraicam veritatem,& 70 interpretes,vtrunque intelligi poſsit,quòd & Melchiſe-
dech decimas acceperit ſpoliorum,& decimas dederit ſubſtantię ſuæ,auitam largitatem oſtendens in ne-

potem ſuum Abraham.Ideo Ioſephus lib.1 antiquitatũ,cap.18,ait,Miniſtrauerat Abraham, & exercitui E
eius Melchiſedech xenia ſeu muneta,& multam rerum opportunarum abundantiam. Abraham enim
dans ei etiam decimas ſpoliorum,munus accepit. Attamẽ hanc difficultatem Paolus aperte euacuat:cum
non Abrahã decimas accepiſse:ſed contrà Melchiſedech ab ipſo Abraham referat. ¶Contra hunc textũ
quiſpiam in hunc pene modum obiicit,Si præceptum eſt altaris miniſtris à reliquo populo decimas ac-
cipere:videtur Paulus oeglecti præcepti reprehendendus,qui 1 Curinth.9 dixit,Dominus ordinauit his
qui euangelium annunciant,de euangelio viuere:ego autem nullo horum vſus ſum. Quam obiectionem
refellere coutendens ait,Eccleſiaſticis liberum eſse decimas recipere oblatas , nec ſuper his ſuſcipiendia
vllo præcepto obſtrictus eſse:populo vero illas offerre præcipitur. Salua tamen tanti viri reuerentia dixe
ro,eccleſiaſticos exiſtimo præcepto addictos eſse.quibus in cap. Vobis,12 quæſt.2.præcipitur,ꝙ omnia
eccleſiaſtica iura ſtudioſe adminiſtrent.ne quicqoam eorum per incuriam & negligentiam minuatur,ſed
omnis penſionis ſumma ad antiſtitem deferatur,qui in qoatuor partes eam diſpenſet. Hæc ibidẽ. In ca-
nonibus quoque apoſtolorum canone 39 dicitur,Oportet negociorum eccleſiaſticorum curam habeat
epiſcopus,& ea velut deo contemplante diſpenſet:nec ei liceat ex his omnibus aliquid omnino contin-
gere,aut parentibus propriis quæ dei ſunt condunare.ꝙ ſi pauperes ſunt,tanquam paupetibus ſubmini-
ſtretur, nec eorum occaſiooe eccleſiæ bona deprędentur.quod vtique contingeret, ſi decimæ in cleri &
paupetum ſubueutionem erogandæ tam facile condonarentur. Nun ſecus ac ſi pecuniam eccleſiæ debi-
tam,debitori relaxaret. Huc pertinet quod in Cõcilio Agatenſi actione 22 definitum eſt,Vt clericus res F
eccleſiæ vendere aut donare penitus non præſumat:quod ſi fecerit,facta venditio aut donatio nun tene-
bit:& de facultatibus,ſi quas habet,indemnem eccleſiam reddat. Et rurſus eiuſdem Concilii actione 6,Si
cui ſacerdotum quid in teſtamento relictum eſt,non poteſt ſuper eo ſacerdos diſponere,ſed exigendum
eſt,vt paopenbus detur.vt patet actione 4.Ita & imprę̃ſentiarum cenſendum eſt.Paulus vero tametſi do
ctrinæ inſudaret,& altario intenderet,hac tamen poteſtate vſus oon eſt,ne euangelio ipſe qui prę̃ter cæ-
teros expectatæ fidei erat,offendiculo foret:vt Pauli conrextus eo loco manifeſte inſinuat:Sed nõ ſumus
vſi hac poteſtate,ait,ſed omnia ſuſtinemus,ne quod offendiculum demus euãgelio Chriſti:& oe pſeudo
apoſtolis,qui auaritia nemini cedebant,vllũ argumentũ colligendę pecuniæ relinqueretur. ¶Demũ præ-
ter rationem hanc priori propoſitioni alteram connectit dicens,Cuius autem generatio non numeratue
ex eis:id eſt Melchiſedech,qui non ex Iudæis ſed geotibus genus duxit , decimas ſumpſit ab Abraham,
Gene.14.igitur ipſo maior extitit. Et vt qoaſi compendioſo ſermone cuncta complectar,hæc huius argu
menti vis eſt. Idcirco ſacerdotes leuitis præſtabant,ꝙ decimas ab ipſis acciperent:ſed Abrahã prædæ ſpo
liorum ipſi Melchiſedech decimas contulit,illo igitur inferior extitit. Ne quem tamen forte hæc ſuſpitio
Hebręi vnde dicti. ſubeat,cum Abraham originem traxit à Sem , vt conſtat Gene.11,qui & Melchiſedech cenſetur : a quo
Abraham,vt placet Ambroſio ad Philip.3,Hebræi nomẽ ſortiti ſunt:eorum igitur genealogiæ annume-
rari , qui illis & author & principium extitit,videtur:Conſideremus ꝙ Hebræi ſiue ab Abraham,vt vult
Ambroſius,ſiue ab Heber,qui ſextus ſuper Abraham fuit,vt reliquis placet,Ioſepho lib.1 antiquitatum, G
cap.14.Hieronymo in quæſtiouibus hebraicis ſuper Geneſin,& Ezechielis 7,& Auguſtino lib.2 retra-
ctatioonm cap.16,& lib.16 de ciuit.cap.11,dicti ſint:Hebrę̃orum tamen nomen ſub tempore Melchiſe-
dech nondum innotuerat:nec præcipua religione dei populus peculiaris gens Hebrę̃orũ,ſi Auguſt.dicto
lib.de ciuit.fidem faeimus,tũc cenſebatur. Nimirũ ergo ſi inter Hebræos Melchiſedech nõ annumeretur.

Et hunc qui habebat repromiſsiones benedixit. Sine vlla autem contra-
dictione quod minus eſt a meliore benedicitur. ¶Hoc ipſum,quod videlicet Mel-
chiſedech Abraham longe antecellat,altera ratione corroborat. Et hunc Abraham,inquit,cui factæ ſunt
repromiſsiones,de quibus ſupra cap.proximo,Melchiſedech benedixit:ſine vlla autem contradictione,&
vt omnes ſentiunt,quod minus eſt à meliore benedicitur:id eſt dignitate prouectiore,uon meritis. Liquido
igitue cõſtat Melchiſedech multo præſtantiorẽ & houoratiorem ipſo Abraham eſse. ¶Nõ abs re autem
minorem à meliore dignitate non meritis benedicendum interpretati ſumus:ne error illorum cuiuſquam
meotem pulſet,qui quemlibet iuſtum quouis homine peccatore,tamen quacunque dignitate prædito,ſu-
periorem ac maiorem temere aſſeuerant. Quos Paulus hoc loco percutit adiecta autoritate,quæ Lucæ 2
habetur,Et benedixit illi Symeon,& dixit ad Mariam,Hic poſitus eſt in ruinam &c.qui tamen virgine
Maria meritis melior non erat,aut ſuperior,ſed dignitate tantum præſtantior. Idcirco hic error inter cæ-
teros Iohannis Hus in Concilio Conſtantienſi,ſeſsione 15,iure damnatus eſt.qui impudenter aſseuera- H
bat nullum gerere vicem Chriſti,aut Petri,niſi eum ſequeretur in moribus: cum nulla alia ſequela perti-
nentior ſit,nec aliter à deo recipit procuratoriam poteſtatem,quia ad illud requiritur & morum conſue-
mitas & inſtituentis auctoritas. Hactenus ille. Coutra quem eſt illud Matth.23,Super cathedram Moyſi
ſederunt ſcribæ & phariſæi:quæ dicunt facite,ſecundum eorum opera nolite facere. Primæ quoque Pe-
tri 2,Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis veſtris,non ſolum bonis ſed etiam diſcolis. Hinc Dauid
Saulem quamuis reptobum æquo animo tolerauit,1 Reg.24,& ſequentibus. ¶Hunc locũ Pauli ob ocu-
los habere optarem,qui in ceremonias eccleſiæ rite ae ſalubriter inſtitutas oblatrant , eaſdem repudiant:
antequam intelligant,lacerant,& mordẽt:cuiuſmodi eſt is qui Antidoto ſuo in epiſtulam Hieronymi ad
Ruſticum monachum verſus finem ait, Poſtremo quàm minimum ſeruitutis ac ceremoniarum olim mo-
nachis extitit:quæ magis ad Iudæos pertinent quàm Chriſtianos:& ſuperſtitioſum facere poſsunt,pium
nun poſsunt. Hæc ille. Ne tamen oleum & operam perdidiſse videamur,in primis quid benedictionis no
Benedictio. men indicet,perdiſcamus ex Ambroſio & Hieronymu Ephe.1,ac Origene qui Roma.12 locum illum
Pauli enarrans,Benedicite & nolite maledicere,ait,Sermo hic benedictionis in ſcripturis diuerſe ponitur.

A Nam deus benedicere vel homines vel cætera quæ creauit inuenitur. vt patet Gene.1.Item homines vel
cæteræ creaturæ deum benedicere iubentur,psal.102,Benedicite domino opera eius.Sed dei quidem be
nedictio aliquid muneris semper his qui ab eo benedicũtur impartit.homines vero deum benedicere,pro
eo quod est laudare,& gratias referre dicuntur.Homo homini vero vbi bonum aliquod alteri precatur,
cuius impræsentiarum ratio habenda est,cum huius hic meminerit Paulus,& rursus 1 ad Timot.2,Ob-
secro igitur,ait,primo omnium fieri obsecrationes,orationes,postulationes,gratiarum actiones,pro omni
bus hominibus.Quem locum Augustinus interpretatus epistola ad Paulinum quæstione 9 inquit,Inter-
pellationes autem siue vt vestri codices habent,postulationes,fiunt cum populus benedicitur:tunc enim
antistites velut aduocati susceptos suos per manus impositionẽ misericordissime offerunt potestati.Hanc
insuper benedictionem cunctis precatur Apostolos,initio suarum epistolarum.Hinc Origenes Roma.1,
erudite ait,Satis compertum est quòd hæc pacis benedictio,quæ datur dilectis dei ad quos scribit Paulus,
non sit minor q̃ fuit benedictio Noë in Sem & Iaphet:quæ per spiritum impleta est erga eos qui fue-
rant benedicti.Et ea similiter qua benedictus est Abraham à Melchisedech,& Iacob à patre suo Isaac,&
duodecim patriarchæ à patre suo Israel.Non ergo his omnibus inferiorem dico hanc Pauli benedictio-
nem.AEque igitur prospecte ac religiose ecclesia censuit has benedictiones ab episcopo & reliquo clero
certis horis,locoque decenti,populo impartiri.Cum Paulus dicat,Sine contradictione minorem à melio-
B re benedici.Cui accedũt ea quæ nunc recensuimus.Quod si æqui cõsulamus,idipsum de quibuslibet aliis
ceremoniis sentiemus,quas obseruandas docet Hieronymus in epitaphio Nepotiani ad Heliodorũ.Mens
inquit,Christo dedita æque & in maioribus & in minoribus intenta erat. Qui cum solicitus esset si nit e-
ret altare,si parietes absque fuligine,si pauimenta tersa,si ianitor creber in porta,si sacrarium mundum,si
vasa luculenta,& in omnes ceremonias pia solicitudo disposita,non maius non minus negligebat officiũ,
Ad idem Augustinus epistola 118 ad Ianuarium.Quibus etiam sacra concilia magnopere studendũ hor
tantur & præcipiunt,vt patet Concilii Niceni actione 2,4,& 8,& aliis frequẽtissime.Præterea quòd Pe-
trus & Iohannes orauerunt,morale est:quòd vero hora nona,vt Act.3 habetur,ad ceremonias pertinet:
quòd item in vnum locum conueniant,simulque sacrum corpus Christi suscipiant,& pleraque id genus
quæ ad religionis Christianæ officium impendio conducunt,ad ceremoniarum legem referuntur.

Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt : ibi autem conte-
statur quia viuit, & vt ita dictum sit per Abraham & Leui, qui decimas
accepit decimatus est.Adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuiauit
ei Melchisedech. ¶Quanquam vna & altera ratione,præsenti negocio plene satisfactum sit,
tertiam tamen inducit,qua identidem arguit Melchisedech videlicet sacerdotium altero præstantius esse.
Siquidem & hic,apud sacerdotium Leuiticũ decimas morientes homines accipiunt:Ibi vero,vbi de Mel-
C chisedech agitur,contestatur scriptura quia viuit:cum eius vitæ meminerit,mortis autem nequaquam : vt
doceret sacerdotium Christi,cuius significantiam & figuram gessit,perpetuum & æternum esse.Ne ta-
men cuiquam tacita cogitatio suboriatur,quòd si Abraham decimas Melchisedech obtulit & decimatus
est,nihil tamen Leuitarum interfuit:cum Leui tertius ab Abraham & pronepos eius,vt constat Gene.23,à
quo Leuitarum ordo nondum emersisset in lucem: his occurrens Paulus adiecit, [E T vt ita dictũ sit per
Abraham & Leui,qui decimas accepit,] id est Leuiticus ordo, cui decimæ à reliquo populo præstantur.
Numer.18,decimatus est,& decimas obtulit per Abraham ipsius Leui proauum, etsi non in persona pro
pria.Qua oblatione ab Abraham descendẽtes,Christi merito à culpa originali purgandi præsignabãtur.
vt testis est Ambrosius,qui lib.2 de vocatione gentiũ cap.3 hanc literam explicans ait, In Abrahæ lom-
bis Leui sanctificatur,& simul cum eo domus Aarõ,& sacerdotalis ordo benedicitur.Idque iure optimo.
adhuc enim in lumbis patris erat,quando obuiauit Abrahæ Melchisedech:id est Leui , tametsi nondum
natus,secundum corporis substantiam in ipso Abraham erat:ac futurum,vt ex eius semine procrearetur.
Hunc loquendi modum Paulus obseruauit,qui 2 ad Timoth.1 inquit,Gratias ago deo meo,cui seruio
à progenitoribus meis in consciẽtia pura(etsi nõdum natus fuisset.) ¶Sed quorsum dicit Paulus Leui per
Abraham decimatum,quòd in lumbis eius esset,& ex eius semine propagatus:cum Matth.1 scriptũ sit,
Liber generationis Iesu Christi filii Dauid,filii Abraham: non tamen Christus decimatus fuit per Abra-
ham,aut decimas per ipsum Melchisedech obtulit,cum Christus sit Melchisedech superior?Huic argumẽ
D to respondet Augustinus lib.1 de Gen.ad literam,cap.20.Quòd licet vterque descendat ab Abraham
secundum carnem,Leui tamen decimatus est,& non Christus.Secundum rationem quippe seminalem in
Abraham fuit Leui,qua ratione per concubitum maris & fœminæ venturus erat:secundum quam ratio-
nem non erat ibi Christi caro,quanuis secundum ipsam ibi fuerit Mariæ caro:& ideo sanctificata fuit, q̃
præseruata à culpa originali,spiritussancti gratia præuenta.Hæc August.Cui consentit glos.licet Augu-
stinũ non proferat . ¶Prætermissam auctoritatem Act.13 inscriptam,quæ priori literæ reluctari videtur,
resumere non fore ociosum duxi:qua dicitur,Ministrantibus autem illis domino qui erant Anthiochię,&
ieiunantibus dixit illis spiritussanctus,Segregate mihi Paulum & Barnabã in opus ad quod assumpsi eos:
tunc imponentes illis manus.glos.in modum ordinandorum dimiserunt eos.Quid igitur opus est mino-
rem à maiore benedici,cum Paulus illis dignitate non foret inferior,qui honoris parilitate cæteris aposto
lis seipsum contulit?ad Galat.2,Mihi autem qui videbantur aliquid esse,nihil contulerunt.glo.Non sunt
me superiores inuenti.Dicendum est,Paulo quanuis sicut meritis,ita & apostolis dignitate non inferiori,
huiuscemodi manus impositione episcopalis ordinis potestatem accessisse:qua ratione vbi consecrationẽ
hanc nondum subierat,cæteris minor extitit:quemadmodum archiepiscopus licet iurisdictione suis suf-

fraganeis præemineat, ab his tamen accitis consecratur, & ordinis episcopalis ornatum suscipit, vt patet E in cap. quia per ambitiones, 64 distinc. & in cap. si archiepiscopus de temporibus ordinandorum. & in cap. quoniam quidem. 75 distinc. vbi definitum est, Nō electione aut confirmatione, sed consecratione ordinis episcopalis potestatē suscipi. ¶ Ex se rursus quispiā obiiciat: Summum pontificem canonice electum à cardinalibus confirmari, à quibus tamē sola iurisdictionis potestate distat, quam huiuscemodi electione plene consequitur, cap. In nomine domini, 23 distinc. Quis tamē nullius sceleris particeps pontificē cardinalibus subesse asseuerabit? Dico hac confirmatione nihil iuris pōtifici conferri: sed ius electione legitima adeptum palam fieri. qui eadem suprema in omnes iurisdictione potitur, cap. Licet, extra de electione.

Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat, populus enim sub ipso legem accepit, quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem, & non secundum ordinem Aaron dici? translato enim sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat. ¶ Rursus aliud argumentum proponit, quo Christum sacerdotio Leuitico præfert, cuius aduentu legis veteris obseruatio simul cum sacerdotio eius è medio sublata est, dicens, Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum fuit, id est perfectum erat illud sacerdotium: Populus enim sub ipso legem accepit, quæ finem aliquando erat habitura: quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech alium insurgere sacerdotem, Christum videlicet: qui sacerdos secundum ordinem Melchisedech, & non secundum ordinem Aaron, vt supra cap. 4 annotauimus, extitit? Consequens est igitur, vt nec perfectum nec consummatū illud Leuiticum sacerdotium fuerit. ¶ Difficultas tamē non modica hic caput exerere videtur. cum Paulus dicat Rom. 2, Gentes quæ legē non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt: ostendunt enim opus legis scriptum in cordibus suis. glos. firmiter impressum eorum rationi. Quid ergo Paulus sub ipso sacerdotio Leuitico, legem datam cōmemorat, quæ multo tempore præcesserat? Hine Augustinus lib. 19 contra Faustum Manichæum cap. 19, Non itaque sicut Faustus opinatur quædam dominus Iesus adimpleuit, quæ ab antiquis iustis iam dicta erant ante legem: sicut est illud, Non occides, & reliqua id genus: præcessisse itaque lex ipsa Moysen & Aaron videtur. ¶ At forsan dicet quispiam populū sub sacerdotio Leuitico legem accepisse, ceremonialia videlicet & iudicialia, non autem præcepta moralia: quorū priora præcepta vitæ significandæ ab Augustino dicuntur: quæ videlicet Christum venturum prȩsignabant, quæ Christi aduentus sustulit: Reliqua vero quæ vitæ agendæ dicuntur, quorum obseruatio à mundo cōdito semper necessaria extitit, Christum præcessere. Quam præceptorū differentiam Augustinus descripsit, lib. 6 contra Faustum Manichæum, cap. 2. & lib. 10 cap. 2. Hæc tamen argumenti vim minime euacuant: cum deus Moysi præcepta etiam vitæ agendæ, seu moralia in tabulis lapideis obtulerit, Exod. 20. Ideirco dicendum videtur, homini semper insita fuisse quædam naturalis legis seminaria: qui natura duce, quid fugiendum, quidve prosequendum semper facile prospexit. Hae tamen lege (quæ scriptura constat) eadem apertius & expressius Moysi demandata sunt, quæ instar compendii & velut quodam inuolucro & ratione vniuersali lex illa naturalis complectebatur. vt vult glos. in illud Pauli Rom. 5, Lex subintrauit vt abundaret delictum: Lex data erat, ait, in adiutorium humanæ naturæ, vt quia ipsius naturæ inserta sunt quodammodo iustitiæ seminaria, adderetur lex cuius autoritate & magisterio ingenium naturale proficeret. Ad idem Augustinus psal. 118, Lege scripta, inquit, lex naturalis instaorata, aucta, & firmata est. Idem quoque lib. quȩstionum veteris & noui testamenti, quæst. 4. hæc effusius prosequitur. Quod vero idem Augustinus lib. 19 contra Faustum Manichęū cap. 20 & sequenti scripsit: Illos antiquos iustos, Seth & Enoch, sed etsi qui ante Abraham fuerint, cognouisse reum gehennæ, qui sine causa irasceretur fratri suo, aut qui mœcharetur, aliudve decalogi præceptum transgrederetur: intelligēdum sane est, reuelatione diuinitus super hac re facta. Hine Rom. 5, Peccatum non imputabatur cum lex non esset: Ambrosius, Putabant enim se homines apud deum impune peccare, sed nō apud homines. Nec enim lex naturalis penitus obtorpuerat, quia nō ignorabant id quod pati nolebant, aliis non debere fieri. Nam vsq; adeo non ignotum fuit peccatum inter homines, vt Iacob cum idola sua apud illum quæreret socer eius Laban: in quo inuentum fuisset furtum, morte dignum iudicaret. Et Ioseph, quanuis per calumniam, tamen quasi reus clausus in carcere est. & Moyses occiso AEgyptio, lege territus est. Quomodo ergo non imputabatur peccatum, cum lex non esset? aut quomodo vindicabatur, nisi lex sciretur? Lex naturalis semper est, nec ignorabatur aliquando: sed putabatur ad tempus tātum autoritatem habere, non & apud deū reos facere. Ignorabant enim quia iudicaturus est deus genus humanū: ac per hoc non imputabatur, quia peccatum non esset apud deum, incuriosum deum asserentes. Vbi autem lex data est per Moysen, manifestum curare deum res humanas, & non impune iis futurum, qui malefacientes quacunque ex causa in præsenti euadunt: imo æternis suppliciis adiudicabuntur, quod scripta lege exploratissimum est. Legis autem naturalis, vt testificatur Ambrosius loco nouissime producto, hæc summa est, In primis vt agnitus honoretur creator, nec eius claritas & maiestas alicui de creaturis deputetur. Secūda autē pars est moralis, hoc est vt bene viuatur, modestia gubernāte. congruit enim homini habēti notitiā creatoris, vitam suā lege frenare, ne frustretur agnitio. Tertia vero pars est docilis, vt notitia creatoris dei & exemplū morum cæteris tradatur, vt discant quemadmodum apud creatorem meritum collocatur. Hæc est vera & Christiana prudentia, homini videlicet lege naturali insita. Hactenus Ambrosius. Cui quidem lege naturali apertior interpretatio, verius dixero accessio, aut reuelatione, aut lege scripta addita est. ¶ Fuere itē iudicialia ac ceremonialia Moysi tradita, quorum obseruatio simul cum sacerdotio Leuitico desiit, naturali lege integra perseuerante: Translato enim sacerdotio ait Paulus, necesse est vt legis translatio fiat: hoc est sa-

Lex quando data.

Pręceptorum differentia.

De lege naturali & scripta.

Legis naturalis summa.

A cerdotio cessante & redacto in nihilum, huiusmodi legis rigor & seueritas procul abscessit. ad Gal. 3, Vbi
venit fides non sumus sub pædagogo: id est lege Moysi. & cap. sequenti, Misit deus filium suum factum
ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret ¶ Hoc tamẽ loco insurgunt Iudæi, simul
& Manichæi, qui vetus testamentum respuunt. Quid, aiunt, apud vos facit lectio legis & prophetarum,
cuius pręcepta seruare non vultis, dicentes legem abrogatam esse? Quibus respondet Augustinus in ora-
tione apud Iudæos, quòd ea mysteria seruabant suo tempore reuelanda, quæ nos reuelata suscepimus: vt
remota vmbra Iudæorum, luce frueremur. qui lib. 10 cõtrà Faustum Manichæum, cap. 3 ait, Omnia quæ
in veteri testamento scripta sunt, nos vera esse dicimus, & diuinitus mandata, & congruis tẽporibus distri
buta, & obseruata. ¶ Hic textus ponderandus est in eũ, qui præfatione sua in epistolam ad Galat. & reso-
lutione disputationis Lipsiacę, Concilia generalia erroris idcirco conuincere molitur: quòd sequens reuo- Concilio-
cet prioris concilii decretum. Quis tamen adeo desipiens, vt legem veterem velut Manichæus crimine- rũ ab erro
tur, quòd vt testatur Paulus hoc loco, à Christo reuocata sit? quem præterea non pudeat sacrum illud apo re vllo de
stolorum collegium erroris incusare: qui autore spiritusancto vnanimi consensu, vt Act. 15 habetur, dixe- fensio.
re, Visum est spirituisancto & nobis nihil vltra vobis imponere oneris quàm hæc necessaria, vt abstineatis
vos ab immolatis simulachrorũ & sanguine & suffocato. Quorum tamen præceptum multo iam tempo
re abiit in dissuetudinem. Quis tum tantæ procacitatis aut impudentiæ, vt sacris literis temere succenseat,
B quòd sub Christi nomine baptisma conferendum censuerint? Actuũ 2, Pœnitentiam agite, & baptizetur
vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum: cum toto orbe multis iam se-
culis, in nomine patris, filii, & spiritusancti, iuxta domini præscriptam formam Matth. vltimo, baptisma
conferatur. Non enim omni tẽpore omnia conueniũt: sed omnibus tempus est, & tẽpus omni rei sub cęlo,
Eccl. 3. Idcirco perdocte Ambro. ad Ephe. 4 inquit, Postquam omnibus locis ecclesiæ sunt constitutæ, &
officia ordinata, aliter composita res est quàm cœperat. Primum enim omnes docebant, & omnes bapti-
zabant, quibuscunque diebus, vel temporibus fuisset occasio: nec enim Philippus tẽpus quæsiuit aut diem,
quo Eunuchum baptizaret, neque ieiunium interposuit. neque Paulus & Sylas tempus distulerunt, quo cu
stodem carceris baptizarẽt, cum omnibus eius seruis. Et paulo post, Vt ergo cresceret plebs & multipli-
caretur, omnibus inter initia concessum est, & euangelizare, & baptizare, & scripturas in ecclesia expla-
nare: At vbi omnia loca circumplexa est ecclesia, conuenticula constituta sunt, & rectores, & cætera offi-
cia in ecclesiis sunt ordinata. Et cœpit alio ordine & prouidẽtia gubernari ecclesia: quia si omnes eadem
possent, irrationabile esset, & vulgaris res & vilissima videretur. Hinc ergo est bene nunc, neq; diaconi in
populo prædicant, neque clerici vel laici baptizant: neque quocunque die credentes tinguntur nisi ęgri,
ideo non per omnia conueniunt scripta apostoli ordinationi quæ nunc in ecclesia est, quia hæc inter ipsa
primordia sunt scripta: hoc est pleraque nunc aliter obseruantur quàm tunc fierẽt. Hactenus Ambrosius.
C Nil est igitur quòd miremur, si certis temporibus sanctiones diuersas, concilia prudentissime edidere: ver-
bi causa in Concilio Neocęsariensi, actione 11, & Concilio Agatẽsi, actione 17, definitum est, Ne quis sa
cro sacerdotii ordini ante tricesimum annum initietur. At in Concilio Viennensi, de quo in elementina 1,
de ętate & qualitate ordinandorũ, in elementinis statutũ est, Cum vita nostra sit vento velocior, vt 25 an-
no quis ad præfatum ordinem promoueri possit. Plerasque huiuscemodi sanctiones sciens prudens præ-
tereo, ne lectori fastidio simus. ¶ Hic tamen perdiscendũ est, quod circa fidem aut ius diuinum concilium
vnum decreuit, aliud nequaquam irritum facere potest, cum fixum & stabile idem semper permaneat,
Matth. 24, & Marci 9, Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Decreta vero quæ
ad ius diuinum studiosius obseruandum plurimum conducunt, & homines qui torpedine quadam inge-
nita resoluuntur minis & terroribus, velut quibusdam calcaribus perurgent, ætati hominum attemperan-
tur, quo infirmæ naturæ nostræ & tempori consulãt, vt aliquot rationibus iam docuimus. Quibus accedit
Augustinus, qui lib. 3 confes. cap. 7 ait, Et non noueram iustitiam veram interiorem non ex consuetudi-
ne iudicantem, sed ex lege iustissima dei omnipotentis, qua formarentur mores hominum: quæ vbiq; ipsa
ac semper est, non alibi alia, nec aliàs aliter. Aliæ vero leges nõ vbique atque omnibus tribuuntur: aliquid
quippe iandudum licuit, quod post horã non licebit. ¶ Prope tędiosum duxi recensere, ꝙ is proferat Cõ-
cilium Nicenum & Africanum, seu Carthaginense, inuicem dissidentia. Rem quippe multo aliter sese ha
D bere cõperies, si vtriusque Concilii decreta cum illius scriptis contuleris: quæ studioso lectori æqua lance
appẽdenda relinquo. Posset alia tamen suboriri difficultas, ex his quæ Concilio Niceno, actione 4, & epi
stola sexti Concilii Carthaginensis, ad Bonifacium papam transmissa habentur. Attamen quia confirma-
tionis episcopi ratio versatur, à quo videlicet expetenda sit, quia legibus humanis innititur, quid super hac
redisserendum sit, sat superque superius edocuimus.

In quo enim hæc dicuntur de alia tribu est, de qua nullus altario præsto
fuit. manifestum est enim quòd ex Iuda ortus sit dominus noster, in qua tri-
bu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est. & amplius adhuc manifestum
est, si secundum similitudinem Melchisedech exurget alius sacerdos, qui non
secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vitæ
indissolubilis. ¶ Quod autem translatum sit sacerdotium Leuiticum, & in alium commutatum
Christi aduentu, confirmat. Quia in quo hæc dicuntur, Christo videlicet, de alia tribu est à tribu Leui, in
qua tribu nullus altario præsto fuit, id est officio sacerdotis functus est, vel sacra curauit. Hinc Ozias rex,
templum ingressus vt thura offerret & incẽsum, quia tribus Leui non erat, sed Iudæ, lepra à domino per-
cussus est, 2 Paralip. 26. Quòd autem Christus sit alterius tribus, manifestum dicit, cum ex Iuda ortus

sit,vt Matthæus in texenda Christi genealogia cap.1 edocuit,quatenus in Christo eadē sit regalis & sa- E
cerdotalis dignitas,quēadmodum vtraq; penes Melchisedech resedit. In qua tribu nihil de sacerdotibus
veteris legis Moyses loquutus est.Liquet enim ipsum in tribu Iuda,quę sunt bello apta,narrasse,Nume.1,
Ab oriente Iudas figet tētoria per turmas exercitus sui:eritq; princeps filiorum eius Naason filios Ami-
nadab:& omnis de stirpe eius summa pugnantium 74 milia sexcenti.Nihil autem quod ad sacerdotium
pertineat,huic tribui cōmune fuit,vt patet Exod.29.Quòd autem Christus tribus Iudæ sit non alterius,
quanquam necessitudine quadam tribui Leui coniunctus,superius cap.4,locum illum pertractans,Ha-
bentes ergo pontificem magnum,prolixius disserui:nullus tamē interim moueatur,quòd ex Iuda ortum
Christum dicat Paulus,cum mulieres in tribubus non supputarentur:vt Numer.1 constat.quippe cū sola
matre secundum carnem natus sit,ad virginem Mariam recurrēdum est:vt super tribu illius certiores si-
mus. ¶Hic Pauli locus contra eos apertus est,qui vt Lyranus Matth.1 recenset,Christum per Nathā fi-
lium Dauid adoptiuum non naturalem genus ducere volūt,cum ex Iuda ortum dominū hic Paulus di-
cat,& per consequens ex Dauid semine.Huc pertinet quod Rom.1 dicitur,Qui factus est ei ex semine
Dauid secundum carnem.Verius itaque docent,qui huic opinioni adhærentes Natham Dauid filium na
turalem dicunt,vt Damasc.lib.4,cap.15.cui suffragatur illud 1 Paralip.3,Porro in Hierusalem nati sunt
Dauid filii,Symmaa & Sobab,Natham & Salomon,quattuor de Bethsabe.Idē quoque 2 Reg.5.Ab hac
tamen sententia dissidet Lyranus,proferens quod Prouerb.4 habetur,Ego fui vnigenitus & tenellus co-
ram matre mea.Si Salomon vnigenitus ex Bethsabe Dauid vxore:quomodo Nathan & reliqui ex eadē F
filii naturales & legitimi censentur?Quòd autem vnigenitus fuerit similiter sentit glos.eo loco post Hie-
ronymum.cui tamen prior opinio probaretur,dicat Salomonem vnigenitum Dauid fuisse,id est vnice di
lectum,& charum in morem vnigeniti. Demum quantum distēt inuicem Christi sacerdotium & Leuiti-
cum describit,Et amplius,ait,manifestum est quantum videlicet inter vtrunque intersit,vt vult Chryso-
stomus. [Si secūdum similitudinem Melchisedech exurgat alius sacerdos]Christus videlicet,qui in morē
Melchisedech,ait glo.sub speciebus panis & vini,carnem & sanguinem suū obtulit,Matth.26,Marc.14,
& Luc.22.Ad idem Theophylactus supra cap.5.& Augustinus lib.19,de ciuit.cap.22.In illa oblatione
Melchisedech,ait,primum apparuit sacrificium quod nūc à Christianis offertur deo toto orbe terrarum,
impleturque id quod longe post hoc factum per prophetam dicitur,Christum videlicet,qui fuerat ven-
turus in carnem,sacerdotem secundum ordinem Melchisedech effectum nō secundum ordinem Aaron.
Qui ordo fuerat auferendos illucescentibus rebus,quę illis vmbris prænotabantur.Ad idem Augustinus
in oratione contra Iudæos cap.9,hanc literā interpretatus. Deinde intulit Paulus,[Qui nō secundum le

Lex Mosayca, mādatū carnale.

gem mandati carnis factus est sacerdos,] id est legem mosaicam, quæ ideo mandatum carnale dicitur,ꝙ
eam obseruātibus carnalia & temporalia pollicere tur,Isaiæ 1,Si me audieritis,bona terræ comedetis.Vel
lex carnalis dicitur quia quibusdam corporis purificationibus intēderet.Hinc Chrysostomus.Lex quippe
illa ex multa parte carnis.Quid est præcepti carnalis?Circuncide carnē,vnge carnē,laua carnem,munda
carnē.Huc accedit quod infra cap.9 dicitur,Iustitiis carnis vsq; ad tēpus impositis.sed factus est sacerdos
secundum virtutē vitæ indissolubilis,hoc est veritatem quam præsignabat lex:quam qui exequuntur,vi- G
tam æternam assequuntur,Iohan.6,Verba quæ locutus sum vobis,spiritus & vita sunt.Alia est glo.interl.
& ordina.interpretatio,vt intendat Paulus sacerdotium Leuiticum Christi sacerdotio accedente desiisse.
& amplius hoc manifestum est,quod præmisimus inquit,sacerdotium videlicet Leuiticum è medio subla
tum,vbi Christi emersit in lucem:si pro quia,secundum similitudinem & ritum Melchisedech &c.Ast
quid Paulus sacerdotium Aaronicum Christi aduentu extinctum commemorat,quod multo ante tem-
pore esse desierat.Legimus siquidem de Samuele 1 Reg.7,Tulit autē Samuel agnum lactantem vnū &
obtulit illū holocaustum integrū domino.quod solius sacerdotis erat offerre,vt patet Leuit.1,& tribus se
quentibus cap.Samuel autē genus ab Aarō nō duxit,vt ait Petrus Comestor,cap.4 sui lib.in libros regū.
Sicque sub ducibus,& ante reges super Israel creatos Aaronicum sacerdotium desiisse videtur.Hoc argu
mentum vt coniicio præsentiens glo.hoc loco dixit,Sacerdotium in Samuele mutatum fuisse,non autem
sacerdotii ritum:nec sacrificia,oblationes,aut alias ceremonias in nihilum redactas fuisse , sed ad Christi
tempora vsque peruenisse.At glosæ repugnare videtur id quod psal.98 dicitur,Moyses & Aaron in sa-
cerdotibus eius,& Samuel inter eos qui inuocant nomen eius.Quem locum Augustinus explicans lib.
quæst.ex veteri & nouo testamento,quæst.46,inquit,Quis non aduertat ex hac distinctione diuisas esse
personas dignitatum causa,vt Moyses & Aaron sacerdotalem dignitatem adepti noscantur:Samuel vero
inter prophetas dignus extitisse habeatur?Si ergo sacerdos non fuit,quomodo in ipso sacerdotium,glos.
mutatum asseuerat?Hac occasione existimo quendam hoc loco præsentem textum enarrantem dixisse H
Samuelem sacerdotali dignitate minime præditum fuisse,sed aliquid sacerdotii egisse:sacrificium videli-
cet offerendo:Saulem & Dauid reges vngendo.quod tamen reprehendit Augustinus loco nūc inducto,
Peius est,ait,Samuelem negare esse sacerdotem,& tamen dicere illum functum fuisse sacerdotis officio,
vt est sacrificare,quàm dicere sacerdotem illum fuisse ex filiis Aaron.Veruntamen quo res hæc comper-
tior habeatur,Sciendum est ꝙ super Samuelis sacerdotio doctores etiam recepitissimi dissidere videntur.
Fuit enim huius sententiæ Petrus Comestor lib.iam inducto,vt sacerdos non fuerit.Quidam autumant,
ait,translatum esse sacerdotium ad Samuelem,qui non fuit Aaronita,sed nec legimus Samuelem fuisse
sacerdotem:aut Aaronitas amotos fuisse à sacerdotio vsque ad tempora Machabæorum.Eiusdem senten
tiæ,super sacerdotio eius est Augustinus,lib.17 de ciuit,cap.5,Quanquam,inquit,nō esset de alia tribu Sa
muel,quàm quæ constituta fuerat à domino,vt seruiret altari:id est,de tribu Leui,tamen non erat de filiis
Aaron,cuius progenies fuerat deputata vt inde fierent sacerdotes.Ad idem glos.interli.dicto psal.Alteri
tamen opinioni & contrariæ ratione quam superius annotauimus adductus assentior:quam Hieronymus

A ſequitur 1 Corint.1,dicẽs,Samuelẽ ſacerdotẽ fuiſſe,illa res probat:quia & ſacerdoti ſucceſsit ipſi Hely videlicet. Ad idẽ glo.hoc loco. Auguſt.quoq; pſal.prædicto. Factus eſt,inquit, Samuel ſacerdos magnus,ſacerdos ſanctus illo tẽpore. Et lib.17 de ciuit.cap.4, Hely reprobato ſubſtitutus eſt in dei miniſteriũ Samuel,ſimul officio functus ſacerdotis & iudicis. Et lib.12 contra Fauſtũ Manichæum,cap.13, Nonne,ait, ab ipſo exordio cõmutatũ eſt ſacerdotiũ in ipſo Samuele,reprobato Hely? Qui lib.2 retract.cap.25,priorẽ ſententiã retractãs,inquit, Parũ attẽdi id quo prohibetur filios ſuper funus patris intrare:interpretatus hoc ideo eſſe quia nõdũ ſepulto patre,poſt eius mortẽ filius cõſtituebatur ſacerdos,qui incẽſum poneret in tẽplũ. Sed parũ attendi potuiſſe hoc præcipi magis propter eos qui futuri erãt ſummi ſacerdotes:nam ex filiis ſeu poſteris Aaron,ſi forte ſummus ſacerdos aut filios non haberet,aut ita reprobos,vt nullus eorum patri deberet ſuccedere:alii ſubſtituebantur,ſicut Samuel ſummo ſacerdoti Hely ſucceſsit:cũ ſacerdotis filius ipſe non eſſet,ſed tamen ex filiis,hoc eſt ex poſteris eſſet Aaron. Idẽ quoque cap.43 eiuſdem lib.affirmat. Quòd autẽ glo.hoc loco in Samuele tribum mutatam fuiſſe ait,tribus pro linea accipi debet. Quanq̃ enim ipſe de tribu Leui eſſet,vt cõſtat ex Augu.loco nũc dicto,& pſal.iã allegato:vbi Hiero.idẽ ſentit:quibus accedit textus 1 Paralip.6, vbi Samuel & filii eius inter deſcendẽtes à Leui ſupputãtur:non tamẽ ex linea eadẽ ab Aarõ. Nãq; vt 1 Paralip.24 habetur, Aarõ filii fuere Nadab, Abiu, Eleazar,& Ithamar:quorũ duo priores patre adhuc ſuperſtite vita functi ſunt, Eleazar vero primus & filii eius poſt Aaron munus ſacerdotii adepti ſunt,vſq; ad tẽpora Hely ſacerdotis:quo defuncto ſacerdotiũ in domo Ithamar
B permãſit vſq; ad Salomonẽ,authore Ioſepho,lib.5 antiquitatũ,cap.16. Qui abiecto Abiathar de ſummo ſacerdotio, Sadoch,ſummũ ſacerdotẽ ex poſteris Eleazar eius loco ſuffecit,velut 3 Reg.2 conſtat.

Cõteſtatur enim quoniã tu es ſacerdos in ęternum ſecundum ordinẽ Melchiſedech. reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius,& inutilitatẽ,nihil enim ad perfectum adduxit lex. ❡Chriſtũ ſecundũ ordinẽ Melchiſedech ſacerdotẽ fuiſſe veteris inſtrumenti teſtimonio confirmat. Cõteſtatur enim Dauid hoc ipſum,pſal.109 de Chriſto ſcribẽs, Tu es ſacerdos in ęternũ ſecundũ ordinẽ Melchiſedech. Ex quo perſpicuũ eſt,ait Theophyl. Chriſtũ haud quaq̃ ex lege,ſed modo alio quodã lõge diuiniore ſacerdotio fungi. Cur autẽ ſecundũ ordinẽ Melchiſedech,ſuperius annotauimos. Deinceps quia vniuſcuiuſq; noſtrũ animo tunc ſatiſfactũ eſt,ſi rei cauſam ſuper qua verſamur,audiamus,& ad fidẽ maxime adducimur ratione ipſa proſpecta:idcirco huius ſacerdotii trãſlationis in hũc modũ cauſam affert,[Reprobatio qdẽ fit prioris mãdati] ſeu veteris legis.& hoc quãtũ ad cremonialia,& iudicialia pertinet.moralia vero integra perſeuerãt,à Chriſto manifeſtius explicata vt prælibauimus. ❡De hac aũt mãdatorũ triplici differẽtia ſuper hæc quæ præmiſimus habes id quod Leuit.26.ſcribitur, Hæc ſunt præcepta (moralia intellige) atq; iudicia,& leges ceremoniarũ videlicet,quas dedit dominus inter ſe & inter filios Iſrael. Et Deut.4, Hæc ſunt teſtimonia & ceremonię quę locutus eſt dominus ad filios Iſrael.& ſequẽti cap. Cuſtodi pręcepta domi-

De triplici præceptorũ differentia.

C ni dei tui,ac teſtimonia & ceremonias quas pręcepi tibi. Dicit itaq; Paulus, Reprobatio fit prioris mãdati,& hoc [Propter eius infirmitatẽ,] quia vez hominẽ nõ iuſtificabat à pctõ,nec gratiã cõferebat virtutis legis obſeruatę,ſeu,vt recẽtiores aiunt,ex opere operato. Sed fide & pro affectu,quẽ in deũ gerebãt,legẽ illã adimplẽdo,gratiã cõſequebãtur, Rom.8. Nã quod impoſsibile erat legi,in quo infirmabatur per carnẽ, glo.per carnales obſeruãtias,quę nõ poterãt iuſtificare. Deus filiũ ſuũ mittẽs in ſimilitudinẽ carnis peccati,de pctõ(quia factus hoſtia pro pctõ Chriſtus)dãnauit peccatũ in carne ſua, vt iuſtificatio legis,id eſt à lege pręſignata impleretur in nobis,qui nõ ſecũdũ carnẽ ambulamos,ſeu carnales huiuſcemodi obſeruãtias,ſed ſecũdũ ſpiritũ viuificãtẽ. Infirma igitur lex illa dicitur,quia ſpiritũ viuificantẽ nõ cõtulit,nec hominẽ per gratiã iuuit:quod tãdẽ explicat dicẽs,[Nihil enim ad perfectũ adduxit lex.] vbi Chryſo. Neminẽ iuſtificatione perficit. Hinc ad Gal.2, Sciẽtes autẽ ꝙ nõ iuſtificatur homo ex operibꝰ legis,niſi per fidẽ Ieſu Chriſti,propter quod ex operibus legis nõ iuſtificatur omnis caro. Quę in pręſentiarũ nõ modo infirma & egena eſt,vt inquit Paulus ad Gala.4,ſed & prorſus inutilis cenſetur,vt hic habetur,& ad Gal.5, Ecce ego Paulus dico vobis,quoniã ſi circũcidamini, Chriſtus nihil vobis proderit. Sed quid inutilẽ dico? quia eã obſeruãtibus diſpẽdio eſt,& ſaluti diſcrimini:ad Gala.2, Si enim quæ deſtruxit Chriſtus,legẽ vez veterẽ, iterũ reędifico,pręuaricatorẽ me cõſtituo. ❡Ex quibꝰ cõſtat eũ aberraſſe qui ad Gal.2 dicit, Opera legis quęcũq; licere,ſi charitas id exigat,imo meritoria eſſe:charitas enim nõ agit perperã,1 Corint.13. Pręterea
D ad Gala.5 dicitur, Teſtificor autẽ omni homini circũcidẽti ſe,quoniã debitor eſt vniuerſæ legis faciendę: euacuati eſtis à Chriſto,legẽ videlicet obſeruãtes,qui in lege iuſtificamini à gratia excidiſtis. Proinde ne legis Moſaicę obſeruãtię aſſẽtiri videamur,in Cõcilio Elibertino actione 47, Poſſeſſoribus agrorũ ſub anathematis cõminatione interdictũ eſt,ne Iudæorũ benedictionibus ſuper fructus nouos vterẽtur. Non inficior tamẽ velut Lyranus ſentit 1 ad Timot.1,veteris legis iudicialia,quę maiorẽ in modũ legi naturali accedũt,denuo à principe inſtaurari poſſe,ac præcipi,quatenus reip.trãquillitati ac paci cõſulũt.quibꝰ tamẽ principis præcepto,nõ legis Moſaicę neceſsitudine tenemur obſtricti. ❡Sed quid Paulus legẽ adeo egenã & infirmã ꝓclamat,vt nec ꝑfectionẽ aut gratiã iuſtificãtẽ homini cõtulerit:q ad Philip.3 dixit? Secũdũ iuſtitiã quæ in lege eſt,ſine reprehẽſione cõuerſatus ſum. Ex lege igitur iuſtitia,quẽadmodũ ex euangelio ꝓficiſcitur. Hæ q̃uis inuicẽ digladiari videãtur,diuerſa tamẽ nõ cõtraria eſſe,multiplex ratio iuſtitiæ perſpicue docet. Iuſtitia quippe legis eſt,qñ quis id quod honeſtũ & decorũ eſt palã operatur,quo hominibus acceptior legis pœnã deuitet. Chriſti aũt iuſtitia eſt qua homo fide per dilectionẽ operãte,interius purgatur à pctõ,iuſtꝰ efficitur,& deo dignus. Ne vero id è cerebro noſtro cõfictũ exiſtimes,audi Paulũ ad Rom. 4 dicẽtẽ, Si enim Abrahã ex operibꝰ legis iuſtificatꝰ eſt,habet gloriã,ſed nõ apud deũ. Quid enim ſcriptura dicit, Credidit Abrahã deo & reputatũ eſt illi ad iuſtitiã? vbi Amb. Abrahã ex fide iuſtificatꝰ eſt. quod

Iuſtitia legis & Chriſti quæ.

nemini dubiũ est,ideo habet gloriã apud deum. Sed quia qui legem seruãt,siue Moysi,siue naturæ,iustifi E cantur ad præseos, ne rei sint in præsenri iudicio.ideo ait, Ex operibus legis si Abraham iustificatus est, non habet apud deũ gloriam:quia qui fecerit(inquit) legem,viuet in ea:id est, oon morietur vt reus:nec tamẽ merirũ ex hoc habebit apud deũ:sed fidei causa. Ad idẽ Ambro.Rom.8. Ad hæc pertinet id Matth. 5, Nisi abũdauerit iustitia vestra plusquam scribarũ & phariseorũ,non intrabitis in regnũ cælorũ. Vbi dominus inter vtranque iustitiam discreuit:velut exploratissimum est, his qui scripturam suadente Christo impensius scrutantur,nihil à fidei dogmate discrepantes. Sic sane optima futura est ipsius fidei cõiunctio, sic inquam sumus & dei filium cognituri,cum de dogmatibus recte sentimus,normãque charitatis seruamus. Est nanque charitas Christus ipse,huiuscemodi hominibus res non est cum qualibet hominũ sententia,idque prudenter,ne dispendiis scopulo illidantur,& grauiorẽ animæ iacturam faciant:sicut plerique hoc animi vitio tantopere laborant,vt authore Origene Rom.3,illa tanrũ de diuinis scripturis testimonia explorant,quibus propriũ dogma constituant:earũ vero quæ ediuerso veniũt scripturæ diuinæ sentẽtiarũ absolutiooes,ne extremo,vt aiunt,digito contingunt. Ii oimiũ looge absunt ab his de quibus Act.7 dicitur,ꝙ erant nobiles eorum qui essent Thessalonicę,qui susceperunt verbũ cum omni auiditate, scrutãtes scripturas si hæc ita se haberent. At omnia suo sensui q̃ periculosissime permittunt.

Introductio vero melioris spei,per quam approximamus ad deũ,& quantum est non sine iureiurando, alii quidem sine iureiurando sacerdotes facti F sunt:Hic autem cum iureiurando per eum qui dicit ad illum, Iurauit dominus & non pœnitebit eum,tu es sacerdos in ęternum,in tantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus. ¶Cum per legem non esset perfecta iustitia,nec ipsa obseruata perduceret ad gloriã,introductio fit melioris spei,hoc est lex euangelica subiotroducta est:qua longe alia à Iudæis & præstantiore quidẽ fruemur spe. Sperabant siquidem Iudęi,cum deo se morigeros exhiberent,terram hanc adipisci,hostes superare,& reliqua quæ hic habentur,illis io emolumentũ cessura. Spes autem nostra longe secus habet,qui cęlũ speramus,& deo propinquiores esse. Idcirco adiecit Paulus, Spe nos deo proximos esse,& ad eum q̃maxime accedere. Qui rursus Rom.5 ait, Sicut regnauit peccatũ io mortẽ,ita & gratia regnẽt per iustitiam,in vitam æternã ducens videlicet,per Iesum Christũ dominum nostrũ. Verum nõ modo spes nobis excellentior,sed & certior atq; securior relicta est:quia quantum ad Christi sacerdotiũ pertinet:Non sine iureiurando sacerdos effectus est,vt fides dei verbis abunde præstetur. Alii vero sacerdotes Leuitici ordinis,sine iureiurando facti sunt:vt patet Exod.26. vbi eorũ institutio & ordinatio descripta est, oihil tamen super iureiurando agitur. ex quo liquet Christi sacerdotiũ firmius fuisse ac certius,cum iusiurandũ diuini consiliũ,immobilitatẽ,vt supra cap.6 dictum est,sigoificet. Quod autẽ Christi sacerdotiũ iureiurando firmatũ sit autoritate psal.109,iam aliquoties inducta probat. Hic autẽ Christus,ait,iureiuraodo cõstitutus est sacerdus,emisso per eũ,deum patrem videlicet,qui dicit G ad illũ prophetæ oraculo, Iurauit dominus & nõ pœnitebit eum:id est pœnitentia nõ flectetur:sed in suo promisso immobilis perseuerabit:quo Christo dictũ est. Tu es sacerdos in æternũ secũdũ ordinẽ Melchisedech. quod superius explicauimus. Et ideo melioris testamẽti seu legis sponsor factus est Christus:quia per illũ ad deũ cominus accedimus,cuius sacerdotium irreuocabile censetur. Aliud vero tẽporale. Sed quid Leuiticũ sacerdotiũ temporaneũ Paulus testificatur,cum Exod. vltimo scriptũ sit? Applicabis Aaron & filios eius,& lotos aqua indues sanctis vestibus,vt ministrent mihi:& vnctio eorũ in sacerdotium sempiternum proficiet. Et Numer.25, Erit ipsi Phinees & semini eius pactũ sacerdotii sempiternum:quia zelatus est pro deo suo. Non hoc itaque inter vetus & nouũ sacerdotiũ interesse videtur,ꝙ vnum tẽporale,alterũ vero sempiternũ sit. His respondet August.lib.quæst.super Exod.quæst.124.& lib.17 de ciuit.cap.6 dicens sacerdotiũ Aaronicũ sempiternũ dici,vel propter tẽpus nõ determinatũ quousque obseruaretur:hoc est ꝙ illi certũ tẽpus nõ foret præscriptũ.vel quia res significabat æternas,Christi videlicet sacerdotiũ,& legẽ eius. Præterea Christus ideo melioris testamenti sponsor dicitur,ꝙ sacramẽta nouæ legis virtute operis gratiam conferãt,nõ autẽ Mosaicę,vt vult Ambro. hanc literam interpretatus,lib.de iis qui mysteriis initiantur,cap.8, Probatum est,ioquit,antiquiora esse ecclesiæ sacramenta,nũc cognosce potiora:reuera mirabile est ꝙ manna deus pluerit patribus,& quotidiano cæli pascebãtur alimento:sed tamen panẽ illũ qui manducauerũt,omnes in deserto mortui sunt. ista autẽ esca,quam accipis,iste paois viuus qui descẽdit de cælo,vitæ æternæ substantiã subministrat:& quicunque hunc panẽ manducauerit,nõ morietur in ęternũ,quia corpus Christi est. Quòd autem nouæ legis sacramẽta cõferant gratiam super ea quæ iam pro- D tulimus,hic textus aperte insinuat. per hanc nanque legẽ eiusque sacramenta,accessum habemus ad deũ. ¶Sed qua quæso via ad Christũ acceditur,nisi per gratiam? Rom.5, Iustificati ex fide pacẽ habemus ad deum,per dominum nostrũ Iesum Christũ,per quem accessum habemus per fidem in gratiam istam. Et Ephe.3, In quo habemus fiduciam & accessum io confidentia per fidem eius charitati connexam.

Et alii quidem plures facti sunt sacerdotes secundum legem,idcirco quòd morte prohiberentur permanere:hic autem eô quòd maneat in æternũ,sempiternum habet sacerdotiũ,vnde & saluare in perpetuũ potest accedens per semetipsum ad deum semper viuens ad interpellandũ pro nobis. ¶Alio rursus argumẽto ostendit,quantum Christi sacerdotiũ dignitate,& gloria, Leuiticum antecedit:& alii quidem sacerdotes Leuitici ordinis,inquit,plures facti sunt & creati,quorum alteri vita functo alter succedebat:vt patet Numer.20, vbi Eleazar Aaron filius ipsi suffectus est:& deinceps illi alius:ob id præcipue

A ꝙ morte probibentur permanere,& morti obnoxii sunt.ideo necesse fuit eorum loco alios substituere.
Alioqui sacerdotiũ illud mox collapsum fuisset.bic autem Christus quia manet in æternũ, & immortalis
est,successorẽ non admittit.vnde & saluare in perpetuum potest,id est salutem afferre:cũ in hac vita,tum
in alia:non momentaneã,sed æternã.accedens per semetipsum,nõ per alienas hostias,sed per semetipsum
hostiam viuam,ad deũ patrem.infra cap.9,Per propriũ sanguinẽ introiuit in sancta,æterna redemptione
inuenta.Semper viuens,seu immortalis,ad interpellaodum pro nobis sui repręsentatione secundũ naturã
qua pontifex est,& humaoam. Dicunt glo.Chrysost.& Theopbylactus : quam cęlis intulit interecessurus
pro nobis.Hinc 1 Iohan.2,Aduocatuoi habemus erga deũ patrem,Iesum Christũ,& ipse est propitiatio
pro peccatis nostris. ℂQui textus aperti sunt contra cos qui temere asseuerant,qoòd dũ viuimus mutuo
pro nobis orare possumus:post banc autem vitam nullius fit pro alio exaudienda oratio:nihilque horum — De inuocatione &
quæ hic aguntur sanctis curæ esse.Mortuus quippe est Christus,& resurrexit,sedetque ad dexterã maie- — intercessione
statis supra cap.1:& tamẽ interpellat pro nobis.Quid igitur obstabit quominus cæteri sancti corporibus — sanctorum.
exuti,oos suis orationibus iuuent?Horum errorem Hiero.in epistola aduersus Vigilãtium perdocte con-
uellit,hac q̃ maxime ratione,Si apostoli & martyres adbuc in corpore constituti,possunt orare pro cæte
ris,quoniam pro se debent adhuc esse solieiti:quãto magis post corooas,victorias,& triũphos?Vnus ho-
mo Moyses sexcentis milibus armatorũ impetrat a deo veniam:& Stephanus imitator domini sui,& pri
B mus martyr in Cbristo,pro persecutoribus veniam deprecatur:& postq̃ cũ Christo esse cœperint,minus
valebunt?Paulus apostolus ducentas septuagintasex sibi dicit io naui animas condonotas:& postquam re
resolutus esse cœperit cum Christo,tunc ora clausurus est,& pro bis qui io toto orbe ad suum euangeliũ
crediderunt,mutire nõ poterit?Hactenus Hiero.Plura huius rei testimonia profert,quæ ne prolixitati stu
duisse videamur,subtieeo.Ad hæc Ambro.serm.87,de Elizeo propheta loquẽs,Quid enim mirũ si is au
xilia meretur è cælo præstare,cuius animus semper in cælo est?Et sermone 91,Martyrũ meritis nobis be
neficia præstari negãtes,Arrianæ hæresi consentiũt.His accedit Augu.qui psal.118 inquit,Insignita sunt
tẽpla natalibus martyrũ,crebescũt sanitates meritis martyrũ.Et lib.20,cap.21,contra Faustũ Manichęũ,
Populus autẽ Christianus memorias martyrũ religiosa solẽnitate concelebrat,& ad excitãdum imitatio-
nem,& vt meritis eorũ consocietur,atq; orationibus eorũ adiuuetur.Et lib.quęst.super Exod.quæst.108,
ꝙ sanctorũ martyrũ orationibus propitiatur deus peccatis populi.& quæst.149,& lib.vnico de cura pro
mortuis agenda,cap.6.Sunt quamplures alii,vt interim scripturæ cedamus,cũ singulari eruditiooe,tum
præcipua autoritate spectabiles,qui super hac re nobiscũ conueniuot,quorum senteotias suis locis refere-
mus.Quibus refragari aot reclamare impudentię foret,ac temeritatis. ℂIdcirco iam moltos horũ in hãc
coouenisse senteotiam audiuimus:vt sanctos implorandos & inuocandos concedant,nihil tameo emolu-
menti eorum meritis nobis accedere,at Christi gratia nobis omnia cõdonari.Quos submissius expratos
velim,id quod Deuter.32 scribitur,solicitius prospicere.vbi Moyses quatenus iustitiæ seueritatem domi-
nus mansuetudine commutaret,sanctorum patrum,tametsi ab hac vita migrassent,merita recensuit,di-
C cens,Memento domine Abraham & Iacob seruorũ tuorum.Ad idem est illud 2 Paralip.6,vbi Salomon
quò deum ad lenitatem flecteret,ipsum interpellãdo,Dauid vita functi merita protulit,inquiens,Domi-
ne deus meus ne auertas faciem Christi tui,memento misericordiæ Dauid serui tui.Ad idem Isaiæ 45,
Et ego dabo tibi, dicit dominus, thesauros absconditos & arcana secretorum,vt scias quia ego dominus
qui voco nomen tuum deus Israel,propter seruum meum Iacob,& Israel electum meũ.Præterea Marc.
2,& Luc.5 scriptum est,Cũ vidisset Iesus fidem illorũ,dixit paralytico,Confide fili,remittuntur tibi pec-
cata tua.Si illorum fidem tanti fecit dominus,qui deo nondũ perfruebãtur:quid horũ meritis qui arctio-
ri necessitudine illi copulantur non cõcedet? ℂQuibusdã autẽ visum est sanctos nisi dei numine prius im
plorato,inuocandos non esse,orationes ad sanctos fusas in hunc modum texentes,Omnipotens sempiter
ne deus,concede intercedentibus sanctis tuis &c.Hi tamẽ scripturas non æqua lance appendunt.Scriptũ
quippe Numer.21 legimus,Peccauimus contra dominũ,quia loquuti sumus contra deũ & te:ora vt tol-
lat à nobis serpentes.Vbi populus orationẽ suam primũ ad Moysen eorum sequestrum & mediatorẽ di-
rexit.Ad idẽ est quod Hiere.37 habetur,Ora pro nobis dominum deũ nostrum.Vbi populus Hieremiam
ob singularẽ vitæ eius sanctimoniã oratorem deposcebat:orationẽ suã ad ipsum directe referẽs.Et rursus
eiusdem Hiere.cap.42,Vbi cũ omnes principes bellatorũ ad Hieremiã accessissent,dixere,Ora pro no-
bis dominũ deum nostrũ,pro vniuersis reliquiis istis.quorum orationi coogratulatus Hieremias, Audiuit
ecce ego oro ad deum vestrum secundum verba vestra.Hoc ipsum præterea Paulus aliquoties egit,qui
D ad Rom.15 inquit,Obsecro igitur vos fratres,per dominũ nostrũ Iesum Christũ,vt adiuuetis me in ora-
tionibus vestris.Et ad Colos.4,Orate simul etiã pro nobis,vt dominus aperiat nobis ostium sermonis.2
quoq; ad Thessal.2,De cætero fratres orate pro nobis,vt sermo dei currat.Quibus locis Paulus,vt nulli
non innotescit,orationem suam ad Christi fideles primum retulit.Cui accedens Augustinus lib.vnico de
spiritu & anima dixit,Vos igitur qui meruistis esse sanctorum ciuium cõsortes,orate pro me ad deum,vt
educat me de hoc carcere,in quo teneor ligatus.Nemo igitur non nouit vel scripturarum imperitię incu-
sandus,quenquam dei imperio minime prohiberi,quominus quis cuiquam sanctorum affectus, vota sua
& preces illi offerat.Hinc letaniis celebrandis,quibus sanctos inuocamus,certa tempora præstituta sunt
in Concilio Gerundeosi,actione 3.& in Concilio Toletano 5,actione 1. ℂAliis autem placet quòd san-
ctis quasdam prærogatiuas superstitiose tribuamus:quibus morbos & alia iocommoda depellant.Nullũ
tamen adeo animi ancipitis esse,tantave scripturarum ignorantia affectum duco, vt curationum virtu-
tem sanctis inesse neget.Cum Act.5 scriptum sit,Per manus autem apostolorũ fiebant signa & prodigia
multa in plebe:ita vt eiicerent in plateas infirmos,& ponerent in lectulis & grabatis, vt veniente Petro
saltem vmbra eius obumbraret quenquam eorum,& liberarentur omnes ab infirmitatibus suis.& Marc.

vltimo, Signa eorum qui crediderint hæc sequentur, In nomine meo dęmonia eiicient, linguis loquentur E
nouis, serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, &
bene habebũt. ¶ Penes tamen nõnullos res hæc in ambiguo est: Nũ diuersis sanctis diuersas virtutes, & nũ
vni quaslibet dominus contulerit: an omnes quibuslibet sanctis indiscriminatim cõcesserit, quod plerisque
visum est. Hinc quispiã sanctorũ cultui iniquior, hunc in modũ super hac re scripsit, Sunt qui certos diuos
certis quibusdã colũt ceremoniis: alius Christophorũ singulis salutat diebus, sed nõ nisi cõspecta eius imagine,
quo tandẽ spectans? nempe huc quòd sibi persuaserit sese eo die à mala morte tutũ fore. alius Rochũ
quendã adorat, sed cur? quòd illũ credat pestem à corpore depellere. Alius Barbaræ, aut Georgio certas
preculas admurmurat, ne in manus hostiũ veniat. Hic ieiunat Apolloniæ, ne doleant dentes. Ille visit diui
Iob simulachra, vt scabie careat. Nonnulli de lucro certã portionẽ pauperibus nuncupãt, ne merces naufragio
intercidãt. Hieronymo cereolus accēditur, vt res quę periit recipiatur. Hactenus ille. Cui⁹ verba dũ
accuratius disquirere cœpissem, si forsan aut scripturæ aut recepti authoris testimoniũ offenderem, quo id
suadere adniteretur: tandẽ præter illius sensum propriũ (quem præcipuũ doctorẽ sibi delegit) nihil comperi.
qui illo nõ contẽtus, quod impietatis speciẽ non modicã præferre videtur, adiecit, Quæ quidẽ pietas
nisi à respectu commodorũ atq; incommodorũ corporaliũ ad Christũ referatur, adeo christiana nõ est, vt
non ita multũ absit à superstitione eorũ qui quondã Herculi decimã bonorũ partem vouebant vt ditescerẽt:
aut Æsculapio gallũ, vt à morbo reualescerẽt: aut qui Neptuno taurũ cędebãt, vt feliciter nauigarẽt.
Nomina quidẽ commutata sunt, sed finis vtrisq; communis. Longe tamen secus res se habet, cũ illi pecuniæ
tantũ studeant: ii vero præter habendi cupiditatẽ, idololatriã charius amplexantur. Nec est ꝙ quispiã F
addubitet certis sanctis certas prærogatiuas singularesque virtutes à deo demandari. Huius rei testem habes
August. qui lib. vnico de cura pro mortuis agenda, cap. 16 ait, Deus suorũ merita martyrum vbi vult,
quãdo vult, & quomodo vult, maximeque per eorũ memorias, quãdo hoc nouit expedire nobis ad ædificandã
fidẽ Christi, pro cuius confessione passi sunt, mirabili atque ineffabili potestate commẽdat. Et cap.
sequẽti, Neq; enim singulis singula munerũ istorũ, sed etiã plura istorũ cõpetere nõ ambigo. Huc accedit
Ambro. qui sermone 77 inquit, Licet vniuersi sancti vbique sint, & omnibus prosint, specialiter tamen illi
pro nobis interueniũt, qui & supplicia pertulere pro nobis. Martyr enim cũ patitur, non solũ sibi patitur,
sed & ciuibus. Et paulo post, Cuncti igitur martyres deuotissime orãdi sunt, sed specialiter ii venerandi à
nobis quorum reliquias possidemus: illi enim nos adiuuãt orationibus, isti etiã adiuuant passione. cum his
autem nobis familiaritas est. semper enim nobiscum sunt, nobiscũ morantur: hoc est & in corpore nos viuentes
custodiunt, & de corpore recedentes excipiunt. Hæc Ambro. Eodem pertinet Chrysost. homil. 8,
quinti Tomi dicens, Non omnes omnibus virtutes, sed diuersa diuersis scriptura tribuit. Quibus consentit
Basilius Magnus tractatu cui titulus in Gordiũ martyrem militem Cæsariensem prænotatur. Fuit, inquit,
hic martyr beatissimus ciuis noster Cæsariensis: ex quo nimirũ si nostræ mentis affectus ad eum potissimum
dirigitur. quod profecto ad verum ac domesticum huius vrbis facit ornamentum, qui & ciuitati
ꝙ maxime præsidio fuit, & hostibus formidini. velut ex eiusdem dictis præcedenti tractatu facile conspicitur.
Quod si tãtorum virorum autoritati adhuc nutabundus diffidas, quibus consentiunt vniuersi, Paulo G
saltem assentire, qui 1 Corint. 12 inquit, Diuisiones vero gratiarum sunt, idem autẽ spiritus: & diuisiones
ministrationũ sunt, idem autẽ dominus: & diuisiones operationũ sunt, idẽ vero deus: qui operatur omnia
in omnibus. vnicuiq; autẽ datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, alii quidem datur per spiritũ sermo sapientiæ,
alii autẽ sermo scientiæ, secundum eundẽ spiritũ: alii gratia sanitatum in vno spiritu: alii operatio
virtutũ: alii prophetia: alii discretio spirituũ: hæc autẽ omnia operatur vnus, atq; idem spiritus, diuidens singulis
prout vult. Non igitur singulis omnia confert. ¶ Cæterũ silentio prætereundũ non est, quòd Christianissimus
rex Frãciscus, dũ hæc cõtrouersia corã inuictissima semperq; augusta maiestate eius accerseretur,
nil prorsus scrupuli esse, quominus hoc ipsum libere omnes fateremur, iuxta suum pium in diuos
affectũ suapte natura ipsi insitũ adiecit. Qui somma qua semper extitit prudẽtia scopum attingens, quod
Iohan. 5 scriptum est protulit, Hierosolymis tantum certo loco & hora à deo præscripta, vnicus qui post
aquæ motionẽ probaticæ piscinæ, sese primus cõmittebat, incolumitatem consequebatur: non autem aliis
locis, aut eodem quocunque tempore: vel iisdem tẽporibus quotquot infirmi eiusdem aqua abluebãtur sanabantur.
Quòd si aliorũ testimoniis cedamus, id ad huius rei rationẽ satis esse arbitramur. Iam ad reliqua H
properãdum est, modo illud vnũ recensuero, Quosdã in hanc sententiã conuenisse, vt velint hunc præcipuum
& verum sanctorũ cultum esse, si vitã eorum optime institutã, moresque integerrimos, imitari neruis
omnibus contendamus, nec præter hunc alium nobis esse relictum. quod tamen multo aliter se habere
testimonia quæ produximus sat superq; ostendunt. At si quispiã Basiliũ proferat, qui tractatu illo de Gordio
martyre ait, Ineptũ insuper est, si sanctis, qui res orbis vniuersas cõtẽpserunt, his esse opus commẽdationibus
putamus. Igitur nostri tantũ causa profectus, sat illorũ celebrare memoriã fuerit: nõ enim nostris
indigent laudibus ornari, sed nos ipsorũ vitæ historia & commemoratione imitationis gratia indigemus.
Quẽadmodũ enim ex igne naturaliter emicat splendor, ex vnguento quoq; prę̃stãti diffunditur odor: sic
è sanctorũ cõmemoratione gestorũ ad oẽs prouenit vtilitas. Verũ vt hoc interim illi cõcedamus, discat tamẽ
id quod eo loco Basilius subiecit, superiori tractatu cui titulũ nũcupauit in 40 martyres, expressisse.
Beneficiũ igitur, ait, hoc fratres dilectissimi, gratiã hãc minime deficiẽte, ac sine inuidia ex deo obtinemus,
vt paratũ sit nobis & ecclesiæ per hos martyres auxiliũ. Sepe operã dedistis, sepe laborastis vt vnũ pro vobis
orãtẽ inueniretis: quadraginta sunt ii, vnã orationis emittẽtes vocem. Qui aliqua premitur angustia, ad
hos cõfugiat: qui rursus lætatur, hos oret. hic vero, vt à malis liberetur: ille, vt duret in rebus lætis. hos mulier
orãs pro filiis auditur, peregrinãti vero reditũ incolumẽ, ęgrotanti vero salutẽ implorat. cum his ergo
martyribus nostras effundamus preces. Superest hanc vnã obiectionẽ dissoluere, nẽpe si sancti vita functi

A erga nos suo officio defunguntur: quomodo Leuiticum sacerdotium ob id à Christi sacerdotio distabit, quod
Christus perpetuo pro nobis intercedat? cũ Aarõ reliquiq; sacerdotes hoc munus sibi impręsentiarũ ven-
dicent. Hæc facile diluitur obiectio, si quidem sacerdotiũ Leuiticum, vt præmisit Paulus, morte deperibat:
Christi autẽ sacerdotiũ perpetuũ est. Ideo vt pontifex hoc munus subit, Aaron vero suique successores nõ
vt pontifices, sed in morem aliorum sanctorum qui deo perfruuntur.

Talis enim decebat vt nobis esset pontifex sanctus, innocens, impollutus,
segregatus a peccatoribus, & excelsior cælis factus: qui non habet quotidie
necessitatẽ quemadmodũ sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre,
deinde pro populo. hoc enim fecit semel seipsum offerẽdo. ¶Quod dudũ gere-
bar animo, apertius explicat dicẽs, [Decebat enim vt talis nobis Christus esser põtifex sanctus] videlicet,
hoc est singulari pręditus sanctimonia, cęterisq; virtute eminẽtior. Is enim teste Theoph. Sãctus dicit, qui Sanctus.
nihil horũ quę facere debeat intermittit: quã vitę synceritatẽ Christo homini cõcepto deus rõtulit. Luc. 1,
Quod enim ex te nascetur, sanctũ vocabitur. Innocẽs quoq; extitit, & omnis criminis expers: qui peccatũ
nõ fecit, nec inuẽtus est dolus in ore eius, 1 Pet. 2. Idcirco subintulit eũ impolutũ, & à peccatoribus segre-
B gatũ, nõ cõuersatione, aut mutuo colloquio: cui sane id vehemẽti studio semper fuit, errãtes ad salutis viã
verbo & vita omni virtute pręditа reducere. Ideo Mat. 9 dicitur, Discũbẽte Iesu in domo, ecce multi pu-
blicani, & peccatores discũbebãt eũ eo. Segregatus igitur & seiũctus à peccatoribus extitit, vitę honestate,
morũ quoq; perfectione, à quo reliqui sacerdotes plurimũ absunt: cũ quotquot pręsenti vita degimus, ne-
quitiæ arguamur, Rom. 5, Per vnũ hominẽ in hũc mundũ peccatũ intrauit, & per peccatũ mors: & ita in
omnes homines mors pertrãsiit, in quo omnes peccauerunt. Idcirco vt vita, ita & gloria omnes præcellit.
Excelsior cęlis factus, id est omni cęlesti creatura superior throno paterno insidẽs. ¶Cũ autẽ factũ dixit,
liquet de Christo secũdũ carnẽ id dici. Nã vt deus, perpetuo est sublimior, aiunt Theophyl. & glo. Ad idẽ
Ambro. lib. de fuga seculi, cap. 3, hũc textũ enarrãs. Hoc igitur est verbũ, inquit, quod supra cælos habitãs
illuminat omnia: vnde & vnctus naturaliter legitur à deo patre, quia lumẽ est verũ, quod illuminat omnẽ
hominẽ venientẽ in hunc mundũ, Iohan. 1. Quod induit cognationẽ generis humani per huius corporis
susceptionẽ, & inenarrabilẽ charitatẽ, infundens se omnibus spiritu & plenitudine diuinitatis, de cuius ple
nitudine nos omnes accepimus, vt sciamus supereminẽtẽ sciẽtiæ charitatẽ quæ ipsum inhabitat. Caput est
etiã omniũ Christus, ex quo totũ corpus compactũ est. Hæc Ambro. Supereminet igitur omnibus Chri-
stus, qui omniũ caput cõstitutus est, ad Ephe. 1, Cõstituit eũ ad dexterã suã in cęlestibus supra omnẽ prin-
cipatũ, & potestatẽ, & virtutẽ, & dominationẽ, & omne nomẽ quod nominatur, nõ solũ in hoc seculo, sed
in futuro. Demũ conclusionẽ præcedẽtibus adiiciẽs, inquit, Quia ergo põtifex Christus sanctus est, im-
C pollutus, & segregatus à peccatoribus, nõ habet quotidie necessitatẽ prius pro suis delictis hostias offerre:
quẽadmodũ sacerdotes Leuitici ordinis pro semetipsis vt pro populo hostias offerẽtes, Leuit. 16. qui pec-
cato tenebantur obnoxii, & propterea debẽt quẽadmodũ pro populo, ita etiã pro semetipsis offerre pro
peccatis, supra cap. 5. Nec pluries eandẽ hostiã obtulit: sed hoc fecit semel, seipsum in ara crucis deo patri
offerẽdo. 1 Pet. 2, Christus semel pro peccatis mortuus est. & Rom. 6, Christus resurgens ex mortuis iam
nõ moritur, mors illi vltra nõ dominabitur: quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel. ¶Hoc lo
co prosilit satanę calliditas, & subdola arte deliramẽta confingit, quę captiunculis quibusdã, vafrisque phi
losophiæ rationibus nituntur, quo credentes, vt est illius omne studium, incautos fallat, & à fidei regula
abducat. qui hisce diebus adeo execrãdum atque exitiale fidei portentũ in lucem producere adnixus est,
vt illius meminisse nemo nõ exhorreat: quatenus sacrosancti eucharistiæ sacramẽti, quod vel fidei nostræ
pręcipuũ fundamẽtũ est, veritatẽ detractaret, ac sic totũ ferme orbẽ periculosissime pessũdaret. vbi enim De eucha
dirutũ est fundamẽtũ, quid superest, nisi vt structura omnis, atq; ædificiũ collabatur? Verum nõ modo ve- ristia.
nenũ hoc perniciosissimũ, in reipublicæ christianæ iacturã non ferendã, deflẽda ætate nostra effudit, quin
nascente euangelio quàm plurimos lethali vulnere confectos, ne id crederent prępediuit, vt Iohan. 6 constat,
Multi enim audientes ex discipulis Christi, id videlicet quod prius locutus fuerat, Hic est panis qui de cæ-
lo descendit, nõ sicut mãducauerũt patres vestri mãna & mortui sunt, qui mãducat hunc panẽ viuet in æ-
ternum.: dixerunt, Durus est sermo: & quis potest eum audire? & ex hoc multi discipulorũ eius abierunt
D retro, & iã non cum illo ambulabãt. Sed cuius cõsilio aut suggestione, nisi satanæ? cuius astutia prohdolor
sic nonnulli irretiti sunt, vt resipiscere ne si velint quidem pene possint. Hos fallaciter eludit, proponens
quod Christus semel obtulerit seipsum, qua vna oblatione omniũ peccata purgauit. Qui authore Paulo,
nõ habet necessitatem seipsum pluries offerre, velut Leuitici sacerdotes, qui in dies singulos immolabant,
tanquàm nequirent semel sacrificando expiare delicta. Parũ quoque Paulo conuenire, vt sacerdotẽ euangelicũ
sacrũ Christi corpus ac sanguinẽ offerre fateamur. Qui error eiusdẽ Pauli testimonio, 1 Corint. 11, necnõ
Christi, qui vt Luc. 22 habetur, Accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit discipulis dicẽs, Hoc est cor-
pus meũ quod pro vobis tradetur: hoc facite in meã cõmemorationẽ: aperte cõuincitur. Super quo proli-
xius disserui, supra cap. 5. Alios vero sic male persuasos detinet, vt fidei nostræ secretiora humanis rationi-
bus cõprobari velint, cęlestia tẽporalibus metiri, ęterna tẽporalibus cõponere, hominis virtuti incõprehẽsi
bilia duce natura tãtũ cõprehẽdere, infinita quoq; finitis coęquare. Nil est igitur quod miremur, si huiusce
modi homines satanę versutia delusi (quibus iuxta Pauli doctrinã cõsultius foret propriũ intellectũ in Chri
sti obsequiũ captiuare) fidei nostrę sacramẽta nõ penetrant. Qui quibuslibet rationibus omnia permittũt,
sacrũ corpus Christi tãtæ proceritatis sub tã modica hostia, figuræ quidẽ orbiculatæ (quã sphæricã dicunt)
cõtineri nõ credentes. Nec ad transubstãtiationẽ panis in ipsummet pertingunt. Idẽ corpus pluribus locis

contineri negantes. Qoos hac tam iniqua persuasione circunuentos propensius circunspicere optarem: E
quemadmodum fides nostra nequaquam humano aliquo sensu, vel iudicio constat. Non enim voluntate
humana aliquando allata prophetia, sed spiritusancto inspirati locuti sunt sancti dei homines, 2 Pet. 1. Et
2 ad Timot. 3, Omnis enim scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendũ, ad arguendum, ad corri-
piendum, ad erudiẽdum in iustitia, vt perfectus sit homo dei ad omne bonom opus instructus. ¶ Attende
quàm prudenter diuinitus non humanitus Paulus dixerit. Qui contra virulentum hoc toxicum & quàm
maxime noxium salutari nos antidoto muniuit: ad Colos. 2 dicens, Videte ne quis vos decipiat per philo-
sophiam, & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secũ-
dum Christum. Qui rursus Timotheo optimam & synceram doctrinã deprecatus, 2 ad Timot. 2 dixit,
Det autem tibi dominus intellectum in omnibus. Non igitur disertũ oratorem accinit, qui comitate & ele
gantia quadam dicendi Christum suaderet: at ne lepôre quodam, aut verborum lenocinio deludat, præca-
uendom monuit: ad Colos. 2, Hoc autem dico, ait, vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonis. Non ar-
gutum dialecticom, cuius dogma contẽtiosum est: qui authore Hiero. ad Titum 3, argumentationũ retia
attendere, & vagam rhetoricæ libertatem in syllogismorũ spineta cõcludere solet, & vt libet non ratione
sed stomacho disputat litigantiũ. quam deuitãdam 2 ad Timot. 2 Paulus hortatur, dicens, Noli verbis cõ
tendere: ad nihil enim vtile coutenditur, nisi ad subuersionem aodientium. solicite autẽ cura teipsum pro-
babilem exhibere deo, operariũ: inconfusibilem, recte tractãtem verbum veritatis. Quo vero id cõmodius
fiat adiecit, Prophana autẽ & vaniloqoia deuita: multum enim proficiunt ad impietatẽ. Non deniqoe phi F
losophum humi repentem: qui si Hiero. ad Galat. 5 credimus, proprios cogitatus putat esse sapientium.
De quo recte dicitur, Animalis homo noo percipit ea quæ sunt spiritus. A quibus nos procul esse Paulos
voluit, vt iam annotauimus. Quid igitur nobis agendũ est? Dominum sane spectemus, dum Christi philo-
sophiæ quæstio versatur. ille quidem Pauli testimonio in omnibus dabit intellectũ: qui quatenus hanc di-
uinam sapientiam nanciscamur, Ephe. 1, in hunc modũ orauit, Deus domini nostri Iesu Christi pater glo-
riæ, det vobis spiritũ sapientiæ & reuelationis: in agnitionẽ eius illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis
quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitię glorię hæreditatis eius in sanctis. Verum tantũ abest vt hos sug
gillẽ, qui artis oratoriæ, dialectices eruditioni, aut philosophiæ incũbunt: quibus adolescentes ac pene pue-
ri, prout ætas illa suffert, operã nauant, idque iure optimo: illis vero nemo sanę meotis vitio non vertit, qui
vt ait Hiero. ad Titum 3, in eo totos dies ac noctes terunt, vt vel interrogent, vel respõdeant, vel dent pro-
positionẽ, vel accipiant, assumãt, coufirmẽt, atq; concludant: & huiuscemodi studiis vitam integre conse-
crent. Aut si harum peritia prędití sunt, diuinã illam philosophiã reconditam & penitissimam nõ secus ac
si à puero imbibissent sibiipsis obuenire pollicẽtur: atq; illoris (quod aiunt) manibus eã pertractant. Quod
mea quidem sententia plerisqoe dispendio & ruinæ extitit. Perfectorum quippe est solidus cibus, eorũ, qui
☞ pro cõsuetudine exercitatos habẽt sensus: supra cap. 5. vbi de hac re plura scripsimus. ¶ Quibus autẽ trã-
Transubstantiationis vocabuli defensio.
substantiationẽ recentiũ theologorum figmentum esse, inimicus homo perperã suasit: attendant ũ diuinę
virtuti subesse, quod creaturæ denegatũ est. Matth. 19, & Marc. 10, Quod impossibile est apud homines,
possibile est apud deũ. Quis igitur vel desipiens his erroribus & non potius euãgelio consentiet? Quos in G
Concilio Constãtiensi sessione 15, publice condẽnatos scimus. Trãsubstãtiationis autẽ veritas in Concilio
Lateranensi, de quo in cap. firmiter, extra de summa trinit. & fide catholica, manifestius reserata est. De
qua similiter Ambro. lib. de his qui mysteriis initiaotur, cap. 9. Quod si tantũ valet, inquit, sermo Eliæ vt
ignẽ de cælo deponeret, nõ valebit sermo Christi, vt species mutet elemẽtorũ? sermo ergo Christi, qui po
tuit ex nihilo facere quod nõ erat, non potest ea quæ sunt in id motare quod nõ erat prius videlicet? Non
enim minos est nouas res dare, q̃ mutare naturas. Hæc Ambro. Qui etiã lib. 4. de sacramentis, cap. 5, ait,
Anteq̃ consecretur, panis est: vbi autẽ verba Christi accesserunt, corpus Christi est. Et paulo post, Ergo vi
dete quantis generibus potens est sermo Christi vniuersa conuertere: conuertitur ergo substantia panis in
corpus Christi, nec remanet sed transit in substantiã Christi corporis, quod nos transubstantiatiooem di-
cimus. Ad hæc Hiero. homil. de corpore & sanguine Christi, quæ Tomo. 4 eiusdem habetur, Visibilis sa-
cerdos, ait, visibiles creaturas in substaotiã corporis & sanguinis sui verbo suo secreta potestate conuertit,
ita dicens, Accipite & comedite, hoc est corpus meũ. Et iterum, Nec dubitet quisquam primarias creatu-
ras nutu diuinæ potentiæ præsentia summæ maiestatis in dominici corporis transire posse naturã. Quid
enim mirũ est, si ea quę verbo potuit creare, verbo possit creata conuertere? imo tam minoris videtur esse
miraculi, si id quod de nihilo dicitur cõdidisse, iam conditũ in melius valeat conuertere. Chryso. præterea
lib 3 de dignitate sacerdotali, cap. 4 inqoit, O miraculũ, o dei in nobis beneuolentia, qui sursum sedet ad
dexterã patris, sacrificii tamen tẽpore hominũ manibus cõtinetur, traditurq; lambere cupiẽtibus eũ, & cũ H
☞ veneratione cõplecti. ¶ Quę aotoritas his maxime aduersatur, qui sacrũ Christi corpus duobus locis prę
sens esse negant. His accedit Damascenus lib. 4, cap. 14, dicens, Si igitur verbũ dei viuens est, & efficax, &
omnia quęcunque voluit dominos fecit, non potest panem sui ipsius corpus facere, & vinum & aquam
sanguioem? Demum sequitur, Et tunc interrogabis quomodo panis fit corpus Christi, & vinum & aqua
eiusdem sanguis. Respondeo tibi, ꝙ spiritussanctus obumbrat, & hęc operatur super sermonem & in-
telligentiam: panis autem & vinum transumontur. Hæc Damasc. Hanc igitur transubstantiationem seu
mauis traosumptionem velut eorum commentum recentioribus theologis ii perperam ascribunt.

Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autem iurisiurãdi, qui post legem est, filiũ in ęternum perfectũ. ¶ Ne quẽ forte suspitio subeat, quia semel seipsum Christus obtolit hostiã deo patri, ꝙ etiã pro semetipso quemadmodũ & legis antiqoæ sacerdotes: arguit ꝙ pro aliis tantũ. Lex enim Mosaica, ait, cõstituit sacerdotes infirmi

A taté habétes,& peccãdi,& moriẽdi,inquit Chrysost. Et ideo quia morti & p̄cõ sunt obnoxii,debẽt prius
pro proprio peccato hostias offerre,deinde pro populo,vt dictũ est.Sermo autẽ iurisiurãdi, id est diuinus,
verissimus,idem & firmissimus,quia iureiurãdo firmatus.Qui post legẽ dictus est per Dauid sermo,filiũ
cõstituit sacerdotẽ in æternũ,& perfectũ.In ipso enim placuit omnẽ plenitudinẽ diuinitatis inhabitare.
ad Coloss.1.Nõ ergo successurem habet,qui æternus est,nec pro semetipso obtulit verus deus,& homo.
¶Paulo tamen reluctari videtur id qđ Malach.2 scribitur,Lex veritatis fuit in ore eius,sacerdotis videlicet,& iniquitas nõ est inuenta in labiis eius. Vbi Hieronymus,Lex veritatis fuit in ore eius,hoc est,doctrina populorum quæ in sacerdote nullo debet mẽdacio deturpari:sed tota de veritatis fonte procedere,& iniquitas non est inuenta in labiis eius,vt imitetur dominum suum:de quo dicitur,Qui peccatũ nõ fecit,nec dolus inuentus est in ore eius.Quomodo igitur constituit lex sacerdotes,infirmitatem peccati habentes?Quod si forsan dicat quispiam sacerdotes infirmitati peccati venialis addictos,non autẽ mortalis:huic officit quod Ephe.5 dicitur,Imitatores dei estote sicut filii charissimi,& ambulate in dilectione,sicut & Christus dilexit nos.Deinde sequitur,Fornicatio autem & omnis immundiria nec nominetur in vobis sicut decet sanctos,& turpitudo,& stultiloquium,aut scurrilitas.Vbi Hieronymus,Stultiloquium & scurrilitatem ab hæreditate dei nos non separare testificatur,sed minuta peccata censeri. Dei ergo iussu venialia peccata deuitanda sunt:nec his necessitate tenemur obstricti:quicquid nonnulli sen-
B tiant.Cum Hieronymus in epistola ad Demetriadem dicat, Nec impossibile aliquid deus voluit imperare qui iustus est,nec damnaturus hominem fuit pro eo quod vitare nõ potuit qui pius est. Cui Paulus Rom.12 suffragatur,Prope est,ait,verbum eius in ore tuo,vt facias illud.Idcirco dicendum videtur hominem quęcunq; peccata,etiam minuta,dei gratia adiutum vitare posse:qua absente in hæc facile prolabitur,cum ad vitia propensissimus sit homo:ad virtutem autem tardior,ac remissior: caro quippe concupiscit aduersus spiritum,& spiritus aduersus carnem,vt non quæcunq; vultis illa faciatis,ad Galat.6. & Rom.7,Video autem aliam legem in membris meis,& captiuantẽ me in lege peccati quæ est in mẽbris meis.Impetus tamen ille,qui ad malum defertur, quo omnes circondamur,& corruptus, voluptatique deditus animus dei gratia frænatur,atque cohibetur,ne in hæc facinora præcipites ruamus. Hinc eodem cap.habetur,Infelix homo,quis me liberabit de corpore mortis huius?gratia dei per dominũ Iesum Christum.Quod si prodocas id 1 Iohã.1,Septies in die cadit iustus.resp.August.lib.11 de ciui.cap. 31,Non de iniquitatibus,sed de tribulationibus ad humilitatem perducentibus hoc intelligendum esse: à quibus resurgit,& non illis succũbit. Si vero cuiquam Hieronymi interpretatio placeat,qui lib. 2 aduersus Pelagianos dictum illud ad minuta & quotidiana peccata refert,sine quibus vita præsens inquit traduci non potest:hoc fatemur, nisi dei gratia opitulante:qua optimum est cor stabilire,infra cap.vltimo.Ita similiter Hieron.interpretemur,qui Hieremiæ 8 inquit, Vbi sunt qui in nostra dicunt positũ esse potestate omni carere peccato?Nemo,inquit scriptura,quod bonum est loquitur:quia etiã pro ocioso verbo reddituri sumus rationem in die iudicii.Huic interpretationi conducit quod idem Hieronymus
C lib.3 aduersus Pelagianos scripsit, Hoc & nos dicimus,inquit,hominẽ posse nõ peccare si velit pro tẽpore,pro loco, pro imbecillitate corporea, quãdiu intẽtus est animus,quãdiu chorda nulla vitio laxatur in cithara. Quod si paululum se remiserit quomodo qui aduerso flumine lembũ trahit si remiserit manus statim retro labitur,& fluentibus aquis quo non vult ducitur:sic humana conditio si paululũ se remiserit,à dei gratia scilicet,discit fragilitatẽ suã,& multa se posse cognoscit.Intelligendus est itaq; hic Pauli textus,ꝙ sacerdos omnis infirmitate peccati circundatus est,id est peccati fomite,qui hominem illicit ad malum velut Paulus Rom.7,& ad Galat.6 docet.

EXPOSITIO CAP. VIII.

C Apitulum autem super ea quæ dicuntur talem habemus pontificem,qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cælis, sanctorum minister & tabernaculi veri,quod fixit deus & non homo.

¶Vbi humilia pleraq; de Christo disseruit,cuiusmodi illa sunt quòd põtificis munere functus sit,quòd seipsum hostiam viuam deo patri obtulerit,preces salutis nostræ causa deo patri offerat,& quotquot istiusmodi sunt:mox ad altiora transcendit dicens, [Capitulum sup ea quæ dicuntur] id est,breuis & compendiosa de Christo locutio aliquid laude dignius quàm prædicta cõtinens.Capitulum quippe vt placet Chrysostomo homilia 14,id quod maximum est dicitur,cum quis Capitulũ.
D rem totam summatim,& verbo complectitur à capite deductum,quod & si breue sit,in summo tamen à natura collocatum est:in quo futurum erat, vt præcipua hominis vis resideret: a quo & sensus omnes in cætera membra profluunt.Nonnunquam autem capitulũ pro capite,siue libri exordio desumitur autore Hieronymo,Ezech.2,à quo & recapitulatio dicta:qua,vt ait Hieronymus Ephe.1,Oratores in epilogis,vel ante epilogos,in fine causarum propter iudicum memoriam,& eorum qui audierunt recordationem vti solent,vt quę prius latius disputarũt, breui postea sermone comprehendant, & vnusquisque recordari eorum quæ audiuit incipiat.Quæ vero sit illa sublimis de illo philosophia,quam dicturus erat explicat,dicens,[Talẽ habemus pontificẽ]Christum,[Qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cælis] seu in æqualitate dei patris,quod vtiq; diuinæ est maiestatis,vt dicunt Chrysostomus & Theophylactus:secundũ quam Christus æqualis est patri, ad Philip.2,Qui cum in forma dei esset,non rapinã arbitratus est esse se æqualem deo.Subinde vero summis infima admiscet,& denuo quæ ad humanitatem pertinent loquitur,Secundum quam sanctorum minister est, quia hic gratiam & in futuro gloriã iustis omnibus confert.Ex quo cõstat Christi merito angelos gratiam & gloriã cõsecutos: cum sanctis omnibus eadem subministret.Præterea caput totius ecclesiæ Christus est,Ephe.1,4,& 5 capitulis:quæ homi

nes simul & angelos complectitur,vt dicunt Ambro.& Hieronym.Ephe.1.Quare consequens est, vt ab E ipso in angelos,sicut & homiues gratia fluxerit.Idcirco sibi ipsis consentanei non videntur, qui Christū angelorum caput fatentur,velut Paulus palam docet,ad Colossen.2, Ipse est caput omnis principatus & potestatis: ipsius tamen passionis merito firmos,& stabiles ne in peccatum ruerent , angelos permansisse inficiantur:à suis dictis dissidentes. Si enim dei gratia immobiles stetere,quam illis promeruit Christus,quomodo nnn iidem Christi merito ne in peccatum inciderent præseruati dicentur? Respondeāt insuper ii Hieronymo, qui Ephe.primo, Christnm angelos purgasse dixit.quod vtique ad reprobos minime refertur , quos Christi sanguine redemptos non fuisse perspicuum est : quorum ignis ęternns est. Ad bonos igitur pertinet,quos,ne malis facinoribus inficerētur, Christus præseruauit.Hinc accedit Ambrosius,Eph.4 locum illum enarrans,Ex quo totum corpus compactū est &c.Christi merito,ait,omnis chorus angelorum,archangelorum,principatuū,& potestatū subsistit.Sed quo quæso Christi merito,nisi passionis & mortis?cū infra ca.10 de Christo scriptū sit,Tūc dixi,venio:vt meipsum videlicet,hostiā deo patri offeram:in qua voluntate sanctificati sumus omnes.Huc etiam pertinet quod Ephe.5 scriptū est,Christus dilexit ecclesiam,& seipsum tradidit pro ea,vt illam sanctificaret.Reliquū est igitur vt totius ecclesiæ corpus illa vna Christi oblatione sanctificatū sit,simul & angeli qui reliquo corpori connectuntur. Itaque iodicio meo dicendum videtur,angelos Christi sanguine,ne præcipitio colliderentur, præsernatos fuisse.

Christum passione sua etiam angelis meruisse.

¶Est insuper Christus tabernaculi veri,qđ fixit deus,& nnn homo,minister.q.d.secundum Theophylactū,Ecce maius quidē & certius tabernaculū,cælū habemus.Nam vetus illud quod filii Israel secū deferebant,hominum manibus fabrefactū erat,vt patet Exod.25,& sequētibus capitulis, qbus tabernaculi figura describitur,capite vero 40 eiusdē erectio.Nouū autē deus fixit,& immobile fixumque creauit,cuius typum Moysi tabernaculu præiulit. Soper quo Paulus 2 Corinth.5,Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitatiōis dissoluatur,quia ex deo habemus domum nō manu factam æternam in cælis : quæ cælum empyreum censetur,vt inquit Theophylactus post Basilium Magnum in enarratione psal.4,& 28.Quod concreatum angelis extitit ipsisq; ornatum,vt placet Damascen.lib.2,cap.5.cui consentiunt Beda,& glo.ord.Gene.4.Ad hæc est conciliū Lateranen.de quo in cap.1 extra de summa trinit.& fide catholica:vbi habetur, Simul ab initio temporis vtrūq; condidit deus naturam de nihilo,spiritalem,& corporalē:angelicam videlicet,& mundanā. F

¶Sed qui volunt angelos cęlo,terraque prius creatos (quibus assentiri videtur Hieronymus , qui ad Titum 1 inquit,Ante tempora angeli,throni,dominationes,cæteræque virtutes seruierunt deo: & absque temporum vicibus, atque mensuris deo iubente substiterunt) nomine cęli firmamentum intelligant necesse est.Quod perfecta specie insignitum secunda tantùm die prodiit in lucem , Gene.1.Quòd si contra hanc sententiam adhibeas August.qui lib.vnico de cognitione veræ vitæ,cap.143 inquit,Sciendum tres cælos historialiter appellari:hic quippe aer primum cælum historialiter vocatur,sicuti habes psalm.8,Volucres cæli & pisces maris.Secundum cælum æther,in quo planetæ vago cursu feruntur.Tertium firmamentum appellatur,in quo fixa sydera traduntur.Si igitur angelus coęuus firmamēto est, quod omniū supremū est, G nihil interest ao de firmamento,aut alio quouis cælo priorem sententiam intelligamus. Lōge tamen secus est.cum Aug.quemadmodum sub ęthere 7 planetarum orbes comprehendit , Saturni videlicet,Iouis,Martis,Solis,Veneris,Mercurii,Lunæ.quorum meminit Damascenus lib.2,cap.5,& Basilius ante eum congressione tertia secundæ diei,illorum opinionem confutans & probro ducens,qui vnicum esse cælum volūt. Quare deridendæ sunt hæ rationes,inquit,quibus illi duos in ratione rerum cælos esse nō probabant.Nos autem adeo sententiis iis assentiendum esse non censemus,cælumque secundum nō esse non credimus,vt & tertium quærendū esse arbitremur,aspectu cuius olim diuus haud immerito Paulus est potitus.psalmos etiam cælos cælorum dicentes,docere nos existimare oportere cælorum copiam esse remur.Nec vero magis hæc mira videntur,quàm septem illi orbes in quibus septem inhęrētia sydera cursum agere suum ab omnibus vno ore dicuntur.hæc Basilius. Ita firmamenti nomine alios cælos intellexit,crystallinum videlicet,& empyreum,de quo August.sermone 28 in Lucā scripsit, In quo dominus & angeli sunt,ait,cælum est,vbi culpa cessat:cælum,vbi flagitia non sunt:cęlum,vbi nullum moetis vulnus.

Cęli tres.

Omnis enim pontifex ad offerenda munera & hostias constituitur,vnde necesse est & hūc habere aliquid quod offerat.Si ergo esset super terram nec esset sacerdos,cum essent qui offerrent secundum legem munera.

¶Quòd Christus salutis nostræ verus minister & pontifex sit, manifesta ratione arguit. D Siquidem omnis pontifex ad offerenda munera & hostias cōstituitur,vt supra cap.5 patuit, [Omnis pontifex]ex hominibus assumptus pro hominibus [Cōstituitur]in his quæ sunt ad deum,vt offerat dona & sacrificia. Distant autem inuicē dona seu munera & hostiæ,vt testis est Theophylactus hoc loco.Quòd hostia animaliū sit oblatio & cruenta,Deut.12,Sāguinem hostiarum fundes in altari,carnibus autem ipse vesceris . Dona vero fructibus,thure,& panibus constant,ac eiuscemodi cæteris,quæ incruēta sunt.de quibus Leuitici 21,Incensum & panes deo suo offerunt. Nōnunquam tamen scriptura his indifferenter vtitur:vt patet Gene. 4,Respexit deus ad Abel & munera eius.Tametsi ex textus serie compertissimum sit agnos ipsum obtulisse.psalmo quuque 115 dicitur,Tibi sacrificabo hostiam laudis,& nomen domini inuocabo. Dixit itaq; Paulus,omnis pontifex ad offerenda munera constituitur,vnde necesse est hunc, Christū,cui nihil horum quæ pontificis sunt defuit,aliquid habere quod offerat.Cuiusmodi autē Christi oblatio fuerit subiungit , Si enim esset super terrā,hoc est, si id quod Christus obtulit terrenū aliquod munus esset,his nō absimile quę sub lege offerebantur,non esset sacerdos Christus,nullaque prorsus vrgeret necessitas,aut

Hostia.
Dona.

A vtilitas suaderet, Christum hoc munus subire cum essent plurimi super terram, qui hæc munera secundũ
legem offerrent, Aaroo videlicet & sui successores. Hæc interpretatio glosæ est ioterlin. cui aduersari vi-
detur, id quod infra cap. 10 scriptum est, In qua voluntate seu volũtaria oblatione sanctificati sumus per
oblationem corporis Iesu Christi semel. Christus autem corpus suum ex hoc mundo assumpsit: terrenũ
est igitur quod ipse obtulit. Hæc obiectio facile refellitur, ꝙ sacerdotiũ legis ideo terrenum appellatur:
quia deus sibi ipsi mnc obsequentibus terrena ac temporalia repromitteret, Deut. 28, Si autem audieris
vocem domini dei tui, vt facias atque custodias omnia mãdata eius, quæ ego præcipio tibi: hodie faciet
te dominus excelsiorem cũctis gentibus, quæ versantur in terra. benedictus eris in agro, benedictus fru-
ctus veotris tui, benedictus fructus terræ tuæ. Christus vero cælestia pollicetur, Iohan. 10, Ego veni, vt vi
ram habeaot, æternam scilicet, & abundaotius habeant. Huc alludit quod infra hoc cap. habetur, Melio
ris testamenti mediator est, quod & in melioribus repromissionibus sancitũ est. Itẽ cũ Christos sit verus
deus & homo, non terreous, sed cælestis diceodus est; 1 Corinth. 15, Primus homo, Adam scilicet, de ter-
ra terrenus: secũdus autem homo, Christus, de cælo cælestis: qualis autem terrenus, tales & terreni: qua-
lis cęlestis, tales & cælestes. Alia est interpretatio glosæ ord. vt sensus sit, Si ergo esset super terram & in
hoc mundo, id quod pro totius mundi peccato dignum posset offerri, non tamen esset sacerdos, qui tan
to muneri offerendo sufficeret: cum tameo essent sacerdotes qui offerrent secundum legẽ, & ideo se im-
B maculatum deo patri Christus obtulit. quæ interpretatio difficultatem non mediocrem afferre videtur:
Quippe cum nouæ legis sacerdotes missæ sacrificio quotidie pro sui & totius mundi salute, Christũ of-
feraot: quomodo igitur hac oblatione indiguum alium à Christo sacerdotem Paulus voluit? Dicẽdom
est, in primis cum nouæ legis sacerdotium Leuitico conferat, quibus hoc munus demandatum non est,
qui vmbræ & exemplari tantùm deseruiunt cælestium, vt sequenti textu habetur, sacerdotũ euangelici
excellentiam docuit, quibus in suæ passionis perpetuum monumentum id agere præcepit Christus. vt
Lucæ 22 habetur. Præterea nouę legis sacerdos nõ in suiipsius persona, sed Christi & totius ecclesiæ of-
ferr, teste Augustino libro 10 de ciuit. ca. 20, Quotidie esse voluit ecclesiæ sacrificium (inquit) cũ ipsius
corporis ipse sit caput, & ipsius capitis ipsa sit corpus: tam ipsa per ipsum, quàm ipsum per ipsam assue-
tus offerri. quomodo per ipsam, nisi per sacerdotes, qui eius nomine offerunt? Est & alia eiusdem glo. in-
terpretatio, quæ & Chrysostomi, dicentis, Si ergo esset super terram Christus, & non ascendisset in cæ-
lum, nõdum esset sacerdos, id est sui sacerdotii ritus seu forma minime celebraretur, cum essent qui offer
rent secundum legem muneta, id est cum adhuc superesset sacerdotium secuodum Aaroo. oportet ergo
(inquit Chrysostomus) alium locum quęrere: super terram nempe existens nequaquam pontifex esset,
& sacerdotali dignitate non frueretur. Hæc tamen oõ minorem cæteris pręfert ambiguitatem, cum in-
fra cap. 10 scriptum sit, Voa enim oblatione coosummauit in sempiternum saoctificatos. Præterea si hic
C uobiscum ageos hoc munus uõ subiit, qoid papam eius vicarium in terris appellamus? Fateamur itaque
Christum in morem veteris legis sacrificium neqoaquam ohtulisse, cum plures essent super terram, te-
ste Paulo, qui huius legationis officium obirent. Cæterum quaoquam Christus nondum degustata mor
te sui sacratissimi corporis, & sanguinis sacramentum cõfecerit, & protinus seipsum hostiam obtulerit:
sibi tamen à deo patre demandatã prouinciam perfectè non exercuit, dooec deuicta & calcata morte
resurrexit, & ad patris dexteram pro nobis intercessurus conscendit, Rom. 4, Mortuus est propter deli-
cta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Qui demum apostolis in corpus eius mysticũ,
& ecclesiam, iurisdictionem contulit, Iohan. 20, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorũ
retinueritis, retenta suot. Et Petrum toti ecclesiæ pastor his verbis præfecit, Pasce oues meas, pasce agnos
meos, Iohan. vlt. vt vult Chrysostomus homil. 87 in Iohan. locum illum explicans, Quid tandẽ (ait) aliis
omissis hic dũtaxat Petrum affatur? os erat apostolorũ & princeps. Verũtamen primatus Petri ratio oũc
habenda non est. super quo aliquando dicturi sumus.

Qui exemplari & vmbræ deseruiunt cælestium sicut responsum est Moy-
si cum cõsummaret tabernaculum: Vide, inquit, omnia facito secundum exẽ-
plar quod tibi ostensum est in monte. ¶Vbi sacerdotium euangelicum & Christi Le-
uitico contulit, ipsum looge pręcellere demonstrat, cum legis sacerdotes tabernaculo deseruirent, quod
D exemplar erat, & figura cælestium, id est ecclesiæ, vt dicuot Theophylactus & glosa. Cuius pars voa in
cęlis regnat secura, altera vero adhuc in terra peregrinatur. Quæ August. tractans lib. 7 de ciuit. cap. 32
inquit, Omnia enim non solum prophetiæ quę in verbis sunt, nec tantũ pręcepta vitæ, quæ mores pie-
tatemque confirmant: verum etiam sacra sacerdotalia, tabernaculum siue tẽplum, altaria, sacrificia ea
dicta sunt propter vitam æternam fidelium in Christo, & impleta credimus, & impleri cernimus, & im-
plenda confidimus. Figuram itaque & typum prętulit lex non veritatem ipsam, infra cap. 10, quod &
legis testimonio comprobat. producens illud Exod. 25, & sequeo. capitis. Sicut respõsum est ipsi Moy-
si à deo, ait, ipsum edocente cum consummaret & perficeret taberculum. Vide (inquit) omnia facito se-
cundum exemplar quod tibi moostratum est in monte, id est veritatem quam tibi indicaui. Quem locũ
glo. post Bedam edisserens, Exod. 26 ait, Exemplum tabernaculi in monte monstratum est Moysi, quia
moratus secrete cum domino vidit sublimẽ angelicę puritatis & immortalitatis vitam, ad cuius instar
homanum, quantum nostra conditio suffert, instituere iussus est, vt exemplo angelorũ diuinę laudi vna
nimi paci, syncerę castitati, cęterisque virtutibus io terris vacaremus: sicque coosortes eorum efficere-
mur. Et ita Chrysostomus & glo. hunc locum interpretantur. Carnalis quippe populus ille cęlestia oon
percipiebat, quæ soli Moysi reuelata sunt: cui pręceptum est, vt exemplaribus qoibusdam ac formulis il-
la eadem exprimeret, quibus tandem populus ille rudis & indomitus ad cęlestia agnoscenda, & affectã-

da raperetur.Lex enim pędagogus fuit in Christo,ad Galat.3.❡At forsan dices Paulū sibi non consen- E
tire,qui Rom.13 dixit,Nox præcessit,vmbra videlicet,obscuritas,& caligo veteris legis:dies autem ap-
propinquauit,quia euangelicæ veritatis dies nobis illuxit.Si igitur veritatem figura præit,quid cęlestiū
veterem legem exemplar dixit, quæ multis seculis legem præcessere?Consideremus itaque,ꝙ licet cęle-
stia his temporalibus cum tempore,tū perfectione priora sint:cognitione tamen nostra posteriora exi-
stunt,Rom.1,Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta cōspiciuntur:sem-
piterna quoque eius virtus & diuinitas. .

**Nunc autem melius sortitus est ministerium,quanto & melioris testamen-
ti mediator est:quod in melioribus repromissionibus sancitum est.**

❡Non modo Christi sacerdotium Leuitico præstantius est,quòd nunc in terra minime versetur,& cę-
lum habeat locum:verum etiam quòd melioris testamenti,pacti,seu legis,quæ veterem illam multo an-
tecellit,mediator sit & largitor:& idcirco [Melius sortitus est ministerium] id est,administrationē po-
tiorem adeptus.Eo siquidem nouum testamētum veteri præstat, quòd melioribus promissionibus nita-
tur.vt proximo cap.liquet, Ideo noui testamenti mediator est,vt morte intercedente in redemptionem
earum præuaricationum,quæ erant sub priori testamento,repromissionē accipiant qui sunt vocati ęter
næ hęreditatis,seu ad æternam hęreditatē.❡ Quæ autem Christi testamento conducant,glo.hoc loco
admonet.Præcepta,ait,fere omnia eadem in vtroque testamēto, moralia vtiq;, cęremonialia vero non F
eadem,& sacramēta similiter:quia illa promittūt,ista dant promissa.Quę est Aug.(tametsi non citetur)
psal.73 sentētia.Qui epistola, 200 ad Cellicum episcopū,eadem nūc esse moralia,quę olim,nec plura,
nec potiora docet.❡Quod si quis opponat,id quod Matth.5 scribitur,Non veni soluere legē,sed adim
plere.glo.addendo quod minus erat & implendo.Hoc autem ad cęremonialia,aut iudicialia, quę subla
ta sunt non pertinet,de moralibus ergo intelligendum est. Huic argumento resp.August.lib.quæst.no-
ui testamenti,quæst.30 dicens,quòd legem adimplere nihil aliud est,q̄ legi plene addere,& manentibus
pręteritis noua addere:vt audistis,inquit,quia dictum est antiquis,oculum pro oculo,dentem pro den-
te:Ego autem dico vobis non resistere malo:sed si quis te percusserit in vna maxilla,præbe ei & alterā:
hoc fuit adimplere.Non enim detraxit,sed potiora addidit.Non vt peccare videatur qui vindicat,sed vt
melior sit qui non retribuit.Nec ergo aliud voluit,q̄ quod lex in sensu habet.Hæc August.Vtrobiq; igi-
tur idem intellectus:& si Scribarum & Phariseorum violenta foret interpretatio & extorta,quos vel ob
id saluator,Matth.23 criminatur,& impietatis arguit dicens, Væ vobis duces cæci,quia dicitis,quicūq;
iurauerit per templum,nihil est:qui autem iurauerit in auro templi,debitor est.Stulti & cæci,quid enim
maius est aurum an templum quod sanctificat aurum?Quibus pleraque id genus lucro & auaritiæ stu-
dentibus obiecit.Pręterea paulo post idem Aug.subintulit,Immutatis ergo verbis legis docuit Saluator,
quod saluti prodesset,vt sensum legis adimpleret . Legi itaq; addidit Saluator verum & genuinum eius
sensum referando,à quo Scribę & Pharisęi ambitione,aut cupidine ducti nimium aberant. Non tamen
eo inficias,Consilia à Christo superaddita.quorum obseruantię nemo,nisi propria pollicitatio accesse- G
rit(vt nuper docuimus)tenetur obnoxius. ❡Quòd si rursum quispiā dicat correctionē fraternam vni-
cuique nostrum pręcipi,vt Matth.18 habetur:quę tamen veteris testamenti hominibus demandata non
est.Vt hæc semel finiam,fateor deo autore proximi salutem vnicuiq; semper curę ac studio fuisse. Vni-
cuique enim mandauit deus de proximo suo,Eccle.17.Correptionis tamen modū Christus nobis præ-

De mediatore.

scripsit.❡Hoc loco Paulus liquido ostēdit,licet hęc res apud nōnullos in quęstionē vertatur,nihil peri-
culi esse quo minus deiparam virginem mediatricem asseueremus,cæteros item sanctos,quorum inter-
cessionibus cōtra huius vitę discrimina,quę vel vrgentissima sunt,fulcimur.Moysen quippe velut Chri
stum nouę legis,veteris mediatorem appellat.cui tamen pręstat Christus.Vterq; ergo mediator Chri-
stus & Moyses,quanquam longo interuallo inuicē distent.Huc accedit quod Moyses Deut.5 dixit,Ego
sequester & medius fui inter deum & vos in tēpore illo.qui precibus suis iram dei,ne in populum acer-
bius deseuiret,prępediuit,vt Exod.32 constat.Quem locum Hieronym.Ezech.13 interpretatus inquit,
Sicut enim murus opponitur hosti,& aduersario occurri solet ex aduerso venienti:ita dei sententia san-
ctorum precibus frangitur.Vnde & Moysi dicitur,Dimitte me,& delebo populum istum.Cui enim di-
citur,dimitte me,ostenditur quòd tenendi habeat facultatem.Idem quoq; ait Hieronymus cap.22 eius-
dē.Quis igitur vel cęcutiens,non animaduertit nos iure sanctos ceu mediatores accersere: quibus in ma
nu est nobis orantibus sese quàm feliciter accommodare?vt proximo cap.effuse annotauimus . Superest
quid velit August.enucleare,qui huic sententiæ lib.2 contra epistolam Parmeniani cap.8,parum ęquus H
videtur.Si vero beatus Iohannes(inquit)ita diceret,Hoc scripsi vobis,vt non peccetis:& si quis peccaue
rit,mediatorem me habetis apud patrem,exoro pro peccatis vestris,sicut Parmenianus quodā loco po-
suit,mediatorem episcopum inter populum & deum,quis eum ferret bonorum Christianorum? Quis si-
cut apostolum Christi,& non sicut Antichristū eū intueretur ? Qui è vestigio subintulit,Homines enim
omnes Christiani se inuicem commendant orationibus suis:pro quo autē nullus interpellat,sed ipse pro
omnibus,hic vnus verusq; mediator est.Ad idem August.lib.10 conf.cap.vltimo, & in enarratione psal.
29 pluribus verbis.Verūtamen si August.vigilātius inspiciamus,perspicuum est eo loco plures media-
tores,oratores,seu intercessores ipsum scripsisse,cum nos inuicē mutuis precibus iuuare fateatur,qui vni-
cum mediatorem redemptorem(cuiusmodi est Christus)ibidē dixit. Et lib.9 de ciuit.dei,ca.15,Omnes
homines,ait,quamdiu mortales sunt,etiam miseri sunt.Quęrendus est itaque medius,qui non solum ho
mo,sed & deus sit,vt homines ex mortali miseria ad beatam immortalitatem perducat. Quem neq; nō
fieri mortalem oportebat,neq; permanere mortalem.Et paulo post, Proinde mediatorem inter nos , &

A deum,& mortaliratem oportuit habere tranſeuntem,& beatitudinem permanentẽ,vt per id quod trãſit coogrueret morituris.Et ad id quod permanet transferret ex mortuis. Attendãt præterea,qui in hãc ſententiam Paulum,1 ad Timoth.2 profernot:eundem de mediatore redemptore locutum,vt contextus ſatis docet.Vnus enim deus eſt,inquir,& vnus mediator dei & hominum homo Ieſus Chriſtus,qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus nobis.Quem locum ſi plerique memoriæ integræ commendaſſent,à veritate non deſciuiſſent.

Nam ſi illud prius à culpa vacaſſet,non vtique ſecundi locus inquireretur: vituperans enim eos dicit,Ecce dies veniẽt dicit dominus,& cõſummabo ſuper domum Iſrael,& ſuper domum Iuda teſtamentum nouum. ❡Cur vetus illud teſtamẽtum nouo ceſſerit,rationem proximo capite iam inductã iterum affert. [NAM ſi illud prius à culpa vacaſset] hoc eſt,irreprehenſibiles,& perfectos effeciſſet gratiam conferendo iuſtificantem,nõ eſset aliud & nouum eius loco ſuffectũ:vbi culpa non vitio,ſed defectui datur,vt Rom.7 patet,Lex itaq; peccatum eſt abſit.Sed lex ſancta,& mãdatum iuſtum & ſanctum.Et 1 ad Timoth.1, Scimus autẽ quoniam bona lex eſt,ſi quis ea legitime vtatur. Lrgi igitur culpa aſcribitur quod gratiam iuſtificantem nõ contulit,vt infra cap.proximo habetur.Quæ parabola eſt inſtantis temporis iuxta quam munera & hoſtiæ offeruntur, quæ nõ poſsunt iuxta conſciẽtiam perfectum facere ſeruiẽtem. Poſt modũ Paulus velut
B dialectices non imperitus ex deſtructione conſequentis prioris conſequentiæ oppoſitũ antecedentis inferendo, apte concinneq; vetus illud teſtamẽtum imperfectum arguit.Perinde atque diceret,Si prius illud vacaſset à culpa,noo vtique ſecundi locus inquireretur:ſed ſecundo locus eſt teſtamento, ergo illud prius non vacauit à culpa.Minorem autem probat Paulus einſdẽ legis autoritate:vituperans eos Iudęos videlicet,qui obſeruantia legis in viros perfectos euadere ſperabant. Dicit deus per os Hieremiæ ſui lib. cap.31,Ecce dies veniunt temporis plenitudinis & gratiæ quibus Chriſtus hnc conceſsit,ad Galat.4, At vbi venit plenitudo temporis,miſit deus filium ſuum factum ex muliere,factum ſub lege. [ET conſummabo,ait dominus,ſuper domum Iſrael,& ſuper domum Iuda, teſtamentũ nouũ.] hoc eſt,euãgeliũ conſummatũ & perfectũ ſuper Iudæos ioducã:quorũ regnũ diuerſe ſciſſum eſt imperãte Roboã filio Salomonis,vt 3 Reg.13 habetur.Cui tribus Iuda & Bẽiamin ad hęſerũt:reliquæ vero decẽ Hieroboã.Hic autẽ Paulus Iudæorũ tantũ meminit:quia ad hos Chriſti facta eſt repromiſsio.Quibus primũ Chriſtus veritatis euãgelicę regulã manifeſtauit.cũ Matt.15 dixit, Nõ ſum miſsus, niſi ad oues q̃ perierũt domus Iſrael.Tãetſi omniũ ſaluti proſpexerit,ad Galat.3,In Chriſto nõ eſt Iudæus neq; Græcus,nõ eſt ſeruus neq; liber,nõ eſt maſculus neq; fœmina,oẽs enim vos vnũ eſtis io Chriſto.Hæc autem autoritas à Paulo inducta & à veritate Hebraica,& 70 interpretibus verbotenus ſolũ diſsidet:velut ex Hieronymo conſtat,qui vtranq; editionem eo loco poſuit:quanquam Lyrano placeat Paulum 70 interpretes imitatum fuiſſe.Vbi enim vtraque editio habet,& feriam domui Iuda teſtamentum ſeu pactum: poſuit Paulus,cõ
C firmabo teſtameotum:vt legis euangelicæ compertior habeatur firmitas.

Non ſecundum teſtamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum,vt educerem illos de terra AEgypti,quoniam ipſi non permanſerunt in teſtamento meo,& ego neglexi eos,dicit dominus.

❡Quàm diſsimile ſit nouum teſtamentum priori pertractat,dicens,Dedi teſtamentũ eis(ait dominus) [Non iuxta teſtamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum,vt educerẽ eos de terra AEgypti,] hoc eſt,teſtamentum illis contulit nouum,haud conforme illi quod eorum patribus creditum eſt tertio menſe ab egreſsu AEgypti,vt patet Exod.19, Ne tamen cuiquam in mentem veniat teſtamentum illud eiectum iri,quod deus Abrahæ demandauerat repromittens illi in ſemine ſuo gentes omnes benedictionem habituras,Gene.22,In die adiecit qua apprehendi manum eorum, vt educerem de AEgypto,vt dicũt Chryſoſt.& Theophylact.& glo.Repromiſsio quippe Abrahæ facta Chriſti aduentu impleta eſt,ad Galat.3,Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes quod eſt Chriſtus. Hoc loco Paulus Manichæum percutit,qui vetus teſtamentum velut à malo deo traditum repudiat autore Hieronymo in ſymbolo Ruffini.Conſilium vanitatis eſt(inquit)quod docet Manichæus,quòd ſe paraclitum dicit,quòd deum creatorem negat,quòd teſtamentum vetus repudiat,cum vtriuſq; teſtamenti Pauli teſtimonio idem deus autor ſit.Ne quis tamen hoc argumẽtum ſubterfugere aduitatur,moralia à deo
D eſse admittens:at cęremonialia,aut iudicialia à malo genio proceſsiſse: contra hunc eſt id Matth.8, vbi dominus leproſo mũdato dicit, Vade offer munus tuum quod præcepit Moyſes in teſtimonium illis, de quo Leuit.14.quod vtiq; ad cęrimonialia manifeſte pertinet.Facit item id Pauli,1 Corinth.9,Non alligabis os boui trituranti,quod Deut.25 habetur.Præterea Matth.2 & 3,multa è prophetis citantur. Nõ ergo hæc velut prophana,& quæ à nouo teſtamento diſsideant abiicienda ſunt:cum vnus legiſlator ſit: qui poteſt perdere,& viuificare,Iacobi 4.Sed quid Manichæum eiuſque ſequaces in tantam amẽtiam prouexit?Sane ſcriptura perperã iuxta propriũ ſenſum intellecta.Prophetica enim ſcriptura propria interpretatione noo fit,2 Petri 1,Profert ſiquidẽ ille in ſui peruerſi dogmatis teſtimonium,id quod Gene.1 dicitur,In principio,creauit deus cælum & terram.quo principio ? ait,eius ne principio quo idem deus eſse cœpit:an ex eo quo illum eſſe vacuum tęduit?Cui obiectioni Auguſt.reſp.lib.1 contra aduerſarium legis & prophetarum cap.2,quod nec deus eſſe cœpit,nec eum eſſe vacuum tæduit,qui nec aliquando non fuit,nec ceſsando torpuit:ſicque neutrũ admittendum eſt.Sed in principio fecit deus cælum & terram,ex quo conditæ ſunt creaturæ,vt principiũ ſit ex quo eſse cœperunt.Non enim deo coæternæ creaturæ fuerunt,ſed factæ initium acceperunt . Vel certe in principio ſibi coæterno fecit cælum & terram,

hoc est,in vnigenito filio suo,ad Coloss.1,In ipso condita sunt omnia,in cælo,& in terra,visibilia & in- E
uisibilia.Et Iohan.1,Omnia per ipsum facta sunt,& sine ipso factum est nihil . Plerasq; alias autoritates
ab eodem impudenter interpretatas,tum veteris testamenti,eodem lib.tum noui,2 lib.producit August.
eiusdem errorem erudite confutans.Cæterum non modo autoritatibus,sed & rationibus vafris tamē &
captiosis hoc ipsum Manichæus agit:quibus nonnulli sic afficiuntur, vt eos suppudeat his in sui erroris
patrocinium abuti.Lex,ait,Manichæus euangelica amorē præcipit auertere à temporalibus,& ad æter-
na conuertere,ad Colos.3,Igitur si consurrexistis cum Christo,quæ sursum sunt quærite,vbi Christus est
in dextera dei sedens:quæ sursum sunt sapite,non quæ super terram:sed lex antiqua animum ad hęc ca
duca conuertit,auertens ab æternis:ergo iniquior videtur.Longe tamen secus est,cum temporalia po-
pulo illi priori rudi adhuc,& agresti deus repromiserit,quatenus his beneficiis à deo affecti,ipsum lau-
dibus efferrent,& ad diuina prosequenda stimularentur,nec his temporalibus semper intēderent.Hinc
Moyses & reliquus populus,vbi seruitute AEgyptiaca deuicta pristinæ libertati redditi sunt,ne ingrati-
tudinis insimularentur,deo gratias agendo in hæc proruperunt . Cantemus domino,gloriose enim ma-
gnificatus est,equum & ascensorem deiecit in mare,Exod.15.Nobis vero velut perfectiorib⁹,& præ cæ
teris diuina sapientia præditis primū spectanda cælestia Christus obtulit,Matth.6,Primum quærite re-
gnum dei,idque decentissimo ordine,teste Augustino,qui lib.18 de ciuitate cap.11 inquit,Inter vetus &
nouum testamentum,sicut in vnoquoque homine qui in deum proficit id agitur,vt ait Apostolus,1 Co
rinth.15,vt non sit prius quod spiritale est sed quod animale,postea vero quod spirituale est.Non igitur
vituperio dandum est,sicut hæc temporalia in spem veniāt,modo is deum & gloriam eius super omnia F
prospiciat. Nec ab his dissentio,quibus infideles donis ac muneribus ad fidem alliciēdos placuit,quanq̃
super hac re nonnullos qui Christiane sapiunt,hęrere,& animi ancipitis esse agnouerim. cuius rei fidē
facit,cap.Qui syncera,45 distinct.& cap.Non debet,23 quæst.4. ¶Obiicit præterea ꝙ lex Mosaica cir-
cuncisionem,sabbatum,neomenias,& alia pleraque alia præcipit:quæ euangelio prohibentur: Non er-
go idem legis & euangelii autor est.Hanc obiectionem perdocte confutat August.qui lib.vnico de vera
religione,cap.17 inquit,Quisquis ideo negat vtrunq; testamentum ab vno deo posse esse,quia nō eisdē
sacramentis populus Christianus tenetur, quibus Iudæi erant obstricti:potest dicere non posse fieri vt
vnus paterfamilias iustissimus aliud imperet eis quib⁹ seruitutem duriorem vtilē iudicat: aliud eis, quos
in filiorum gradum adoptare dignatur.Vt enim ars medicinæ cum eadem maneat,neque vllo pacto ip-
sa mutetur,mutat tamen præcepta languentibus,quia mutabilis est nostra valetudo:ita diuina prouiden
tia cum sit ipsa prorsus immutabilis , tamen creaturæ varie subuenit,& pro diuersitate morborum,aliis
alia iubet,aut vetat:vt à vitio vnde mors incipit,& ab ipsa morte ad naturam suam ea quæ deficiunt,id
est ad nihilum tendunt,reducat,& firmet.Deinceps cur Iudęos criminandos,& probro habendos dixe-
rit,manifestat:[Quoniā ipsi nō permanserunt in testamēto meo,& ego neglexi eos dicit dominus] hoc
est ob eorum præuaricationem & inconstantiam,quia pactum meum irritum fecerunt,postposui illos:
qui accepta lege e vestigio in idololatriam prolapsi sunt,vt Exod.32 habetur,ex quo textu compertum
est(vt ait Chrysostomus)ꝙ quemadmodū bona à deo & benefacta originem sumunt:ita & mala quoq; G
à nobis ipsis initium deducūt.Ad idem August.lib.vnico de spiritu & litera,cap.19 hanc literam inter-
pretatus,Eorum vitio,ait,non steterunt,ne lex, quam tunc acceperant, culpanda videatur:quā non ve-
nit Christus soluere,sed adimplere.Quibus suffragatur id psal.118,Spreuisti omnes discedētes à māda-
tis tuis.Et Ozee 2,Auxilium tuum ex me Israel,perditio tua ex te.

Quia hoc est testamentum, quod disponam domui Israel post dies illos,di
cit dominus,dando leges meas in mentes eorum,& in corda eorum superscri
bam eas. ¶Iam institutum suum plenius aggreditur,prioris legis & euangelii discrimen inducens,
[QVIA hoc est testamentum nouum quod disponam domui Israel post dies hos]id est,legem veterem
abrogatam . Eo autem euangelium Israeli creditum dicitur, vt aliqua ex parte superius prælibauimus,
quod euangelium Christi imperio primum illis promulgatum sit . Cuius rei Christi præceptum extat,
Matth.10,In viam gentium ne abieritis,& in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis,sed potius ite ad
oues,quę perierunt domus Israel.Idcirco Hieronymus, Hiere.31 locum hunc explicans,inquit, Non cō
trarius locus iste illi præcepto quod postea dicitur,Euntes docete omnes gētes baptizantes &c.quia hoc
ante resurrectionem,illud vero post præceptum est:& oportebat aduentum Christi primum nūciare Iu
dęis,ne iustam haberent excusationem,dicentes se ideo dominum reiecisse,quia ad gentes & Samarita- H
nos apostolos misisset,aut ipsemet iisset. Postmodū vero,vt Act.13 dicitur,apostoli gentiles visere Chri
sti iussa exequentes.Hac ratione dicit Paulus Rom.15,Gentes autem super misericordia vobis à deo im
pensa videlicet,honorate deum.Dicit itaque Paulus,Disponam testamentum nouum [Dādo leges meas
in mentes eorum,& in corda eorum superscribam eas] hoc est,per spiritum sanctum euangelicæ verita
tis sacramento illis indicabo corda eorum diuino igne accendendo.Hinc Hieronymus loco iam indu-
cto.Nunc autem in euangelio,post crucem,resurrectionem,& ascensionem dare se pactum non in tabu
lis lapideis,sed in tabulis cordis pollicetur:quod & Paulus,2 Corinth.3 testificatur,Epistola estis Chri-
sti ministrata à nobis,& scripta non attramento,sed spiritu dei viui:non in tabulis lapideis,sed in tabulis
cordis.Sicque distat nouum testamentum à vetere,quòd illud tabulis lapideis exaratū sit,Exod.24,Da-
bo tibi duas tabulas lapideas,& legem,& mandata,quæ scripsi:Euangeliū vero reuelatione nititur. Nec
enim legimus quippiam à Christo literis demandatum esse. Idcirco Chrysost.& Theophyl.hunc textū
in Iudæos apte contorquent.Producant nunc(aiunt)Iudæi in medium,& ostendant quo vnquam tēpo-
re legem sine scripturis acceperint.Constat enim apostolos,nullam scripturam à Christo accepisse,sed

A ſpirito ſancto reuelãte illã didiſciſse,vt patet Iohã.14,Paracletus aũt ſpũs ſanctus quẽ mittet pater in no
mine,meo,ille vos docebit omnia,& ſuggeret vobis omnia quęcũq; dixero vobis.Nõ vtiq;,ait,ſcripſero.
Apoſtoli vero partim ſcripto,partim verbo,quod ſpũ ſancto reuelãte didicerant,nobis reliquerunt.Hãc
legis & euãgelii differentiã,quam tantopere ſcriptura cõmẽdat,eos quibus nihil probatur, qđ nõ idem li
teris cõmiſſum ſit,oro atq; obteſtor,ob oculos habere,& in ea verſari,quatenus ab hac iniqua Satanę &
callida ſuaſione deducantur,eiusq; verſutiam eludant.Qui pleriſq; q̃ noxie perſuaſit,nil prorſus admit
tendũ,quod ſcriptura non exprimeret.Audiãt prętcrea Paulum,qui his quę verbo tradiderat, ſicut q̃ li-
teris exarata erãt,ęque deferẽdũ voluit.Ea quoque pari religione,nec diſsimili officio amplexãda, 2 ad
Theſſ.2 dicens,Itaq; fratres ſtate & tenete traditiones, quas didiciſtis ſiue per ſermonẽ ſiue per epiſto-
lã noſtrã:eiuſdẽ quoq; cap.3,Quod ſi quis nõ obedierit verbo noſtro per epiſtolã,hunc notate:& nõ cõ-
miſceamini cum illo vt confundator.Et rurſus 2 ad Timot.ſecundo, Tu ergo fili mi confortare in gra-
tia quæ eſt in Chriſto Ieſu:& quę audiſti à me per multos teſtes hæc cõmenda fidelibus hominibus, qui
idonei erunt & alios docere . Non vtique, ait ,quæ ſcripta legiſti (quibus tamen adhærendum eſt) ſed
quæ viuę vocis oraculo deprehenderat : hortabatur illa eadem aliis tradere obſeruanda . Pene omiſe-
ram quod idem,1 Corinth.11,vbi nonnulla ſuper precioſiſsimi euchariſtiæ ſacramenti ſumptione ſalu-
bri diſſeruiſſet,& alia ſupereſſent eiuſdem religioſa dogmata reſeranda,prudenter adiecit. Cætera cum
venero diſponam,quæ tamen ſcripta nõ extãt.Et vt ſemel finiã:Nũquid Chriſtus quę ſolo verbo impe-
B rãtur obſeruãda ꝑcepit?Super cathedrã,ait,Moyſi ſederũt Scribę & Phariſæi,quæ dicũt facite,Matt.23.
Quod ſi ſcripturæ ſacræ cedamus,gentiliũ teſtimonio hoc ipſum cõprobatũ eſt:vt patet lib.in exercen-
dis litibus.C.de fide inſtrumẽ.qua cauetur fidẽ eandẽ & inſtrumẽto,& teſtiũ depoſitioni habendã eſſe.
Quibus autoritatibus exploratiſsimũ eſt,apoſtolos pleraque verbo dũtaxat,nec ab his ſcripturis prodita
poſteris reliquiſſe,quæ virorum cum eruditorũ,tũ proborũ peruigili cura,ſummoque ſtudio ad ætatem
noſtrã deuenere.Sapienter itaq; Origenes locutus eſt,qui homil.5 in libros Numerorũ ait,Sed & in ec-
cleſiaſticis obſeruationibus ſunt nõnulla huiuſmodi,quę omnibus quidẽ facere neceſſe eſt,nec tamẽ ra-
tio eorũ omnibꝰ patet:Nã quod verbi gratia genua flectamus,& orãdo qđ ex omnibus cæli plagis ad ſo
lã oriẽtis partẽ cõuerſi ꝑces fundamus:nõ facile cuiq̃ puto ratione cõpertũ.ſed & euchariſtię ſiue perci-
piẽdæ,ſiue eo ritu quo geritur explicãdæ:vel eorũ quæ gerũtur in baptiſmo verborũ geſtorũq; & ordi-
nũ atq; interrogationũ, ac reſponſionũ, quis facile explicet rationẽ?Et tamẽ hęc omnia operta & vela-
ta portamus ſup humeros noſtros cũ ita implemus ea & exequimur,vt à magno pontifice atq; eius filiis
tradita & cõmẽdata ſuſcepimus.Recte itẽ Hieronymus dialogo orthodoxi & Luciferiani victo dãs Lu-
ciferianũ quod ſup his quæ diutina cõſuetudine, optimiſq; vtentiũ moribus firmata eſſent ſcripturã re-
quireret.An neſcis,inquit,eccleſiarũ hunc eſſe morẽ,vt baptizatis poſtea manus imponatur:& ita inuo
cetur ſpũs ſanctus?exigis vbi ſcriptũ ſit.Etiam ſi ſcripturæ autoritas non ſubeſſet,totius orbis in hãc par
tẽ cõſenſus,inſtar præcepti obtineret.Nam & multa alia quę per traditionẽ in eccleſiis obſeruãtur auto
C ritatem ſibi ſcriptæ legis vſurpauerũt: velut in lauacro ter caput mergitare,deinde egreſſos lactis & mel
lis ꝑguſtare cõcordiã,ad infantiæ ſignificationẽ:die dominico & p omnẽ pentecoſten, nec de geniculis
adorare,& ieiuniũ ſoluere.Multaq; alia quæ ſcripta nõ ſunt,rationabilis ſibi obſeruatio vindicauit.Ex
quo animaduertis nos eccleſiæ cõſuetudinẽ ſequi.Qui rurſus prologo euãgeliorũ ad Euſebiũ inquit,Ec
cleſia domini voce ſupra petrã fundata eſt,quã introduxit rex in cubiculũ ſuũ,& ad quã per foramẽ de-
ſcẽſionis occultę,mittit manũ ſuã,q̃ prius occulta erãt videlicet reuelãdo,vbi aut ęquitas ſuadet,aut ne-
ceſsitas exigit.Ad idẽ eſt Ambro.lib.1 de ſacramẽtis cap.5 dicẽs,Forma baptiſmatis & vſus hoc habet,
vt ante fons cõſecretur,& tũc deſcẽdat qui baptizãdus eſt.Nã vbi primũ ingreditur ſacerdos,exorciſmũ
facit.Secondo ſuper creaturã aquæ inuocationẽ.Poſtea & preces fundit,vt ſanctificetur fons, & adſit ꝑ-
ſentia trinitatis.Quæ tamen nõ omnia ſcripturis ſacris demandata ſunt.Dei ſiquidẽ præcepta(ait idem
Ambro.) lib.de paradiſo cap.8.Nõ quaſi in tabulis lapideis atramẽto legimus inſcripta, ſed cordibꝰ no
ſtris tenemus impreſſa ſpirito dei viui illa reuelãte, vbi ſpõſæ ſuæ eccleſiæ expedit.His accedit Theophy
lactus,2 ad Theſ.2,locũ productũ enarrãs.Hinc ſane perſpicuũ eſt,inquit,pleraque Paulũ ſermone dũta
xat,hoc eſt viua voce nõ epiſtolis tradidiſſe.Nõ enim ſecus illa atque hæc fide digna ſunt:itaque & ec-
cleſiæ traditionẽ dignã exiſtimemus cui præſtãda ſit fides,vt ſiquid ab ea ſit traditũ,nil vltra perquiras.
Tranſilio quæ Aug.epiſt.86 ad Caſulanũ ꝑſbyterum ſcripſit.Cuius verba habẽtur cap. In his rebus, 11
D diſt.In his rebꝰ,inquit,de q̄bus nil certi ſtatuit diuina ſcriptura,mos populi,mos dei,& inſtituta maiorũ
pro lege tenenda ſunt.& ſicut præuaricatores diuinarum legum,ita contemptores eccleſiaſticarum con
ſuetudinum coercendi ſunt.Pertranſeo inſuper,quæ libro ex dictis Baſilii ſuper hac re diſſeruit: quorum
meminit cap.Eccleſiaſticarum inſtitutionum,eadem diſtinct.Quæ ſimiliter dicit lib.cõtra Manichæos,
& alio loco,quæ habentur cap.Palam eſt,& cap.Catholica,eadẽ diſtinct.Quibus perſpectum habemus
eos male perſuaſos,qui de ſanctiſsimo euchariſtiæ ſacramento circunciſe loquendum volunt, nihilque
ſuper eo aſſerendum quod non idem ſacris literis expreſſum ſit.Tranſubſtantiationis quippe ſcriptura
nuſquam meminit,quæ ſumme conducit:quatenus tanti ſacramenti veritas dilucidior habeatur, quã &
fide tenemus,vt capite proximo dictum eſt.Præterea,ſi huic rationi locus eſſet,nec viaticum ſacramen-
tum hoc appellaretur,quo tamen nomine Concilium Nicenum vſus eſt,actione 12, & concilium Au-
raicenſe,act.4: Euchariſtiæ quoque nomen ſanctũ abdicaretur.de quo in Cõcilio Carthaginẽ.3,act.6.
& in Concilio Cæſarauguſtano,act.2,& Cõcilio Toletano,1,act.14.Et ſacrificii ſimiliter,de quo in cõ-
cilio Toletano 2,act.20:& 12,act.5.Cõmunionis quoque dominici corporis & ſanguinis de qua in cõ-
cilio Antiocheno,actio.2,& pleraque id genus q̃ vel ſolo ſermone tradita ſunt,vel reuelatione diuinitus
facta innotuerunt.Rectius itaq; cenſuit eccleſia, in cap.Cũ Marthę,extra de celebra.miſſarũ.Sane mul
ta(ait)tam de verbis q̃ factis dominicis inuenimus ab euangeliſtis omiſſa,vt cõſtat Iohã.penult.& nouiſ

ſimo cap.quę apoſtoli vel ſuppleuiſse verbo,vel facto expreſsiſſe leguntur.Paulus enim in Actibus apo E
ſtolorum cap.20 ait,Meminiſse nos oportet verbi domini Ieſu,qui dicit,Beatius eſt dare q̃ accipere.qđ
nullus euangeliſtarũ deſcripſit.Hęc ibidẽ.Si quis autẽ in hãc ſententiã Hierony . opponat:qui Aggęi 1
inqnit,Sed & alia quę abſq; autoritate & teſtimoniis ſcripturarum,quaſi traditione apoſtolica ſpõte re
periuntur,atq; confinguntur,dei gladius percutit. Conſideret ille Hierony.de his quæ ſpõte & vltro ab
homine adinuenta ſunt,quæ nec ſcriptura nec autoritate nitũtur,locutum: Cuiuſmodi non ſunt quę ab
hinc annos multos ecceleſię vſus q̃ cõſultiſsime obſeruãda tradidit:velut eiuſdẽ Hierony.teſtimonio mox
inducto liquet.Huc pertinet quod Auguſt.epiſtola 119 ad Ianuarium cap.18 inquit, Miror ſane quid ita
volueris,vt de iis quę varie per diuerſa loca obſeruãtur tibi aliqua cõſcriberẽ : Cũ & nõ ſit neceſſariũ,&
vna in his ſaluberrima regula retinẽda ſit,vt q̃ non ſunt cõtra fidẽ,neq; cõtra bonos mores,& habẽt ali-
quid ad exhortationem vitę melioris,vbicũq; inſtitui videmus,vel inſtituta cognoſcimus, non ſolũ non
improbemus,ſed etiam laudãdo & imitando ſectemur:ſi aliquorũ infirmitas nõ ita impedit, vt amplius
detrimẽtũ ſit.Ad idẽ Baſilius lib.de inſtitutiõe monachali cap.13,Quia ergo in omnibus negociis quæ
inter nos verſantur, vel verbis quædã quidẽ per mandatũ dei in diuinis ſcripturis diſtinguũtur:quędã ve-
ro reticentur.De his quidẽ quę ſcripta ſunt,nulla prorſus licentia permittitur cuiq̃, vel admittere quod
prohibitũ eſt,vel omittere quod præceptũ eſt.cũ ipſe dominus ita pręceperit dicens, Et cuſtodi verbum
hoc quod ego mãdn tibi hodie,& non adiicies ad illud,neq; auſeres ab eo.De iis vero quæ ſcriptura re-
ticuit,regulam nobis apoſtolus poſuit dicens,Omnia licent,ſed non omnia ędificãt:omnia licent,ſed nõ F
omnia expediũt.Nemo quod ſuũ eſt quęrat,ſed quod alterius: itaq; omnino nõ q̃ nobis licita ſunt, ſed q̃
ędificãt proximos agere debemus:& non nobis placere ſed proximis ad ædificationẽ.Sed quid ad bonos
mores cõparãdos,quidve ad beate feliciterq; viuẽdũ,& proximis in bono cõplacendũ ęque conducit,vt
quæ totius eccleſię cõſenſu firma ſemper ſtetere,cũ ad ſalutem conciliandã omnibus vſui futura ſint. Su
pereſt Iudæorũ obiectionem refellere.Qui legẽ nõ modo in tabulis lapideis,ſed & eorũ cordibus digito
dei viui exaratam ſe excepiſſe gloriãtur. Eſdras nempe,vt etiã refert Auguſt.lib.2 de mirabilibus ſacræ
ſcripturæ cap.33,& glo.ord.2 Reg.1,& 1 Eſdræ 7.poſt Bedã,dei ſummi ſacerdos legem cõbuſtã à Chal
dęis in archiuis templis reſtituit.Quippe qui,vt idẽ ſentit Auguſt.& Ioſephus lib.11 antiquitatum ca.5,
legis integram experientiã habebat,& legem deo illi reuelante igne conſumptã Iudæis reddidit. Non-
nulla tamen adiecit:pleraq; vero integra volumina ſubtraxit:quorũ nihil præter nominis memoriã reli
quũ eſt,cuiuſmodi ſunt illa quæ 2 Reg.11,& 2 Paralip.9 recenſentur,Natham videlicet prophetę,Ahie
Sylonitis,& Addo.Verum hic nodus facile diſſoluitur,cum Eſdras eãdem Iudęis legem reddiderit,quæ
primum tabulis lapideis illi populo demãdata fuerat:at Chriſtus euangeliũ ſine ſcripturis apoſtolis cõ-
tulit:quod partim Chriſti verbo,partim ſpiritu ſancto reuelãte prodiit in lucem.Iohã.16, Adhuc habeo
multa vobis dicere,ſed non poteſtis portare modo:cum autẽ venerit ille ſpũs veritatis,docebit vos oẽm
veritatẽ.Nõ enim loquetur à ſemetipſo,ſed q̃cunq; audiet loquetur, & q̃ ventura ſunt annũciabit vobis.

Et ero eis in deum,& ipſi erunt mihi in populum:& non docebit vnuſquiſ- G
que proximum ſuum,& vnuſquiſque fratrem ſuum dicens,Cognoſce domi-
num,quoniam omnes ſcient à minore vſque ad maiorem eorum,quia propi-
tius ero iniquitatibus eorum,& peccatorum illorum iam non commemora-
bor.dicendo autem nouum,veterauit prius: quod autem antiquatur,& ſene-
ſcit prope interitum eſt. ¶Quid lex euãgelica emolumẽti adferat,ſubinde manifeſtat dicẽs,
[Et ero illis in deũ] vt vera fide meipſum agnoſcãt. Quod ſane p euãgeliũ teſte Theophylacto effectũ
eſt.Nã qui antea deos colebant, idolorũ erant ſeruituti addicti,nũc autẽ dei habita notitia,illi in popu-
lũ cõceſſerũt,ad Ephe.2,Vos qui eratis longe,facti eſtis prope in ſanguine eius.Idcirco adiecit Paulus:
[Et ipſi erũt mihi in populũ,]per protectionẽ atq; tuitionẽ,Rom.9,Vocabo nõ plebẽ meã, id eſt gen-
tes q̃ antè me nõ nouerãt,plebẽ meã,qa fide me agnoſcãt:& nõ dilectã,dilectã:& nõ miſericordiã cõſe-
cutã,miſericordiã cõſecutã.[ET nõ docebit vnuſq̃ſq; proximũ ſuũ & vnuſq̃ſq; fratrẽ ſuũ dicẽs,cognoſce
dominũ,] qa qđ in litera veteris teſt.variis figuris & ęnigmatib.velatũ delitеſcebat:& diſcebat populus
p traditiões magiſtrorũ,hoc Chriſtus ſuos edocuit apoſtolos:qbus aperuit ſenſum vt ĩtelligerẽt ſcriptu
ras,Luc.24.Hinc Ioã.1 dicitur,Lex p Moyſen data:gratia & veritas p Ieſum Chriſtũ,reuelata ve3.Ve-
rũtamen hunc textũ nõ de apoſtolis tantũ,ſed & omnibus in Chriſtũ credẽtibus Hierony.intellexit,qui
Hieremię 31 ait,Cũq; ſcriptũ fuerit domini teſtamẽtũ in mẽte credẽtiũ per hoc qđ credunt in Chriſtũ, H
ipſe erit eis in deũ,& ipſi in populũ: vt nequaq̃ Iudaicos quęrãt magiſtros,& traditiones, & mãdata ho
minũ,ſed doceãtur à ſpũ ſancto.Si tamẽ audire mereãtur,tẽplum dei eſtis,& ſpũs dei habitat in vobis,1
Corint.6,Spũs enim ſpirat vbi vult. Notitia quoq; vnius dei q̃ eſt per verã fidẽ omniũ virtutũ poſſeſsio
eſt.Hæc Hierony.Ex cuius ſentẽtia ſatis apparet,ꝙ qui deo vera fide,& dilectione adhęſerit,ſuper his q̃
fide neceſſario tenẽda ſunt plene erudietur.At forſan dicet quiſpiã Paulũ ſibi ipſi parũ cõſentaneũ eſſe.
Qui 1 Cor.14 dixit,Qui prophetat,hominibꝰ loquitur ad ędificationẽ,inſtructionẽ,exhortationẽ,& cõ
ſolationẽ.Rurſum quoq; ad Ephe.4,Alios dedit paſtores & doctores ad conſummationem ſanctorũ in
opus miniſterii,ad ędificationẽ corporis Chriſti:donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei. Quid igitur
Paulus ſemel ſuſcepta fide & charitate,quibuſlibet hominibus omniũ fide credendorũ peritiã obuenire
pollicetur?His ſane verbis Paulus inſinuat,ꝙ vbi fidei difficultas cuiquam in mentem venerit, ſcripturæ
peritiſsimos cõſulẽdos eſſe.Quos qui cõtẽptui,& nihilo haberet,criminis deferretur. Qui enim doctri-
nam eorum ſpernit,non hominem ſpernit,ſed deum qui dedit ſpiritum ſanctum in eis,1 ad Theſ.4,&
Lucæ 12,Qui vos ſpernit me ſpernit . Quos ſi abeſſe contingat,diuinę largitatis bonitas non deerit,

A quę ſibi addictorum ſaluti abũde proſpicit, vt 1 Iohã.2 habetur, Nõ enim opus eſt vt quis vos edoceat,
prædicto caſu,ſed vnctio eius docebit vos de omnibus.Alia eſt expoſitio Chryſoſt.& Theophylacti, vt
veliot euangelium apoſtolorũ prædicatione extremas orbis partes pernaſiſſe,& omnibus innotuiſſe cu
iuſuis ſtatus,aut conditionis.Quando enim iſtud cõtigit,inquit Chryſoſtomus,vt omnes à minore vſq;
ad maiorẽ Chriſtũ agnoſcerent niſi modo?Manifeſtum eſt enim quod circa nos actũ eſt, non autem cir
ca Iudæos,apud quos lex vet⁹ repoſita erat:adeoq; delitеſcebat,vt paucis innoteſceret. In Iudęa quippe
nomen ei⁹,pſal.75. Apoſtolorũ vero clãgor & vox illa ſonora terras oẽs inuaſit.Idem quoq; Chryſoſt.
homil.76 in Matth.teſtatur hoc ipſum.Cum Paulus,ait,affirmet ſuis temporibus in vniuerſo mũdo euã
gelium prædicatum,hoc omnipotentiæ Chriſti maximũ eſt argumẽtũ:viginti enim annos aut ad ſum-
mũ triginta,ad omnes orbis regiones euangeliũ cucurrit.His aſtipulatur Hieronymus,Matth.24,Non
puto,inquit,aliquam gentẽ remanſiſſe,quę nomen Chriſti ignoret,& q̃q̃ non habuerit prædicatorẽ,ta-
men ex vicinis nationibus opinionẽ fidei non poteſt ignorare.Idem quoq; ſentit pſal.18.Quibus dubio
procul aſſentior.Cum dicat Paulus ad Coloſſ.1 Euangelium peruenit ad vos,ſicut & in vniuerſo mun-
do eſt fructificat & creſcit.Tametſi Origenes multo aliter ſentire videatur,qui homil.28 in Matthæum
inquit,In hoc ſtatu conſtitutis rebus,circa finem ſeculi,& Chriſti aduentum in iudicium,euãgeliũ quod
prius non fuerat prædicatum in toto mundo:multi enim non ſolum barbarorũ,ſed etiã noſtrarũ gentiũ
B vſque nunc non audierũt Chriſtianitatis verbũ:tunc autẽ prædicabitur,vt omnis gens euãgelicã audiat
prędicationẽ,& tunc finis ſeculi aderit.Cui conſentit Auguſt.lib.vnico de vnitate eccleſię cap.14,& lib.
2 de ſermone domini in monte,& epiſt.80 ad Heſychium,vbi hęc effuſe pertractat. Concordia tamen
inter eos facile iniri poteſt.Quod primo Chriſti aduẽtu hoc contigerit, vt volũt Chryſoſt. Hierony.&
Theophylactus:& ſecundo rurſus eadẽ quę apud pleroſq; obliterata eſt,circa ſeculi finẽ promulgetur,
vt placet Origeni & Auguſtino.Alia eſt expoſitio glo.interlin.vt poſt hãc vitam futurum ſit quod hic
Paulus deſcripſit,quo ſtatu non docebit vnuſquiſq; proximũ ſuũ dicẽs,Cognoſce dominũ: quia omnes
ipſum aperta viſione beatifica comprehẽdent,Iohã.3 , Videbimus eum ſicuti eſt.Quæ expoſitio eſt Au
guſt.lib.vnico de ſpiritu & litera cap.24 dicentis.Cum autẽ venerit quod perfectũ eſt,& totũ hoc quod
ex parte eſt euacuatũ fuerit,tũc erit vita æterna:vt cognoſcamus vnũ deum,cui ſimiles erimus: tũc enim
non docebit vnuſquiſq; ciuẽ aut fratrẽ,ſed omnes cognoſcent à maiore vſq; ad minorem. Quod multis
modis intelligi poteſt.Siue quia illic quiſque ſanctorum tanq̃ ſtella à ſtella differat in gloria, 1 Corinth.
15.Siue minores tempore poſteriores,maiores autem tempore priores intelligi voluit.Simul enim pro-
miſſam dei cõtemplationẽ accepturi ſunt oẽs,quia & illi pro nobis meliora prouiderunt , ne ſine nobis
perfecti perficerentur,1 ad Theſſal.4,Deinde nos qui viuimus,qui reſidui ſumus,ſimul rapiemur cum
illis obuiam Chriſto in aera,& ſic ſemper cũ domino erimus.Hæc Auguſt.Huic tamen interpretationi
officere videtur quod Ephe.3 ſcriptum eſt,Mihi ſanctorum minimo data eſt hæc gratia illuminare oẽs
quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi à ſeculis in deo qui creauit omnia,vt innoteſcat principibus &
C poteſtatibus in cæleſtibus per eccleſiam multiformis ſapientia dei . Quid igitur periculi eſt,beatitudine
inferiores à ſuperioribus edoceri admittere,ſi Paulus incarnationis ſacramenta angelis reſerauit ? Verũ
vt difficultatẽ hanc verbo complectar,ſateor dei viſionẽ beatorum neminem latere:alioqui beatitudine
non perfrueretur: Cum Iohã.17 dictum ſit,Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te deum, & quem miſiſti
Ieſum Chriſtum.Nec quempiam ſuper hac re inſtrui opus eſt.Pleraq; vero quæ eorum beatitudini non
neceſſario copulantur illis velata eſſe,extra controuerſiam eſt,vt Iſa.63 conſtat,Quis eſt iſte qui venit
de Edom,tinctis veſtibus de Boſra?Iſte formoſus in ſtola ſua, gradiens in multitudine pacis,vbi Hieron.
interrogant igitur angeli rei nouitate perterriti:myſteriũ enim paſſionis & reſurrectionis Chriſti ſecũ-
dũ apoſtolũ Paulũ cunctis retrogenerationibus fuerat ignotum. Et paulo poſt,Rurſus autẽ ſciſcitantur
angeli & dicũt,didicimus quod tu ſis qui loqueris iuſtitiã,& ſalus omniũ in tuo iudicio ſit cõſtituta: nũc
volumus ſcire quare veſtimenta tua ſint velut muſto tincta.Vbi autẽ horũ quicq̃ alicui illorũ reuelatio-
ne cõpertũ fuerit, alteri hoc reſerare nil inconuenit . Harũ interpretationũ etſi quęlibet probe habeat,
Chryſoſt.tamẽ poti⁹ amplexarer:cui ſequẽs litera plurimũ applaudit,qua propheta ſub lege noua Chri
ſti merito peccata condonanda,prorſuſq; obliterãda prędicit.quod à beatitudinis ſtatu longe abeſt. Ait
nanq; dominus per Hieremiã,Propitius ero iniquitatibus eorum,& peccatorũ illorũ iam non cõmemo
rabor,id eſt facinora eorum & cõmiſſa diluã,niſiq; vltra eorum quę ſemel abluta ſunt reminiſcar.Quod
vtique veteris legis ſacrificiis cõceſſum non fuit.Impoſſibile eſt enim ſanguine hircorum aut vitulorum
D auferri peccata.Poſtremo prophetę oraculo Paulus fidentior effectus,legem veterem abdicatam & ab-
rogatam aperta fronte pronunciat adiiciens . [Dicendo autẽ nouum veterauit prius] hoc eſt,vbi iuxta
prophetę vaticinium nouum teſtamentum emerſit,vetus illud tanq̃ ſenio confectũ occubuit. [Nã quod
antiquatur,& ſeneſcit,prope interitũ eſt] ſeu exterminiũ,vt legit Hierony.Oſeę 7,hũc locũ explicans.
Non igitur nõ opportune,ait Theophyl.hoc noſtrũ ſuſtulit vetus,ſed ſenectutis & vetuſtatis gratia ceſ-
ſare cogit,quia infirmum eſſet, & plane inutile,vt proximo capite dictum eſt.

EXPOSITIO CAP.IX.

HAbuit quidem prius iuſtificatiões culturæ & ſanctum ſeculare.
Tabernaculum enim factum eſt primum,in quo erant candela-
bra,& menſa,& propoſitio panum:quę dicitur ſancta. ¶Vbi teſta-
mentũ vetus,& eius ſacerdotiũ ex Chriſti ſacerdotio finẽ habitura docuit: idipſum ex
ipſi⁹ tabernaculi ſchemate ſeu figura demõſtrat.[Habuit quidẽ,inquit,pri⁹ illud teſta
mẽtũ iuſtificatiões culturę]id eſt quædã ſacramẽta,& ſacrificia,quibus irregularitates

& corporis immunditiæ præpedientes hominem aut ab ingressu tabernaculi,aut hominum familiari E
contubernio,vt patet Leuit.22, depellebantur.De quibus infra hoc capite,Si enim sanguis taurorũ,aut
hircorum & cinis vitulę aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis : non tamen gratiam
Sanctum seculare. iustificantem conferebant,vt supra cap.7 patuit.Habuit & sanctum seculare,quod tabernaculum circũ-
stabat:quod idcirco seculare dicitur,quoniã vt placet Chrysostomo homil.15,& Theophylacto,omni-
bus tam sacerdotibus,quàm non sacerdotibus illud ingredi licebat,nedũ Iudæis,sed & gentilibus prose
lytis,& nazareis.Vel aliter sanctumseculare dicitur,ꝙ ad tempus solum permãsurũ erat.Seculũ enim
pro hominum ętate accipitur,aut anno iubileo,seu quinquagesimo,teste Hierony.ad Galat.1,& Ezech.
27.Hinc non abs re dicitur,Habuit quidem quod iam videlicet non habeat. Verũtamen & si sublatum
sit,illius tamen meminisse iuuat.Cum & veritatis quam habemus typum gesserit,velut sequenti textu
constabit.Tabernaculum itaque,ait, factum est primum.quod vt compertius habeatur,perdiscendũ est,
post Theophylactum, & glo.ordina.hoc loco,& Iosephum lib.3 antiquitatum cap.7,& tribus sequen-
tibus, Augustinum quoque lib.quæstio.super Exodum, quæstio.173,ipsius tabernaculi atrium tentoriis
bissinis circundatum fuisse,cuius longitudo centum cubitorũ erat,latitudo quinquaginta.Altitudo qn-
que,habens altare holocaustorum,vt Exod.23 dicitur,Atrium vero sequebatur tabernaculum lignis ce
rhim auro tectis confectum:vt patet Exod.26,Longitudinis triginta cubitorum,latitudinis decem,& al
titudinis similiter.Velum quoque quatuor coloribus intinctum,& totidem colonis appensum,medium
inter priorem & posteriorem eiusdem tabernaculi partem extitit.Quarum pars prior longitudinis 20
Pluralis pro singulari numeri vsus cubitorũ sancta dicta est.Quam sacerdotes ingressi sacrificiis,& diuino cultui intendebãt.De qua Pau- F
lus hoc loco,Tabernaculum factum est primum in quo erant candelabra , vbi plurali loco numeri sin-
gularis vsus est,cum vnicum esset cãdelabrum,vt Exod.26 habetur.Qui modus apud scripturam vsita-
tior est.Matthęi quippe 27 dicitur,Prætereuntes blasphemabant eum. Idipsum autem & latrones qui
crucifixi erant cum eo fecerunt,quanuis alter eorum solus blasphemauerit:ideo Hieronymus textum il-
lum interpretatus, ait,Hic per tropũ seu figuram,qui tropus gręce syllepsis dicitur, quia pro vno latro-
ne vterque inducitur blasphemasse. Lucas enim asserit ca.23 quòd altero blasphemante alter confessus
sit,& blasphemantem increpauerit.Hæc Hieronymus.Simile quoq; Gene.34 habetur, Dixit Emor ad
Iacob, Filias vestras tradite nobis,& filias nostras accipite,& habitate nobiscũ:licet vnica filia esset ipsi
Iacob,Dyna videlicet,vt ait Augustinus literam illam explicans lib.16 de ciuitate dei,cap.40. Hæc lin
guæ latinę(inquit) consuetudo est qua pluraliter filii dicuntur,etiam si vnicus fuerit. Ad idem August.
psal.108 proferens quod Matth.2 scribitur,Mortui sunt qui quęrebant animam pueri.Quanquam hoc
de solo Herode vita functo dictum sit.❡Erat & mensa propositionũ,cui superpositi erant panes duo-
decim deo consecrati,seni seorsum,vt vult Iosephus lib.3 antiquitatum cap.9,Super panes autem duæ
lucernæ aureæ.

**Post velamentum autem secundum tabernaculum quod dicitur,sancta san
ctorum,aureum habens thuribulum & arcam testamẽti circuntectam ex o- G
mni parte auro,in qua vrna aurea habens manna,& virga Aaron quæ frõdue
rat & tabulæ testamenti.** ❡Subinde abditissimam tabernaculi partẽ describit,quæ longitu-
dinis 10 cubitorũ erat,sancta sanctorum appellata . Quæ posterior pars tabernaculi à priore distrahe-
batur cortina bissina,habens thuribulũ aureum,& arcam testamenti lignis cethim fabrefactam, foris &
interius auro purissimo tectam,vt Exod.25 dicitur,Reconditam habentẽ vrnã seu capsulã, in qua mãna
suauissimũ illud asseruabatur.Quo cũ alerentur filii Israel,tanti beneficii immemores obmurmurarunt,
vt Numeri 11 habetur,& Idcirco eo constitutum est mãna reseruari,quo huius rei fama teste Theophy
lacto trãsiret ad posteros:& quemadmodum illi deum exacerbassent,memoriæ proderetur.Erat & vir-
ga Aaron quæ fronduerat in sacerdotii illius perpetuum monumentum,vt Numeri 17 dicitur.Et tabu-
læ testamenti,in quibus lex digito dei viui conscripta erat . Hinc Exod.25 scriptum est,Ponesq; in arca
testificationem quam dabo tibi.In vtraq; autem tabula dei quina mãdata autore Iosepho lib.5 antiqui-
tatum cap.6 & 8 continebantur.Aliter tamen August.lib.quæstio.ex veteri testamento,quæstio.7 vide-
tur:vt altera tria tantũm,altera vero reliqua 7 complectatur . At vt placet Petro Comestori sui libri ca.
40 in Exodum,forte August.tria pertinere ad dilectionem dei,& septem ad proximi amorem intelle-
xit.& pro dignitate potius q̃ scriptura ea illius aut illius tabellæ esse scripsit.Sicq; vsu venit vt hæc pri- H
mæ,illa vero secũdę esse dicamus. ❡Hoc loco occurrit quod 3 Reg.8 habetur,In arca aũt nõ erat aliud
nisi duę tabulæ lapideę,quas posuerat in ea Moyses in Oreb.Quid igitur præter tabulas virgam Aaron
& manna arca recludi Paulus scripsit?Huius argumenti haud nescius Petrus Comestor sui libri ca.21, in
tertium regũ dicit,eo loco addendũ est,& vrna aurea manna reconditum habens,& virga Aaron:cũ hęc
in ea fuisse apostolus testetur.Quod eo forte dicit,etsi scriptum non sit,vt vult Theophylactus:quia à
Gamaliele instructus optime Hebraicam callebat historiam,& natu maiorum traditione rem ita se ha-
bere acceperat.Vbi enim Esdras legem igne absumptam Iudæis reddidit,pleraque subiecit,velut pro-
De reliquiarum sanctorũ veneratione. ximo cap.disseruimus. Vel à spiritu sancto eruditus hæc protulit.Cum fidẽter dicat,An experimentum
quæritis eius qui in me loquitur Christus,2 Corinth.vlti. ❡Ex qua litera coniicere licet sanctorum re-
liquiis deferendũ esse . quas viri Christiani debito honore semper affecerũt. Tãetsi huic sentẽtię Euno-
mius eiusque criminis hæres Vigilantius impudẽter reclamauerint. Qui fideles idcirco cinerarios ap-
pellabant, ꝙ sanctorũ reliquias venerarẽtur. Quẽadmodũ Hierony.epist.aduersus Vigilantiũ scripsit.
Qui erroris hic aperte conuincuntur. Quippe si hæc recensita à Paulo tanta religione amplexata est

A antiquitas, vt arca illa dei imperio vigilanter obseruata reconderentur, ex qua diuina responsa prodi-
bât, Exod. 25, Inde præcipiam, & loquar ad te supra propitiatorium, ac de medio duorum cherubin qui
erunt super arcam testimonii: quo officio, quâve diligentia sanctorũ exuuias colemus? Quorũ corpus
dũ nobiscum agerent, dei viui templum extitit, 1 Cor. 6, Templum dei sanctum est, quod estis vos. Qui
denique tot & tanta ob Christi fidẽ incõmoda perpessi, nulli vitæ discrimini pepercerũt, velut infra ca.
11 Paulus apposite descripsit. Huc pertinet qđ 4 Reg. 13 habetur, Quidã antẽ sepeliẽtes hominẽ vide-
rũt latrũculos, & proiecerũt cadauer in sepulcrũ Helisei. qđ cũ tetigisset ossa Helisei, reuixit homo, & ste-
tit super pedes suos. Quòd si deus sanctorũ cineres tãtis dignatur honorib9, vt eorũ tactu corpori emor-
tuo vita reddita sit: quo cultu à nobis prosequẽdi sũt? His accedit qđ Eccle. 49 dictũ est, Ossa duodecim
prophetarũ pullulant de loco suo: quod videlicet eorũ meritis dominus diuersas virtutes operetur. Præ-
terea Act. 9 scriptũ est, Virtutesq; non quaslibet, id est, non modicas faciebat deus per manum Pauli: ita
vt etiã super languidos deferrentur à corpore eius sudaria, & semicinctia, & recedebant ab eis lãguores,
& spiritus nequam egrediebantur. Ad idem est quod Matth. 14 dicitur, Quicũq; tetigerint fimbriã ve-
stimenti eius, salui facti sunt. Quẽ locũ Chrysost. homil. 51 in Matthæũ explicans inquit, Non enim quẽ-
admodum prius ad domos suas Christũ trahebant, nec manuũ tactum quęrunt, nec imperia eius verbis
edita, sed maiore fide altioriq; philosophia curationem membrorũ consequebãtur. Quæ erat illa philo-
sophia & fides, nisi quia Christũ per subiectã sibi creaturã virtutes operari posse percẽsebãt? quas ob id
in precio & honore habebãt. Marci quoq; 6, & Luc. 8 idem habetur. Mulier quidẽ erat in fluxu sanguinis
B ab annis duodecim, quę in medicos erogauerat omnẽ substantiã suam, nec ab vllo potuit curari, acces-
sit retro, & tetigit fimbriã vestimẽti eius, & cõfestim stetit fluxus sanguinis eius. Quòd si à pãnosa veste,
& vili sudariolo tanta virtus egressa est, quid sanctorũ reliquiis dominus non contulit? Iure itaq; Cõstã-
tinus imperator à Hierony. pconiis effertur: q sanctorũ reliquias Andreę, Lucę, & Timothei Constan-
tinopolim transtulit, & debita reuerentia habeãtur: apud quas dęmones rugiunt, & illorũ sentire virtu-
tẽ, teste Hieronymo, confitentur. Similiter & Augustus Arcadius, qui ossa beati Samuelis longo post tẽ-
pore de Iudęa trãstulit in Thraciam. Et in Cõcilio Bracarẽsi 3, actione 5 definitũ est, sanctorũ reliquias
in eorũ festis honorifice & processionaliter deferẽdas, & decẽti religione venerãdas. In Concilio quoq;
Carthaginen. 5, actione 14 habetur, q singularis memoria martyrum celebretur locis, quibus aut eorũ
corpora, aut reliquię cõtinẽtur. At cultura omnis supstitiosa, actione sequẽti interdicitur. Adde Amb. ser-
mone 91, cui honos beatorũ martyrũ Geruasii & Prothasii corporibus delatus maiorẽ in modũ proba-
tur: necnõ cultus beatę Agnetis reliquiis impẽsus, sermone pręcedẽti. Cuius sentẽtię August. suũ addidit
calculũ, lib. de Ecclesiasticis dogmatibus cap. 73 dicẽs, Sanctorũ corpora & pcipue beatorũ martyrum
reliquias, ac si Christi mẽbra, syncerissime honorãda, & basilicas eorũ nominibus appellatas velut loca
sancta diuino cultui mãcipata, affectu piissimo & deuotione fidelissima adeundas credimus. Qui cum
ibidem cuiusdã expectationi nõ respõdeat: profert ille eundem Aug. lib. vnico de vera religione ca. vlt.
C dicentem, Non diligamus visibilia spectacula, ne ab ipsa veritate aberrãdo & amãdo vmbras in tenebris
proiiciamur. Non sit nobis religio in phãtasmatib9 nostris. Melius est enim qualecũq; verũ quàm omne
quicquid pro arbitrio fingi potest: nõ sit nobis religio cultus hominũ mortuorũ, quia si pie vixerint non
sic habẽtur, vt tales quęrãt honores, sed illũ à nobis coli volũt, quo illuminati lętantur meriti sui nos esse
cõseruos: honorãdi ergo sunt propter imitationẽ, nõ adorãdi propter religionem. Et paulo post, Neque
enim & nos videndo angelos beati sumus, sed videndo veritatem qua etiam ipsos diligimus angelos, &
his cõgratulamur. Quare honoramus eos charitate nõ seruitute, neq; his templa cõstruimus: nolũt enim
se sic honorari à nobis, quia nos ipsos cũ boni sumus tẽpla summi dei esse nouerũt. Recte itaq; scribitur
hominẽ ab ãgelis prohibitũ ne se adoraret: sed vnũ deũ sub quo ei esset & ille cõseru9. ¶ Hoc loco noua
rursus Satanę prosilit astutia, qua in Christũ q̃q̃ dei virtutẽ & sapientiã, vsus est: proferẽs quod psal. 9 le-
gitur, vt patet Matth. 4. Scriptum est (aiebat) quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te,
ne forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ: quod tamen de eius cõculcatione subsequitur, Super aspidẽ & basi-
liscũ ambulabis, & cõculcabis leonẽ & draconẽ, quasi tergiuersator reticuit. Nimirũ ergo si fideles simili
versutia circumuenire moliatur, quod in præsentiarũ egit: nempe libello illo (qui vnio dissidentiũ inscri-
bitur) vt modo retulimus, citatum August. comperies: tametsi multo aliter eiusdẽ cõtextus habeat. Et id-
circo eius verba subieci, Non sit nobis religio in phantasmatibus nostris. melius est enim qualecunq; ve-
rum, quàm omne quicquid pro arbitrio fingi potest, & tamen animam ipsam quanuis anima vera sit cũ
D falsa imaginatur colere non debemus. Melior est vera stipula quàm lux inani cogitatione pro suspican-
tis voluntate firmata: & tamen stipulam quam sentimus, & tangimus, dementis est credere colendam.
non sit nobis religio humanorũ operũ cultus. Meliores enim sunt ipsi artifices, qui talia fabricãtur, quos
tamen colere nõ debemus. Non sit nobis religio cultus bestiarum, meliores enim sunt extremi homines,
quos tamen colere non debemus. non sit nobis religio, cultus hominum mortuorum, quia si pie vixerũt,
non sic habentur vt tales quærant honores, sed illũ à nobis coli volunt quo illuminante lætantur meriti
sui nos esse conseruos. Honorandi ergo sunt propter imitationem, non adorãdi propter religionẽ. Si au-
tem male vixerunt, vbicunque sint non sunt colendi. Non sit nobis religio, cultus dæmonũ: quia omnis
superstitio cum sit magna pœna hominum, & periculosissima turpitudo, honor est, ac triumphus illorũ.
Non sit nobis religio terrarum cultus, & aquarum, quia istis purior est aer caliginosus, quem tamen co-
lere non debemus. Non sit nobis etiam religio purioris aeris, & serenioris cultus. Et pleraque id genus
Augustinus ibidem scripsit. Quis igitur vel talpa cæcior, non deprehendit eandem idololatriam cri-
minari, non autem pium sanctorum cultum, ac venerationem? Quod vero subdidit, Quare honora-
mus angelos charitate, non seruitute: de seruitute loquitur, soli deo debita (quam latriam dicunt) vt

De latria & adoratione.

ipsemet non vno loco tantùm, sed frequentioribus testificatur. Epistola quidem ad Maximum medi- E
cum 66 locum illum explicans, Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies, inquit. Procul dubio
dominus deus noster, cui soli per latriam seruire debemus, non est pater solus, nec filius solus, nec so-
lus spiritus sanctus, sed ipsa trinitas vnus deus solus. Et lib. 10 de ciuitate dei, cap. 1, homines simul colē-
dos, & adorādos, dissimili tamen cultu, docet. Hic enim est (ait) deitate debitus cultus propter quem vno
verbo significādū, quoniam satis mihi idoneum non occurrit latinū, græco, vbi necesse est insinuo, quid
velim dicere. Latriam quippe nostri vbicunq; sanctarum scripturarū positum est, interpretati sunt serui-
tutē. Sed ea seruitus quæ debetur hominibus, secūdū qua præcipit Apostolus, seruos dominis suis subdi-
tos esse debere, alio nomine græce nuncupari solet. Latria vero secundum cōsuetudinem, qua locuti sunt
qui nobis diuina eloquia cōdiderunt, aut semper, aut tam frequenter, vt pene semper ea dicitur seruitus,
quæ pertinet ad colendum deum: proinde si tantummodo cultus ipse dicatur, non soli deo deberi vide-
tur. Dicimus enim etiam colere homines, quos honorifica vel recordatione vel præsentia frequētamus.
Libro quoque 22 de ciuit. cap. 10 inquit, Fecerunt autem martyres miracula vel potius deus, vel oran-
tibus, aut cooperantibus eis, vt fides illa proficiat, qua eos non deos esse nostros, sed vnum deum habe-
re nobiscum credamus. Denique illi gentiles diis suis templa ædificauerūt, & statuerunt aras, & sacerdo-
tes instituerunt, & sacrificia fecerunt. Nos autem martyribus nostris non templa sicut diis, sed memorias
sicut hominibus mortuis, quorum apud deum viuūt spiritus, fabricamus. nec ibi erigimus altaria in qui-
bus sacrificemus martyribus, sed vni deo & martyrū & nostro sacrificiū immolamus. Necnō lib. quæst. F
super Exod. quæst. 69, inducens id Gene. 23, Surrexit Abraham & adorauit populum terræ, filios vide-
licet Heth. fuit ne tamen ob id aliquando idololatriæ delatus Abraham? Est & illud Gene. 49, Iuda te
laudabunt fratres tui, adorabunt te filii patris tui. Quis tamen patriarcham illū Iacob sanctimonia præ-
clarū, quod hæc protulerit criminis arguet? Præterea nunquid Abigail inculpata Dauid adorasse, 1 Reg. 25
narratur? Quas scripturas si illi quæ Deut. 6 habetur, Dominū tuum adorabis, & illi soli seruies contu-
leris: diuersas significantias adorationis nomen sortiri, facile prospicies. Diuinum itaque honorem & ad
deum solum referendum, non autem hominibus exoluēdū: angelum, aut sanctos recusasse, ac prohibuis-
se, ne ipsis exhiberetur, docet August. lib. 10 de ciuit. cap. 19, & psal. 96. Postremo Chrysost. quam in cap.
Matth. 23 opere imperfecto producit nobiscū consentit seuera obiurgatione eos reprehendens qui euā
gelio collo appenso, aut fimbriis sanctorum plus fidunt, quàm religiosæ vitæ, aut dei clementiæ: cum post cō
cilii Carthaginen. 5 deliberationē, à reliquiarum cultu superstitionē oēm procul abesse scripserim. ¶ Nō
deniq; minori supplicio digni habendi sunt, qui post tot prodigia, & fidei nostræ aperta testimonia, rur-
sus signis atq; portentis eam comprobari vellēt: velut eadē autoritate Chrysost. indicat. Etenim, inquit,
anteq̄ dei notitia in hominibus esset, ratio erat, vt per sanctitatē hominū dei potētia cognosceretur, nunc
autem insania est. Nam postq̄ dei potentiam cognouimus, quid necesse est, vt hominū potentiā cogno-
scamus? Hæc ille. Non tamen inficiatur, quin pene desperatam salutem, sanctorum meritis subleuādam
Innocue postulemus. Hinc Saluator vbi signum postulantes, quasi quæ viderant signa non fuissent, incre
dulitatis accusasset, Matth. 12, subinde tamen non destitit, quo minus graui valetudine oppressis diuina G
virtute subito mederetur, vt euangelii contextus satis insinuat.

**Super quam erant cherubin gloriæ obumbrantia propitiatorium de qui-
bus modo non est dicendum per singula.** ¶ Arcæ descriptionem prosequendo adiecit,
[SVPER quam erant cherubin gloriæ,] quia ad dei gloriā erāt ad id ministerii instituti, [Obumbrātia
propitiatoriū] id est, tabulam superpositā arcæ in modū operculi, Exod. 25, Duosq; cherubin aureos &
productiles facies ex vtraq; parte oraculi, vtrūq; latus propitiatorii tegāt expandentes alas & operiētes
oraculū: respicientq; se mutuo versis vultibus in propitiatoriū, quo operienda est arca. De quibus tamen
non est dicendū per singula, sed summatim & tenuiter. non enim omnia, quæ ad arcam, aut tabernaculū
pertinebant, narrare Paulus instituerat, sed hæc pauca quæ instituto suo conducebant. Quod ad id tēpo
ris quidē referendū voluit Origenes homil. 9 in Exod. quo Hebræis hanc scripsit epistolam. Aliis vero
placet, vt idem testatur, quod pro mysteriorū magnitudine omne tēpus præsentis vitæ ad hæc explanāda ido-
neū neget. Hic textus cōtra eos qui imaginū cōsuetudinē detractāt à Damasc. lib. 4, ca. 17 inducitur: quo
eas multo vsu, omni deniq; ætate semper receptas fuisse cōprobatur. Mosaicus quippe populus, ait, taber

De imaginibus.

naculū in circuitu adorabat, imaginē & formā gerēs cælestium, magis aūt & totius creaturæ. Dixit igitur
deus Moysi, Vide feceris omnia secūdū formā tibi ostensam in monte. Et cherubin obumbrantia propi-
tiatorium: nonne opera sunt manuum hominū? Quid autē in Hierosolymis celebratissimum templum: H
nonne manu factū est, & hominum arte constructum? Diuina autem scriptura accusat adorantes scul-
ptilia, ac etiā sacrificātes dæmonibus. Quantum vero nostra religio simulachrorū, atq; idololatrantium
culturam abhorreat, nemo nō nouit. Omnes enim appello, si quē adeo hebetis ingenii, aut retusi agnoue
rint, quod aureæ, cupreæ, vel lapideæ statuæ quicq̄ numinis esse præsēserit. Visa quippe imagine mox ad ex-
emplar rapimur: illiq; vota nostra persoluimus. Nam velut post Basilium Damascenus inquit, Imaginis
honor ad exemplaris transfertur honorem. Exemplar autem est, quod imaginē efformat, & ex quo quod
deducitur fit. Refert præterea idem Damascenus historiā Abagari Edesenorū regis, ad quem sui ipsius
effigiem panno impressam Christus transmisit. His suffragatur id Pauli, ad Philip. 2, In nomine Iesu o-
mne genu flectatur cælestium terrestrium & infernorum. Si igitur vocem illam submissis genibus eo ve
neramur, quod ipsa audita Christus in mentem veniat: cur non idem honor imagini impenditur, qua visa
exemplar mente conspicitur? Conticescat itaq; eorum obtrectatio, qui nos superstitionis, aut impietatis
insimulant, quod sanctis statuas erigamus. Qui error non modo hoc portētoso seculo prodiit in lucem,

A sed etiam imperāte Leone tertio impiissimo atq; sacrilego.qui anno septingētesimo & vicesimo à Chri-
sto incarnato,Gregorio secundo reluctante,teste Platina,omnium sanctorum imagines proscripsit.Cui
assentiri quispiam videtur,qui ad Galat.6,locum illum enarrans,Ego enim stigmata domini Iesu in cor-
pore meo porto:clam & per cuniculos nobiscum congreditur.Non sane,inquit,eo modo quo nunc insi-
gnia Christi in clypeum collecta,illoiuot parieti,aut tabulis,& libellis,sed in corpore non alieno,sed meo
proprio.Quid proderit si etiam in auro & smaragdo,nō tantum insignia sed ipsos etiam clauos imo ipsa
vulnera & sanguinem Christi portaueris,& nunquam in corpore tuo imaginem viuam expresseris?Hæc
ille.Quòd si multo præstare consultiusq; homini esse velit Christi vulnera corde quàm signo deferre:illi
consentio.Hinc ad Galat.2,Christo crucifixus sum,cruci viuo ego : iam non ego,viuit vero in me Chri-
stus.At si rerum ipsarum signa hæc exteriora aut parieti sculpta,vel lapide,ligno,aut ęre confecta,vitu-
perio dat,longe aliter ac ille iudico.q̄q̄ non me prætereat epistola Epiphanii,quam latinam Hiero.fecit,
scriptum,Præterea ꝙ audiui quosdā murmurare contra me,ꝙ quādo venissem ad villā quæ dicitur Aoa-
blatha,vidissemq; ibi prǣteriens lucernā ardentē,didicissemque esse ecclesiā,& intrassem,vt orarē,inue-
ni ibi velum pendeos in foribus eiusdem ecclesiæ tinctum atque depictum,habens imaginem quasi Chri-
sti,vel sancti cuiusdam.Cum ergo hoc vidissem in ecclesia Christi,contra autoritatem scripturarum homi
nis pendere imaginem:scidi illud,& magis dedi consilium custodibus eiusdem loci vt pauperem mortuū
B eo obuoluerent , & efferrent.Et paulo post precor vt deinceps iubeas presbyteros præcipere in ecclesia
Christi,istiusmodi vela quæ contra religionem nostram veniunt nō appendi:decet enim honestatē tuam
hanc magis habere solicitudinem,vt scrupulositatem tollat,quæ indigna est ecclesia Christi.& in Conci-
lio Elibertino actione 36 dicitur,Placuit picturas in ecclesia esse non debere,nec quod colitur,aut adora-
tur in parietibus depingatur.Quæ ad ecclesiæ Christianæ nascentis tempora vel circiter referenda sunt,
quibus plures gentilium infidelium Christianis admixti,singulis diebus fidei sacramentis initiabantur , vt
eiusdem Concilii actione sequenti 38 & 39 constat:qua cauetur Gentiles si infirmitate desiderauerint
manus imponi,si fuerit eorum ex aliqua parte vita honesta,placuit eis manus imponi & fieri Christianos:
Ne igitur gentibus qui suopte ingenio ad idololatriam propensissimi erant,si epistolæ ad Romanos cre-
ditur,tanti sceleris occasio vlla relicta esset,imaginum consuetudo priscis illis temporibus cessit.Quēad-
modum Act.15 ob mutua pacis fœdera,inter Iudæos & gentiles incunda initio nominis christiani defi-
nitum est;quatenus omnes à suffocato & sanguine abstinerent,quod ætate nostra noxium foret,& vitio
daretur.Serpens quoque ęneus qui aliquando religiose obseruatus fuerat,vt Numer.12 dicitur,postmo-
dum eam ob causam ab Ezechia rege confractus est , & comminutus.4 Reg.18.Qui tamen Ezechias
deo adhęsisse eo loco comprobatur.Nihil præterea his officere potest Hieronymi autoritas,qui Danielis
3 dixit,Et notanda proprietas quòd deos coli & imaginem adorari idem dicunt:quod vtrūque seruis dei
non conuenit.Eos nempe probro habendos censuit Hieronymus:qui quidquam diuinitatis imagini inesse
C iudicantes,honorem illi impartiuntur:velut ea quæ præmisit indicant.Ergo iudices,ait,& principes secu-
li,qui Imperatorum statuas adorant,& imagines hoc se facere intelligant,quod tres pueri facere nolen-
tes,placuerunt deo.

His vero ita compositis in priori quidem tabernaculo semper introibant
sacerdotes sacrificiorum officia consummantes:in secundo autem semel in
anno solus pontifex , non sine sanguine , quem offerret pro sua & populi
ignorantia. ¶Depicta tabernaculi structura,quæ sacerdotum officio incumbebant explicat.[His
vero] quæ præmisimus [Ita compositis] ait,circa tabernaculi erectionem: [In priori quidem tabernacu-
lo] seu anteriori eiusdem parte,quæ sancta dicta est,quotidie sacerdotes minores sacrificiorū officia con-
summantes,mane quoque candelabro superpositas lucernas quattuor extinguentes tres tantum reserua-
bant,quæ die tabernaculo decori essent & ornamento.nocte vero omnes suo fulgore tabernaculum illo-
strabant,vt patet Exod.30.Reliqua vero quæ ad ipsius honestamentum pertinebant descripsit August.
lib.quæst.super Exodum,quæst.129.[In secundo autem] seu parte postrema,quæ sancta sanctorū nun-
cupata est, [Semel in anno solus pontifex non sine sanguine intrabat.] Nam vt Leuit.16,& Numer.14
habetur,Summus sacerdos in festo expiationis,quod die decima Septembris celebre erat,sancta sancto
rum ingressus,hirci ac vituli sanguine,velum ante arcam appēsum aspergebat. [Quem offerebat pro se
D & populi ignorantia,]id est peccato ignoranter commisso.Maiorem igitur in modum legis illius pōtifex
à Christo distabat:qui non pro semetipso obtulit,aut suo peccato,sed nostro.Talis enim decebat vt esset
nobis pontifex sanctus,innocens,impollutus,segregatus à peccatoribus.supra cap.7,& 2 Corint.5,Eum
qui non nouerat peccatum,pro nobis fecit peccatum. ¶Sed quid causę est vt peccatū quod quis consulto
admisit,multoque scelestius Apostolus subiiceat?Hanc quæstionem ita absoluit Theophyl.vt ignorātiam
dixerit non vt per eam peccata exprimeret,sed vt maiorem terrorem incuteret,cum Iudæis,tum cæteris,
qui Christi fidem profiterentur,& multorum frenaret superbiam:perinde ac si dicat,Si enim non sponte,
sed inuitus deliqueris,ignorantiæ argueris.Nōnulli vero hæc dixisse Apostolum credūt,vt sacrificii quod
secundū Christum offertur,& legis immolationum differentiam significaret:perinde ac legis oblationes
huiusmodi ignoranter duntaxat commissa remitterent:Christus vero iam immolatus,vel scienter delin-
quentibus parcat.Nouissime tamen illi sententiæ reniti videtur,quod infra cap.10 dicitur,Impossibile est
sanguine taurorum aut hircorum peccata auferri.Hæc tamen obiectio ex Augustino facile diluitur:qui
lib.quæstionum vnico ex veteri testamento,quæst.12 inquit,Homo in veteri lege gemitu & dolore cor-
dis veniam merebatur:sed sacrificium in testimonium peccati deus esse voluit,vt se peccator per oblatio-

nem sacrificiũ errasse confiteretur, ipsumque peccatorem esse innotesceret. & idcirco pro manifesto deli- E
cto nunquam dominus sacrificium mandauit, sed pro ignoranti. Vbi enim manifestum erat peccatũ. quid
opus erat vt sacrificio legis palam se deliquisse profiteretur? Idcirco Lyranus tãtisper à veritate recessisse
videtur: qui Leuit. 5 de sacrificio & oblatione pro commisso, & ex passione, eo loco pertractari scripsit:
cum tamen illic de peccato quod quis data opera contraxit agatur, super cuius remissione sacrificio opus
non erat, authore Paulo hoc loco. Non igitur abs re glo. interl. ibidem dixit, Hic pro peccato sacrificium
non præcipitur offerri. August. quoque quæst. 2 in Leuiticum. Post hoc autẽ peccati genus (de quo eo lo-
co) nullum pro illo sacrificium dominus iussit offerri. Hunc textum oppugnat Theophylactus, proferens
id quod Exod. 30 habetur, Aaron incensum compositionis suaue olẽtis diluculo cum lucernas componit
offerat: & cum accenderit lucernas adolebit incensum. Vnde constat diebus singulis vt incensum hoc ado
leret, sanctasanctorum pontificem adiisse, non semel duntaxat in anno. Cui quæstioni satis occurrit Apo-
stolus, quod semel cum sanguine, vnoquoque anno pontificem partem illam secretiorem tabernaculi in-
gressum dicat, qui qualibet die mane & vespere incensum eodem loco obtulit: vt patet Exod. 30.

Hoc significante spiritusancto nondum propalatam esse sanctorum viam
adhuc priore tabernaculo habente statum. quæ parabola est temporis in-
stantis, iuxta quam munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta F
conscientiam perfectum facere, seruientem solummodo in cibis & potibus,
& in variis baptismatibus & iustitiis carnis vsque ad tempus correctionis
impositis. ❡Demum quæ prædixit, anagogice interpretatur dicens, [Hoc significante spiritusan
cto] eò videlicet quòd nulli nisi summo pontifici cõcessum fuit sanctasanctorum ingredi, [Propalatam
esse sanctorum viam,] hoc est secundum Chrysostomum & Theophylactum, cælorum aditum interclu
sum esse, [Adhuc priore tabernaculo suum statum, & virtutem habente.] Nulli siquidem cælum patuit,
nisi Christo passo, & cælum ingresso, vt infra hoc cap. dicitur, Per proprium sanguinem introiuit in san-
cta, æterna redemptione inuenta. vbi diffusius super hoc disseremus. Interim tamen consideremus Apo-
stolum vetus illud testamentum ad anagogen traduxisse. Contra quẽpiam, qui vt supra cap. 4 scripsi, re-
centiores theologos dente genuino conficere adnititur, quòd iuxta sensum anagogicum, tropologicum,
aut allegoricum, scripturam sacram interpretantur. parum hoc grãmatice dictum asseuerans. Cum tamẽ
anagoge, latine recessus dicatur, siue excelsa aut superior intelligentia. anagoge enim, græce, directio lati
ne dicitur: Tropologia vero, locutio est figurata, & cõuersiua. Tropos enim, græce, latine figura, aut inter
pretatio dicitur: & diffinitur à Quintiliano, quando fit verbi vel sermonis à propria significatione ad aliã
cum virtute mutatio. Sicque doctores tropologicam locutionem accipiunt, pro ea qua ad mores optimos
instituendos fit transitus. Allegoria autem authore Hieronymo linguæ Latinæ peritissimo, ad Galat. 4,
proprie de arte grammatica est: & quod à metaphora, vel cæteris tropis differat (inquit) in scholis paruu G
li discimus. Aliud enim prætendit in verbis, aliud significat in sensu. Pleni sunt oratorum & poetarum li-
bri, scriptura quoque diuina per hanc non modica ex parte contexta est. Quod intelligens Paulus, quippe
qui & seculares literas aliqua ex parte contigerat, ipso verbo figuræ vsus est, vt allegoriã sicut apud suos
dicitur, appellaret. Non igitur artis gramatices imperitia suadente, ita scripturas theologi nostrates ex-
plicant: quos sensus, vt humanioribus literis cedamus, plerisque scripturæ testimoniis supra cap. 4 com-
probauimus. Deinceps quæ superius dixerat, corroborat Apostolus, tabernaculum illud videlicet cuius
meminit, vmbram & figuram olim fuisse veritatis à Christo nobis impræsentiarum reuelatæ dicẽs. [Quę
parabola est temporis instantis,] hoc est quæ comparatio ad tempus legis Mosaicę quod præcessit, refe-
rendum est. Hinc Chrysostomus homil. 15, Instans tempus quale dicitur? Ante præsentiam Christi: post
aduentum enim Christi iam non est instans. Quomodo? Nam vrgens est, & finem habet. Aliud item si-
gnificans hoc dicit, [Quæ parabola (seu cõparatio vt legit Chrysostomus,) est instantis tẽporis,] id est fi-
gura & typus legis. Nec abs re loco parabolę comparationẽ posuit: nempe vt Quintiliano & Tullio pla-
cet, parabola est dissimilium rerum comparatio, seu inuicem collatio. Sicque hoc loco parabolam pro my
stico sensu, quamuis proprie parabola accepta, non parum distet à mystico sensu, vt docet Hieronymus,
Ezechielis 17, dicens, Nulli enim dubium est & ęnigmata & parabolam aliud præferre in verbis, & aliud
tenere in sensu. Et paulo post, Interim simplicem capiamus historiã. aquila grandis, Nabuchodonosor est:
rex Chaldæorum, multis imperãs nationibus. Ex quo constat parabolicum sensum historicum esse, seu li- D
teralem: non autem mysticum. historicus quippe est, teste Origene homil. 2 in Genesim. & Hiero. Amos
4, necnon 2 Corint. 3, qui primus à spiritu sancto intenditur, & ex literæ contextu consentaneus de-
ducitur. cuiusmodi est ille, nunc inductus à Hiero. Qui etiã Eccle. 12 inquit, Prouerbia & parabolæ aliud
in medulla, & aliud in superficie seu scriptura pollicentur. Prouerbia quippe non hoc sonare quod scriptũ
est, etiam in euangeliis edocemur. Matth. videlicet 13, Exiit qui seminat seminare semen suum. vbi salua-
tor parabolam exposuit, & sensum reddidit, qui rebus significatis non verbis responderet. His accedit Au
gustinus in præfatione psal. 77, Parabolæ (inquit) nominibus suis indicant, altius perscrutari oportere. pa
rabola quippe alicuius rei imaginem præ se gerit. Et notum est in parabolis quæ dicuntur, rerum similitu
dines rebus de quibus agitur comparari. Hæc Augustinus. Dicit itaque Apostolus, Quæ parabola est in-
stantis temporis: [Iuxta quam munera, & hostiæ seu oblationes diuersæ, offerũtur: quæ non possunt iuxta
conscientiam perfectum facere hominem,] quandoquidem corporum sordes duntaxat eluerent, non au-
tem peccata purgarent: sed post commissa, fide & dilectione peccator suæ saluti prospiciebat. Ad Galat.
2, Scientes autem quòd non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidẽ Iesu Christi, & nos in Chri-

A sto Iesu credimus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis, cuiusmodi erant ea quibus Iu-
dæi deseruiebant, cibis videlicet (inquit Paulus) & potibus discernendis, quia lege illa quidam cibi inter-
dicebantur, quidam vero permissi erant, vt Leuit.11 constat. Sed quo pacto potibus dicit, aiunt Chrysosto
mus & Theophylactus? cum exploratissimum sit de potus diuersitate, nil quicquam legem mandasse.
Sane vel hoc dicit Paulus, quòd sacerdoti sancta paulo post ingressuro, interdicta sit vini potio: Leuit.
10, Dicit dominus ad Aaron, vinum & omne quod inebriare potest non bibetis, tu & filii tui, quando in-
trabitis tabernaculum testimonii, ne moriamini. Idem quoque de Nazareis qui sese domino consecrabãt,
sancitum est, Numer.6. Vel in contẽptum illorum mandatorũ hoc ait, non quòd suo tempore aspernanda
forent, sed adimplenda: quibus nunc nullatenus inseruiendũ est. Erant & baptismata diuersa seu ablutio-
nes, quibus si quis mortuum quid attrectasset, vel morbo infectus esset, aut seminis fluxum pateretur, pu-
rificabatur, Leuit.15, & sequenti. Quæ omnia vsque ad tẽpus correctionis imposita erant, & Christi aduẽ-
tum. Qui vniuersa hæc erat emendaturus, inducturusque cultum verum & spiritalem, finis quippe legis
Christus est, Rom.10. ¶ Prosiliunt hoc loco nonnulli inconsulte satis, asseuerantes ciborũ delectum, lege
euangelica non fore obseruandum: ieiuniorum quoque temporibus vnicuique liberum esse, cuiuscunque De ciborũ
cibi vesci, modo id parce & sobrie fiat. Hæc enim ciborum discretio (aiunt) vsque ad correctionis tempus delectu.
posita est, & Christi aduentu sublata. Qui falsa persuasione deluduntur, cum ciborum illum delectum aut
discrimen minime obseruemus, cui populus Iudaicus sub lege obnoxius extitit. Quippe qui à certis carni
B bus, & perpetuo abstinebant, vt patet Leuit.11. Nos vero ieiuniorum tempore ab omnium carnium esu, &
statutis diebus tantum temperamus, nisi vbi perpetuæ abstinentiæ votum accesserit. Quam ciborũ absti-
nentiã deo semper acceptã fuisse à mundo condito, Basilius sermone 1 de ieiunio, necnon Hiero.lib.2, ad
uersus Iouinianum, luculenter demonstrãt. Nunc, inquit Hiero. ad exordium generis humani, id est ad no
stra transiẽs docebo primum Adam in paradiso accepisse præceptum: vt cętera poma comedens, ab vna
arbore ieiunaret. beatitudo enim paradisi absque abstinentia cibi non potuit dedicari. Quandiu ieiunauit,
in paradiso fuit: comedit, & eiectus est ob præceptum transgressum: de quo Gene.2 dicitur, De ligno au-
tem scientię boni & mali ne comedas: in quacunque enim die comederis, morte morieris. Qui statim eie-
ctus à paradiso, non protinus accepit licentiam carnium vescendarum, sed tantum poma arborum, & fru-
ges segetum, & herbarum olera, ei traduntur in cibum: nam tunc solum esus carnium concessus fuit, post-
quam diluuium terram vniuersam peruasit, vt Gene.9 habetur, Omnes pisces maris manui vestræ tradiri
sunt, & omne quod mouetur & viuit erit vobis in cibum, quasi olera virentia tradidi vobis omnia. Quem
locum Hieronymus interpretatus, ait, Videns deus quòd diligenter appositum esset ad malitiam cor ho-
minis ab adolescentia, & auidissimam hominum gulam agnoscens, dedit eis licentiam comedendarũ car-
nium, ne desiderent magnopere quod non licebat, & mandatum in causam verterent præuaricationis:
quanquam & ex parte tunc imperatum sit ieiuniũ. Hinc dicitur quasi olera virentia tradidi vobis omnia,
excepto quòd carnem cum sanguine non comedetis. Quòd vero sub lege Mosaica, certa abstinentia prę-
C scripta sit, omnibus pro confesso est. Et idcirco ad legis euangelicę statum pertranseo, quo id obseruatum
fuisse beati Iohannis Baptistæ exemplo docetur. Cui mel syluestre cibus erat, & locustæ. Quòd si quispiã
Iohannem legi deseruisse contendat: tametsi huiuscemodi abstinentiam, legem nulli demandasse perspi-
cuum sit, habes pręter illud quod Act.15 scriptum est, Vbi ab immolato & sanguine, & suffocato, initio no
minis Christiani, abstinere certis causis præceptum est. Et ne aliquod tergiuersandi argumentum relin-
quatur: profero quod Matth.9 habetur, Veniet tempus cum auferetur sponsus ab eis, & ieiunabunt. Ieiu-
niũ autem tempore carnium esus prohibetur, vt statim inducam. Præterea ieiunium quadragesimale euan
gelii autoritate, & Christi iussu prodiit in lucem, vt ibidem testatur Hieronymus. & Ionæ cap.3. in episto-
la quoque ad Marcellam aduersus Montanum. Ad idem Ambro. sermone 23, & 34, & 36, quibus ait,
Hunc quadragenarium numerum non esse ab hominibus institutum, sed diuinitus consecratum, nec ter-
rena cogitatione inuentum, sed cælesti maiestate præceptum. Præterea Augustinus lib.2 ad inquisitiones
Ianuarii cap.15 inquit, Quadragesimæ obseruatio ex euangelio autoritatem habet. Et tractatu 17 in Io-
hãnem, Notum esse arbitror testimonio scripturæ sacræ, consecratum esse hoc ieiunium. Quod licet ex-
presse scripturis sacris demandatum non sit: compertissimum tamen est, vt supra cap. proximo admonui-
mus: pleraque ore tenus à Christo, & apostolis dicta fuisse: quæ gradatim per eorum successores, ad æta-
tem nostram deuenere. Diuina quoque reuelatione non scriptura euãgelium nititur, velut ibidẽ annotaui-
D mus. In Concilio quoque Agatensi actione 12 dicitur, quòd omni die quadragesimæ, dominica excepta,
ieiunandum est. Et in Concilio Gaugrensi actione 19. Pene omiseram Chrysostomum, qui homil.73 ad
populum, inquit, Non hoc solum exquiritur, vt per singulos dies huc veniamus, & totam quadragesimam
ieiunemus: sed vt à vitiis alieni, bonis operibus intendamus. Idem quoque ait homil.18. Quòd autem ie-
iunii temporibus carnium esus interdicatur, licet id abunde contrà Iouinianum Hieronymus dicto lib.2
ostendat, & Chrysostomus homil.3 ad populum dicens, Etenim absurdissimum esset, cibis & concessa
abstinere esca per ieiunium: oculis vero prohibita attingere, non comedas carnem, neque lasciuiã per ocu-
los facias. August. item lib.1 contrà Iulianum Pelagianum, post Basilium dicto sermone dicẽtem. Sed ad
historiam de ieiunii vetustate reuertamur, sancti omnes veluti hæreditatem quandã ex patribus accipien-
tes, hoc ita seruauerunt, vt pater filio per manus ad hunc vsque diem traderet. Non igitur in paradiso ter-
restri vinum, non animalium sacrificia, non carnium vsus. Post diluuium & vinum repertum, & omnes in-
uentæ deliciæ: victus ille parcus, olera, herbæque abierunt, sublata frugalitas, luxuria successit, quę ieiunio
perfocatur. ieiunium quippe (inquit) prophetas genuit, potentes conformat, atque roborat. Ieiunium le-
gislatores sapientia refertos facit, animæ optima custodia, corporis habitatio secura, fortibus viris muni-
mentum & arma, athletis & certantibus exercitatio. hoc præterea tentationem expellit. Et quibusdam in-

teriectis rurſum ait, Daniel autem vir deſideriorum panem tribus hebdomadis minime comedens, nec aquam bibens, etiam leones ieiunare docuit, lacum ingreſsus: cuius tempore menſa paucis ac facilibus parata cibis ſatis erat. Nihil videbis ob abſtinentiam diminutum, nihil animalium mortem timebit, nihil ſanguinis ſpergetur: vacat cocorum gladius. Habes etiam deciſionẽ Concilii Laodiceni, actione 50, qua ſcriptum eſt, Non oportet in quadrageſima quinta feria vltimæ hebdomadæ ieiuniũ diſsolui, & totam quadrageſimam inhonorare, ſed per totos dies ieiunare, & eſcis conuenientibus abſtinentiæ, id eſt aridioribus, vti. Et in Concilio Toletano 8, actione 9 dicitur, Quiſquis ſtoc ineuitabili neceſsitate aut fragilitate, & euidenti lãguore, ſeu etiam impoſsibilitate ætatis, diebus quadrageſimæ eſum carniũ præſumpſerit attentare: non ſolum reus erit reſurrectionis dominicæ, verumetiam alienus ab eiuſdem diei ſancta communione. ¶ Supereſt autem eorũ argutiis ſatiſfacere. qui primo loco Paulum 1 ad Timot. 4 opponunt dicẽtem, Spiritus manifeſte dicit, quoniam in nouiſsimis temporibus diſcedent quidã à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum in hypocriſi loquentium mendaciũ, & abſtinere à cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus: quia omnis creatura dei bona eſt, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Simul & Chryſoſtomum locum illum interpretantem homil. 11 in epiſtolam illam, Medicamentum in promptu eſt, inquit, ſignum illi crucis imprime, gratias age deo, deo gloriam refer, & protinus omnis immũditia abſceſsit. Verum ii maxime decipiuntur, verba nõ ſenſum apoſtoli ſecuti: imo nec Chryſoſtomi, qui eadem homil. ait, De Manichæis & Marcioniſtis omnique illorum officina hic loquitur, quòd ſcilicet recedent à fide eorum imitatores in fine ſeculi, qui prorſus à carnibus abſtinendum dicent, velut immundis. Cui ſententiæ alludit id quod in Concilio Bracarenſi F
1, actione 14 dicitur, Si quis immundos putauerit cibos, & non propter afflictionem ſui corporis, ſed ob immunditiam abſtinuerit, ſicut Manichæus, anathema ſit. Vel ſecundum eundem Chryſoſtomum de iis loquitur, qui circa ſeculi finem legem Moſaicam rediuiuam geſtientes, à cibis quos lex prohibet temperabunt. Vel tertio illud Pauli dictũ intelligi poteſt, de his qui male perſuaſi, à cibis iudicãt abſtinẽdum: quãdiu enim iudicium illud perſeuerauerit, cibis illis veſci non licebit. Ne autem hæc expoſitio vltro, aut temere conficta à nobis videatur: profero quod Rom. 14 ſcribitur, Scio, & confido in domino Ieſu, quia nihil commune ſeu immundum per ipſum, niſi ei qui exiſtimat quid commune eſſe, cui cõmune eſt, ſtante videlicet iudicio. ¶ Obiiciunt præterea hiſtoriã Spiridonis, viri admirandæ virtutis: qui vt lib. 1 tripartitæ hiſtoriæ, cap. 10 habetur, Dum hoſpes quidem inſtante quadrageſima carnes porcinas comedere refutaret, profitens ſe Chriſtianum, dixit, Propterea refutare non debes, ꝙ Chriſtianus es: nam omnia munda mundis, vt ſermo diuinus edocuit. Hæc tamen obiectio facile refellitur, tum quòd quadrageſima inſtaret, quod autem inſtat (dicunt Chryſoſtomus & Theophylactus) nondum præſens eſt, quanquam proximum ſit: tum ꝙ nihil Spiridon præter carnes illas domi haberet, quo peregrini inedia ſubleuaretur: velut hiſtoriæ contextus manifeſtat. Cui neceſsitati addicti carnibus veſci conceditur, vt habetur in cap. conſilium, extra de obſeruatione ieiuniorum. Quadrageſimalibus enim diebus cũ ob annonę inopiam magna populi pars deperiret, ſi carnibus non veſceretur, illi pœnę nullius rei cenſentur, qui huiuſmodi neceſsitate compellente carnibus vſi fuerant. Hæc ibidem. Quæ euangelii teſtimonio fulciũtur. cum Matth. 12, & G
Marc. 2 ſcriptum ſit, Nunquid legiſtis, quid fecerit Dauid quando neceſsitatem habuit, & eſuriit ipſe, & qui cum eo erant: quomodo intrauit in domum dei ſub principe ſacerdotum, & panes propoſitionis mãducauit, quos non licebat manducare, niſi ſacerdotibus: & dedit eis qui cum eo erant.

Chriſtus aſsiſtens pontifex futurorum bonorum peramplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id eſt non huius creationis, neque per ſanguinem hircorum aut vitulorum: ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. ¶ Chriſti pontificium Aaronico eo multo pręſtare euidẽtius inſinuat: ꝙ illius cultus in cælum quẽpiam nequaquam deducebat, in quẽ nos Chriſtus induxit. & idcirco futurorum honorum pontifex dicitur. ꝙ nos à prauis facinoribus erutos, cæleſti iuſtos Chriſtus dignatur honore. Hinc Iohan. 3, Qui credit in filium habet vitam æternam. & 10, Ego vitam æternam do eis. 1 ad Timot. 6, Apprehende vitam æternã in qua vocatus es. Qui quatenus cæli aditum reſeraret, à mortis ſomno excitatus, ipſa deuicta in cælum ſe contulit. Ephe. 4, Qui deſcendit, ipſe eſt qui aſcẽdit ſuper omnes cælos, vt adimpleret omnia. Sed quid ſemel Chriſtum in cælum introiſſe narrat? Dubio procul quòd ſemel mortuus ſit, ſemel paſsus, ſemel ſanguinem ſuum precioſiſsimum fuderit. 1 Petri 3, Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt. Et Rom. 6, Quod enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel, quod autem viuit, viuit deo. Quid vero emolumenti ingreſsus ille in æthereas ſedes, conſeſſuſque ad patris dexteram contulerit: demum explicat, quia [Introiuit in ſancta, æterna redemptione inuenta:] quæ antea nulli patuerat. Aſcendens quippe in cælum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Ephe. 4, Noſque pene repugnantes, ad ſeipſum aduocauit. Iohan. 12, Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum, in cælum videlicet. Quod cælum peramplius & perfectius tabernaculum eſt, & longe altero veteris legis præſtantius, quia non manufactum, id eſt huius creationis ſeu humana arte effectum, ſed dei virtute creatum: 2 Corint. 5, Scimus enim quia ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſsoluatur, ꝙ ædificationem habemus, domum non manufactam, ſed æternam in cælis. Et infra cap. 11, Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex eſt, & conditor deus. Sed qua via Chriſtus ingreſsus eſt? [Nõ ſane per ſanguinem hircorum aut vitulorum,] quẽadmodum ſacerdos ſummus penitiſsimam ac recõditiſsimam tabernaculi partem introibat, Leuit. 16. [Sed per proprium ſanguinem,] Ephe. 1, In quo habemus redemptionem per ſanguinẽ eius. & ad Coloſ. 1, Pacificãs per ſan-

A guinem crucis eius,ſiue quæ in terris,ſiue quæ in cælis ſunt.Hinc Ambro.epiſtola 39 ad Horontianum, Nouus ergo ſacerdos videmus quid obtulerit.Alii ſacerdotes pro ſe offerebant, & pru populo ſuo.hic quia non habuit peccatum,vt pro ſe offerret,pro vniuerſo mundo ſe obtulit,& per ſanguinem proprium introiuit in ſancta ſanctorum,cælum videlicet.Hic ergo ſacerdos nouus,& noua hoſtia:non ex lege, ſed ſupra legem.Hęc interpretatio glo.interli.eſt,& vſitanor.Alia eſt Chryſoſtomi & Theophylacti,Tabernaculi nomine hanc noſtram naturam intelligentium,quæ amplius quidem eo habetur,quo deus verbum hanc ipſam aſſumpſit:ꝙ omne & ſpiritusſancti ſit opus,Matth.1,Quod in ea natum eſt,de ſpiritu ſancto eſt,quæ perfectius tabernaculum dicitur:quod teſte Chryſoſtomo,ſpiritum ad menſurã deus illi non contulerit.Iohan.3,In ipſo ſiquidem ſunt omnes theſauri ſcientiæ & ſapientiæ abſconditi.ad Coloſ.1.Cui interpretationi conſentit Auguſt.pſal.18,& 19.Tabernaculum dei(ait)caro eſt:in carne inhabitat verbum, & caro factum eſt.In carne inhabitat verbum,& caro factum eſt tabernaculum.in ipſo habitat imperator,militauit pro nobis in ipſo tabernaculo:ab hoſte tentatus eſt,ne miles deficeret.❡Quæſtionẽ illã abſolutã hic reddit Apoſtolus,qua plerique ſciſcitantur,quò deiparæ virginis immaculata anima profectura erat,ſi prior Chriſto diem clauſiſſet extremum : cum Chriſtus introierit in cælum,æterna redemptione inuenta.Si igitur Chriſti aſcenſu vita illa reuelata eſt,quæ deperierat,& nobis reddita,nulli ante Chriſti introitum in cælum obtigit:non ergo virginis anima ante Chriſtum,ſi diuinum ſtatutum attendamus, & dei legem omnibus præſcriptam in cęlũ cõſcendiſſet.Ideo Theophyl.inquit,Nihil enim nobis erat de noſtra liberatione & ſalute compertum,niſi ille hanc inueniſſet:adde Auguſt.ſermone 74 ad fratres in

B eremo dicentem,Si ergo deſcendit ad nos,leuauit nos:iam in corpore ſuo caput noſtrum ibi eſt,ſequentur & membra.Cum ergo præceſſerit caput,& membra ſubſecuta ſint ex Auguſtini ſententia : reliquum eſt,vt beata virgo Chriſti membrum,neceſſe ſubſecuta ſit.Huc pertinet id Pauli ad Coloſ.3,Mortui enim eſtis,& vita veſtra abſcõdita eſt cum Chriſto,in deo.Quod ſi ante Chriſtum adiiſſet cælum,nequaquam in Chriſto eius vita abſcõdita fuiſſet,aut eius aſcenſu ab ipſo reuelata.Præterea ad Ephe.4 dicitur,Aſcendens Chriſtus in altum captiuam duxit captiuitatem.vbi Hieronymus,Liberatos nos,& de captiuitate veteri erutos,ſecum duxit in cælum,& his ipſis quos de inimicorum manu eripuit,diuerſa gratiarum dona largitus eſt.Cui alludit id Iohan.12 nunc inductum,Si exaltatus fuero à terra &c.Præceſſit ergo Chriſti exaltatio,cuiuſcunque eiuſdem merito ad id muneris aſſumpti.His tamen nihil officit,angelos à mundo condito beatitudine donatos:qui Chriſti merito victoria potiti ſunt,nullius ſceleris vſquam conſcii.Siquidem Adæ lapſus,quo cæli aditus nobis præcluſus eſt,nihil illis obeſſe potuit:qui intemeratæ virgini, niſi dei peculiari dono prępediente obſtitiſſet.non tamen eo inficias,diuinæ virtuti quicquã non fore arduũ, aut difficile.Non enim impoſſibile erit apud deum omne verbum,Luc.1.Deum denique ſuis legibus minimẽ irretitum eſſe:& idcirco id beneficiũ,ſingulari quodam munere illi conferre potuit.Id vero egiſſet deus necne,nondum nobis plene innotuit.

Si enim ſanguis hircorum & taurorum & cinis vitulæ aſperſus inquina-
C tos ſanctificat ad emundationem carnis,quanto magis ſanguis Chriſti,qui per ſpiritum ſanctum immaculatum obtulit ſemetipſum deo, emundauit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis,ad ſeruiendum deo viuenti.

❡Cum Iudęorum q̃ plures nondum inſtituiſſent,fide tenendum illa vna Chriſti oblatione totius mũdi peccata dependiſſe:hoc ipſum confirmat,& certius reddit ex Iudæorum opinione,& legis teſtimonio. [Si enim ſanguis hircorum, inquit, aut taurorum] qui peccatis diluendis,aut accepti beneficii gratiarum actioni effuſus conducebat,Leuit.9. [Vel cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis,] nempe apud Iudæos vſu venerat,vt vitulæ rufæ cineres aſſeruarentur,cuius aſperſione(ſi quem ex his immunditiis quæ Leuit.19 deſcribũtur,quis contraxiſſet) purgabatur,vt eodẽ loco habetur.Si igitur hæc quæ recenſuimus,quæ Chriſti figuram prætulere,infectos quoſque mundabant: [Quanto magis ſanguis Chriſti,qui per ſpiritum ſanctum immaculatum,] & prorſus immunem à peccato,qui peccatum non fecit,nec inuentus eſt dolus in ore eius,1 Pet.2. [Se obtulit deo,ab operibus mortuis,] id eſt peccatis, quæ nos morti obſtrictos tenent.Rom.6,Stipendia peccati mors,[Conſcientiã emundauit.]Apoc.1,Dilexit nos,& lauit nos à peccatis noſtris ſanguine ſuo.& Ephe.5,Chriſtus dilexit eccleſiã,& tradidit ſemetipſum pro ea,vt illã ſanctificaret:mundans eã lauacro aquę in verbo vitæ.Ne quis tamen poſt hãc ſacroſanctam oblationẽ,quæ omnium peccata è medio ſuſtulit,ſuperfluum eſſe diiudicet bonis operibus intẽ-
D dere,prudens adiecit, [Ad ſeruiendũ deo viuenti,] redemit nos videlicet.❡Sed quæ aut qualis hæc ſeruitus,quam Paulus à nobis exigit?Sane vt optimis ſtudiis,& operibus deo acceptis incumbamus.Quemadmodum ad Titum 2 apertius docet,Qui dedit ſemetipſum,ait,pro nobis,vt nos redimeret ab omni iniquitate,& mundaret populum ſibi acceptabilem,ſectatorem bonorum operum.& Rom.6,Conſepulti enim ſumus cum illo in morte per baptiſmum:vt in nouitate vitæ ambulemus.& Ephe.2,Gratia enim ſaluati eſtis per fidem,& hoc non ex vobis,dei enim donum eſt:non ex operibus,vt ne quis glorietur:ipſius enim ſumus factura,creati in operibus bonis,quę pręparauit deus,vt in illis ambulemus.❡Hic ſilẽtio prętereundum nõ eſt,Lyranum cenſuiſſe Chriſti meritũ eo infinitum,ꝙ natura humana dei verbo vniatur. Quam ſententiam nonnulli exoſculantur,alii explodunt.At inter eos (meo quidem iudicio) facile iniri concordia poteſt:ſi Chriſti merito,non re ipſa,ſed dei liberali acceptione,id Chriſto collatum fuiſſe dicamus:quod vtique ob naturam noſtram à verbo aſſumptam,dei bonitatem ſumme decuit. Decebat enim eum,propter quem omnia, & per quem omnia,& qui multos filios in gloriam adduxerat,authorẽ ſalutis eorum per paſſionem conſummare:id eſt conſummatum & perfectum reddere,ſupra cap.2.

Seruitus christiana quæ.

Et ideo noui testamenti mediator est, vt morte intercedente in redemptio E
nem earum præuaricationum, quæ erant sub priore testamento repromis-
sionem accipiant qui vocati sunt æternæ hæreditatis. ¶Cuidam obiectioni Apo-
stolus interim occurrit, qua plerisque persuasum erat, cum Christus oecubuisset, illius merito vitam æter-
nam minime oobis repromissam esse: ob id arguens stabile & firmius Christi testamẽtum, quod mortuus
sit. [Ideo enim noui testamenti mediator est,] & redemptor, vt proximo cap. eo loco, Melioris testamẽti
mediator est, disseruimos. Mediator inquam Christus, [Vt morte intercedente, in redemptionẽ earũ præ-
uaricationum, quæ erant sub priori testamẽto:] hoc est noo modo saluti nostræ Christi passione prospe-
ctum est, sed & legis præuaricatio omnis depulsa est. Hinc Augustinus lib. 11 cõfessionum, cap. 43, Chri-
stus demonstratus fuit antiquis patribus, & reuelatus, Abraham sane vidit diem eius, & gauisus est, Ioh. 8,
Vt ita ipsi profuturæ passionis eius fidem, sicut nos per præteritæ fidem salui fierent. Hæc August. Coi il-
lud ad Galat. 3 suffragatur, Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud deum matifestum est: quia
iustus ex fide vioit, vita æterna qua in Christum venturum credebant, & salutem consecuti sunt. Eorum
quippe mediator Christus extitit: [Vt repromissionẽ accipiãt] hæreditatis æternæ, [Qui vocati sunt,] vo
catiooe videlicet quæ est secuodũ electionem, aut dei propositum, vt supra cap. 3 effuse scripsi. Quòd au-
tem huius meminerit Paulus, docet Theophylactus inquiens, Cum vero vocati dicit, ostendit quemadmo
dum initio deus erga oos, vt pater in liberos se gesserit. Nam cum essemus ad hæreditatem iampridem ac
citi, nos tamen ipsi indigoos hæreditate hac fecimus: nisi filius intercessisset, qui nos ad hæreditatem resti- F
tuit. ¶At qoid Christum eorum mediatorẽ, qui vocati sunt secundum præscientiam aut electionem dicit:
qui 1 ad Timot. 2 ait, Omnes vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis veoire? Parum igitur Paulus si-
bi consentire videtur. longe tamen secus est. Nempe vt scripsit Origenes Rom. 10, Christus medius est, si
ue mediator inter eos qui eum nesciunt, & peccato detinentur conclusi: sed possibilitate, noo efficacia. pos
sunt enim eum capere, sed oondum capiunt. Efficacia sioe efficentia inter illos medius est, quibus dicebar,
Vbicunque fuerint congregati duo vel tres in nomine meo, in medio eorum sum: id est vbi vera amicitia
& charitate inuicem coooectuntur in ea permansuri, & coofitentur ore suo dominum, & corde creduot ꝙ
deus suscitauit illum à mortuis, alioquin videtur absurdum, si & inter eos qui in nomine eius cougregan-
tur medius esse dicitur: & inter eos qui eum nesciunt, nisi huiusmodi differentia teneatur, quòd inter igno
rantes & nondum credentes, possibilitate medius dicatur, inter credentes vero efficacia, id est rei ipsius &
operis effectu. Hæc Origenes.

Vbi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. testa-
mentum enim in mortuis confirmatum est, alioquin nondum valet dum vi-
uit qui testatus est. ¶Propter eos qui infirmius Christo afficiebantur, eiusque promissionibus
diffidebant, eò qòd mortem obiisset: exemplo ex communi cõsuetudine, & humana lege desumpto, quæ G
præmisit manifestat, teste Chrysost. homil. 16, quòd videlicet ob id ratum sit, & firmius Christi testamen-
tum. [Vbi enim hominis testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris,] illius videlicet qui te-
stamentum condidit, ve robur & firmitatem obtineat. Testamentum eoim eius morte ratum & fixum est.
Est autem testamentum, voluntatis nostræ legitima deliberatio, eorũ quæ post vitam quis fieri instituit. l.
1. ff. de testa. Dicitur iusta, quia si qoid cõtra bonos mores eo decerneretur, inutile & cassum foret. l. filius,
& l. condiiiooes. ff. de condi. insti. cap. si quis, 13 quæst. 2. Dicitur præterea super his quæ quis fieri instituit
post vitæ exitum, quia non oisi morte vim & firmitatem sortitur. ambulatoria quippe est testatoris vo-
luntas vsque ad mortem. l. 2. ff. de adi. lega. Cum posterior priori semper deroget. l. si mihi. ff. de lega. 1. &
cap. vltim. 13 quæstione 2. Idcirco prudenter Paulos adiecit, [Testameotum in mortuis confirmatũ est:
alioquin noo valet,] nec vires accipit, [Dum viuit qui testatus est.] alio enim posset irritari. Nihil est igi
tur quòd super Christi mortem terreantur: nam si ille naturæ non concecisset, hæreditatem æternã Chri-
sti testamento repromissam non assequerentur. Ex quibus perspicuum est, sanctiones humanas prudentia
& ratione fulciri, quibus non modo hoc loco Apostolus abusus est: sed & ad Galat. 4 dicens, Quanto
tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit domious omuium: sed sob tutoribus & actori-
bus est, vsque ad definitum tempus à patre. vbi alias iuris ciuilis decisiones protulit, quæ habentur in. l. fi-
liusfamilias. & l. seruus. ff. de testa. & l. 1. ff. de tutel. & rati. distra. quibus decretum est, Paruulo, quanquam H
bonorum domino, illorum dispensationem non fore demandandam, donec adoleuerit. Quas vtique san-
ctiones Paulus non citasset, si impię & carnificinę forent, veluti quispiam eas sugillando improspecte sa-
tis ad Galat. 1 scripsit. Has igitur legitime editas, sanctas, & honestas reipublicę quoque paci non parum
accommodas, rectius semper censuit antiquitas. quæ deo maximo optimo authore in lucẽ prodiere. Sap.
8, Per me reges regnant, & legum condiiores iusta decernunt. Præterea nunquid Paulus Rom. 13 dixit,
Omnis anima potestatibus sublimioribos subdita sit, non est enim potestas nisi à deo: quæ autẽ sunt à deo,
ordioata sunt. itaque qui resistit potestati, dei ordioationi resistit. Et saluator Matth. 23, Quæ dicunt faci-
te. Si igitur eorum iussis oreteous emissis obsequendom est: siotque superiorum decreta, siue verbo tradi-
ta, aut scripturis exarata, pari religione amplexanda, vt sat superq; proximo cap. docuimus: quid superest
nisi ꝙ Pauli & Christi doctrinæ locum nõ esse dicamus? aut qui huiuscemodi sunt, q̃ maxime sua opinio-
ne delusos esse fateamur? Præterea iterum atque iterum oro, quatenus hic Paoli super gradum sistant: qui
id Pauli ad Gala. 1, Si quis vobis euangelizauerit, præter id quod accepistis, anathema sit: suo sensu & pro
pria prudentia (qui inniti si scripturæ credimus plena periculi res est) ioterpretantes: eos sacrilegii insimu-

A lant,qui scripturarum saerarũ enarrationi literas seculares admiseent.Cum locis iam inductis,Paulus id
inculpate egerit.necnon aliquot aliis locis,qui vt Act.17 habetur,Dum concionaretur ad populum,& in
Areopago(quæ est curia Atheniensium)disputarer,inter eætera dixit,Sicut & quidã de vestris prophetis
scripserunt,Ipsius enim & genus sumus.qđ hemistichiũ est in Arato. Et 1 Corinth.15 ipsos alloquens qui
attica facundia expoliti erãt,& ob locorum viciniã,Atheniensium sapore cõditi, de Menandri comœdia
versum sumpsit iambicũ dicens,Corrũpũt bonos mores colloquia praua.Ad Titum quoq; 1,Dicit quidã
proprius eorum propheta,Cretẽses semper mendaees,malę bestiæ,ventres pigri.Vbi Hiero.Dicitur autẽ
iste versiculus in Epimenidis Cretensis poetę oraculis reperiri.vbi super hac re liberius scripsit.& in epi-
stola ad Magnũ oratorem Romanum:à quo dum criminaretur,quòd in epistolis suis secularium literarũ
exẽpla interdum deprehendisset:nõ secus erudite ae expolite,crimen hoc obiectũ multis scripturæ testi-
moniis diluens,adiunxit,Quis enim nesciat,& in Moyse,& prophetarum voluminibus,quædã assumpta
de gentilium libris,& Salomonem philosophis Tyri & nõnulla proposuisse,& aliqua respondisse.vnde
in Exordio prouerbiorum cõmonet,vt intelligamus sermones prudẽtiæ,versutiasque verborum,& dicta
sapientium,& ænigmata,quæ proprie dialecticorum & philosophorũ sunt:proferens testimonia quæ re-
censuimus.Posttemo autẽ viros pene innumeros cum singulari doctrina,tum morũ probitate spectabiles,
quorum libri seculi sapientiam non exhorrent,describit.Quibus liquido constat,non prorsus nobis inter-
dici,pro loco tamen & tempore huiusmodi scripturis abuti.Apostolus quippe teste Hiero.ad Titum 1.
B Hoc faciebat raro,& vt loci potius quàm ostentationis opportunitas exigebat,in morem apum,quæ de
diuersis floribus solent mella componere:& fauorum cellulas coaptare.

Vnde nec primum quidẽ sine sanguine dedicatũ est.lecto enim omni man
dato legis à Moyse vniuerso populo accipiens sanguinem vitulorum & hir-
corum cum aqua & lana coccinea & hyssopo,ipsumquoq; librum & omnẽ
populum aspersit,dicens,Hic sanguis testamẽti quod mãdauit ad vos deus:
etiam tabernaculum & omnia vasa ministerii sanguine similiter aspersit,&
omnia pene in sanguine secundum legem mundantur,& sine sanguinis effu-
sione non fit remissio. ¶Rursus nouum testamẽtum Christi morte confirmatum,diuina lege
& à rebus ipsis,quæ in veteri lege contigissent,corroborat;quo Iudæos quibus vetus testamentum proba
batur,ad credulitatem facilius inducat. [Vnde,inquit, nec primum quidẽ] testamentum quod Moysi da
tum est,[Sine sanguine dedicatũ est:] hoc est firmum & validũ effectũ,vt Exod.24 habetur,Assumensq;
Moyses volumen fœderis legit audiente populo:qui dixerũt,Omnia quæ locutus est dominus faciemus,
erimusq; obediẽtes:ille vero sumptum sanguinem respersit in populum,& ait,Hic sanguis fœderis,quod
C pepigit dominus vobiscum super cunctis sermonibus his.Si ergo primũ nõ sine sanguine dedicatũ est,nec
similiter secundũ.Cuius sanguinis aspersi modũ insinuat,dicẽs, [Lecto enim omni mãdato legis à Moyse
vniuerso populo,accipiens sanguinem vitulorũ & hircorũ,cum aqua,& lana coccinea siue rubra,& hysso
po,ipsum quoque librũ,& omnem populum aspersit.]sanguine videlicet:qui sanguinis Christi in ara cru
cis effusi figurã prętferebat.¶At forsan dices,Vnde hęc omnia audierat Paulus,quæ à Moyse scripta nõ Legis si-
sunt?Dicendũ est,vt supra cap.proximo super re simili annotauimus,vel q̃ à Gamaliele legis doctore su gnificatio
per his instructus sit,aut à spiritu sancto hoc sibi reuelãte.Lex autem hoc loco pro solo pentateucho acci varia.
pitur,& quinque libris Moysi:sicut & Iohan.1,Lex per Moysen data est.Quæ plures significantias ha-
bet.Nonnunquam enim pro ceremonialibus tãtum,& iudicialibus sumitur:vt patet Ephe.2,Legẽ mãda-
torum decretis euangelicis euacuans.Aliquando decalogi præcepta solum cõplectitur:ad Gala.5,Omnis
lex in vno sermone impletur:Diliges proximũ sicut teipsum.Interdum vero lex Genesis historia dicitur,
ad Gal.4,Dicite mihi qui sub lege esse vultis,legem nõ audistis.vbi Hiero.hoc notat.Alias vero legis ac-
ceptiones trãsilio.Moyses itaq; hac sanguinis aspersione vsus,dicebat, [Hic sanguis testamenti,quod mã
dauit ad vos deus,]vt effunderetur.Quo [Etiã tabernaculũ,& omnia vasa ministerii aspersit,] & hoc ma
xime festo expiationis,vt Leuit.13 dicitur.Imo pene omnia quæ ad dei templum eiusque cultum pertine
bant,sanguine tingebantur,& mundabantur.Hinc adiecit,[Et omnia pene in sanguine secundum legem
mundantur.] quod idcirco dicit,quia igne aliqua purgabantur,Numer.31.Et non omnia sanguine.Vel
D hæc determinatio ad verbum referenda est:vt sensus sit,omnia sanguine pene mundantur,& ita Chryso-
stomus & Theophylactus legunt.cum imperfecte,& non plene sanguine illo purgarentur.Hinc Chry-
sostomus.Quare autem dicit pene?quare illud sic expressit?Quoniam in illis non erat perfecta munda-
tio,neque remissio perfecta:sed imperfecta,& in minima parte.Nunc autem hic est,inquit,sanguis noui
testamenti,qui pro nobis effusus est,Matthæi vicesimosexto.Quo perfecte mundamur,cuius typum san-
guinis illa aspersio gessit:sine quo vt tandem Paulus intulit,non erat peccatorum remissio,sicut nec ali-
cui nisi sanguinis Christi virtute peccata condonantur : vt mox diximus.¶Contra tamen hunc textum
quo sine oblatione(cuius sanguis fundebatur)peccata remissa non fuisse Paulus testatur, vrgere videtur
quòd huiuscemodi oblationibus homo crimen suum prodere , & famam lædere videretur: cui tamen,
ac nominis integritati parcendum est.Ecclesiastici quadragesimoprimo, Curam habe de bono nomine.
Ne quis autem dicat,indistincta illa sacrificia fuisse , & indiscriminatim præcepta , & idcirco illis nemi-
ni innotuit,quo quis peccato sacrificium offerendo irretitus esset:profero quod Leuitici quinto habetur,
Anima quæ iurauerit, & protulerit labiis suis malum quid facere , vel bene , & idipsum iuramen-
to & sermone firmauerit , oblitaque , postea intellexerit delictum suum , agat pœnitentiam pro

peccato,& offerat agnū siue caprā,orabitque pro eo sacerdos.Hinc August.lib.quæstio.super Leuiticum E
quæst.7 dicit,Pro certis generibus peccatorū,certa quibus expiarētur sacrificiorū genera adhibēda fuisse.
Ideo mihi visum est,occultū peccatū sacrificiō secrete oblato expiatū fuisse,vt docet August.lib.quæstio.
ex veteri testamēto,quęst.12.Quēadmodū proximi peccatū secretū,nō palā & publice,ne aliis prodatur:
sed clam & in aure detegēdū est.Secreta quoque correctio adhibēda,quatenus resipiscat,vt patet Matth.
18.Cui sentētię suffragatur August.quęst.1 in Leuit.Quem glo.Leuit.5 sequitur,Possumus,ait, paratū ad
periuriū admonēdo,vel prohibēdo à tam graui peccato reuocare:sed si nō audierit,& coram nobis de re
quā nouimus falsum iurauerit,vtrū prodēdus sit?Si proditus etiā periculū mortis incurrat,difficilima quę-
stio est. sed quia nō expressit,cui hoc indicādū sit,vtrū illi cui iuratur,an sacerdoti,vel cuipiā,qui nō solū
eū persequi nō potest irrogādo suppliciū,sed etiā orare pro illo potest: videtur mihi ꝙ se homo soluat à
peccati vinculo,etiā si indicet talibus qui magis possunt prodesse q̃ obesse periuro,siue ad corrigēdū eū,
siue ad deū pro illo placādū,si & ipse cōfessionis adhibeat medicinā.Hęc August.Quòd si deinceps quis
producat id quod Numer.5 scribitur,Vir cuius vxor errauerit,maritūq; cōtēnēs dormierit cū altero viro:
& hoc maritus cōprehēdere nō quiuerit,sed latet adulteriū,& testibus argui nō potest,quia nō est inuēta
in stupro:si spiritus zelotypię concitauerit virum contra vxorem suam,quę vel polluta est,vel falsa suspi
tione appetitur, adducet eam ad sacerdotem : cumque steterit mulier in conspectu domini, discooperiet
caput eius,& ponet super manus illius sacrificium recordationis,& oblationem zelotypiæ : & hausta a-
qua,aut crimen eius detegebatur,aut innocentia comprobabatur.Dico dei pręcepto , in cuius manu o- F
mnia nostra sunt id demandatum fuisse:quod hominum nulli liceret.

Necesse est ergo exemplaria quidē cælestiū his mundari,ipsa autē cælestia melioribus hostiis quàm istis. ¶Nouæ legis sacramēta Iudaicis illis potiora ostēdit : qui-
bus [Necesse] erat,ait,deo imperāte [Exēplaria quidē cælestiū mundari,] tabernaculū vero ipsum:quod
exēplar,seu figurā cælestiū,id est militātis ecclesię,vt ait Theophyl.prętulit.[Ipsa autē cælestia] seu eccle
siā [Melioribus hostiis mundari.] Sed quomodo melioribus hostiis,cū Christus vna oblatione totius mūdi
scelera abstulerit?Sane melioribus hostiis dixit,ꝙ multo pręstātiora sacramēta ecclesię Christianę in sortē
cesserint,quorū virtus ab illa vna Christi oblatiōe profluxit.¶Quo textu apte mēdaciū cōuincitur fallax
De sacramētorum virtute. ille salutis nostrę inimicus:q vafre nōnullis suggessit,idcirco nos hæreseos insimulādos,q sacramētis hāc
inesse virtutē,qua pctā cōdonātur,& gratia cōfertur,ingenue profitemur.Quod vtiq; hoc Pauli testimo-
nio perspectū est.Alioqui si nos tantū mūdatos indicarēt,nec auferrēt peccata,aut gratiā cōferrēt,quomo
do legis Christi meliora & præstātiora forēt sacramēta?cū in ipsis peccatorū cōmemoratio fit & recor-
datio,vt patet sequēti cap.Ad idē est id supra cap.7,Introductio vero fit melioris spei,per quā proxima-
mus ad deū:vbi super hac re nōnihil disseruimus.Ne quē tamē Hiero.sentētia obturbet, qui Matth.16 in
quit,Istū locū nō intelligētes episcopi & presbyteri,aliquid sibi de Pharisęorū assumunt supercilio,vt vel
dānent innocētes,vel soluere se noxios arbitrēturscum apud deū nō sentētia sacerdotū,sed reorū vita quę- G
ratur.Legimus enim in Leuit.cap.14,v.3,de leprosis,vbi iubētur vt ostēdāt se sacerdotibus,& si lepram
habuerint,tunc à sacerdote immundi fiant:nō ꝙ sacerdotes leprosos faciāt,& immūdos,sed quô habeant
notitiā leprosi & nō leprosi,& possint discernere qui mūdus quiue immūdus.Quomodo ergo ibi lepro-
sum sacerdos mundū vel immūdū facit,discernēdo scilicet inter mundū & immundū:sic & hic aliqua vel
soluit episcopus & presbyter,nō eos qui insontes sunt vel noxii,sed pro officio suo scit,quis ligandus sit,
quisue soluēdus.Ergo nullū discrimē esse videtur ex Hiero.inter sacerdotes legis & euāgelii:neutrorūque
sentētia peccatorū sordes dilui.Cōsideremus tamē similitudinē,nō identitatē præferre sed diuersitatē,cū
nihil sibi ipsi simile sit.Igitur quēadmodū sacerdos legalis lepra infectū nō absoluebat:ita nec euāgelicus
eū quē obscœna libido adhuc incesserit,sed quē sui peccati pœnitet,culpa liberat.Hinc idē Hiero.Matth.
27,Si frater peccauerit in fratrē,vt emēdare valeat quod peccauit:potest ei dimitti.Sin autē permanent
opera,frustra vocē assumit pœnitētis.quod & Petrus Act.3 edocuit,dicēs,Pœnitemini ergo,& cōuertimi
ni ad deū,vt deleātur peccata vestra.Cōueniunt itē inuicē,ꝙ vterque perfecta cōtritione cōmissa oblite-
rata esse iudicat.Distat autē euāgelicus à legali,quia quē criminis sui dolor (insufficiens tamē) persuaserit,
à culpa vindicat:velut baptismi sacramētum,vt Rom.6 dicitur,Cōsepulti enim sumus cū illo per bapti-
smū in mortē,& peccatorū ablutionē,vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriā patris:ita & nos
in nouitate vitæ ambulemus.Et Act.2,Pœnitentiā agite & baptizetur vnusquisque vestrū,vt deleātur pec
cata vestra.Præterea tametsi pœnitēs tanto dolore conficeretur & mœstitia,vt peccatū iam deletū esset, H
gratiā nihilo secius sacramēti virtute consequeretur:cum teste Paulo nouæ legis sacramenta tanto Moysi
sacrificiis præstant , quantum cælum terra excellentius est.

Non enim in manufacta sancta Iesus introiuit,exemplaria verorum,sed in ipsum cælū vt appareat nunc vultui dei pro nobis:neq; vt sępe offerat semetipsum,quēadmodum pōtifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno:alioquin oportet eū frequēter pati ab origine mūdi. ¶Omnia hæc eô in-
ducit Apostolus,vt arguat quę nobiscū hoc tēpore agūtur,olim fuisse figuris & imaginibus expressa. [Nō
enim(ait)in manufacta Iesus introiuit:]id est tabernaculū ipsum aut tēplū,pecudes & alias hostias in mo-
rē sacerdotū legis oblaturus:quæ sunt [Exēplaria verorū,]quod proculdubio certiora quædā,& vera prę
figurabāt,[Cęlū] vero ipsum.in quod Christus calcata morte se cōtulit.Quo loco Apostolus denuo Chri
sti sacerdotiū Leuitico prætulit,ipsumq; ob id à Iudæis summa religione venerandū,apposite manifestat.
Quippe qui de tēplo illo multis sumptibus Hierosolymis constructo,cui legales sacerdotes deseruiebant,

A alta quędā teste Chrysost.homil.17 sapiebant,plus æquo illi fidentes:quibus hoc ipsum Hieremias succēset sui libri cap.7 dicens,Nolite confidere in verbis mēdacii dicentes,templū domini templū domini est: bonas enim facite vias vestras.Huius autem confidentiæ causa extitit,quia nusquam terrarum aliud vllum par erat(ait Chrysost.) opulentia,ædificii varietate,aut sumptu:nihil enim erat in templo quod non auro tegeretur.3 Reg.6,Illuc quoque à finibus terræ ipsius visendi gratia omnes properabant.Hinc Act.2 dicitur,Erant illic habitantes Parthi,& Medi,Elamitę,& qui habitāt Mesopotamiā,Iudæam,Cappadociā, Ponthum,& Asiam &c.Cuius toto orbe nomen decantatissimum erat:ideo nimirum,si templū Iudęis in tātam spem venerat.A qua quò eos Paulus auocet,cælū templo opponit,lōgo interuallo ab illo distās, in quod Christus sese recepit,[Vt appareat vultui dei pro nobis,]preces & supplicationes deo patri offerēs, vt supra cap.7 patuit,Vnde & saluare in perpetuū potest,accedens per semetipsum ad deū,semper viuēs ad interpellandū pro nobis.¶Ex quibus liquet,velut eo loco scripsi,sanctos post adeptā beatitudinem nostræ salutis causa precibus deū interpellare.Ne cui tamen in mentē veniat,quod necessum sit Christō crebro seipsum offerre,cū nunc etiā appareat pro nobis,consulto adiūxit.[Neq; enim vt seipsum offerat,] & sępe patiatur operęprecių est:quia sufficit omnibus semel oblatus.vna enim oblatione consummauit in sempiternū sanctificatos infra cap.10.[Quēadmodū pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno] taurorū,videlicet & hircorū,vt mox recēsuimus.vbi Chrysost.palam discreuit inter Christi

B sacerdotiū & veteris legis.illi nāque per singulos annos,& semel duntaxat,in sanguine alieno,templū adibam:Christus vero semel seipsum in cælū recepit,in sanguine proprio,ipse sacrificiū,sacerdos,& hostia. Quòd autē vna Christi oblatione,omniū saluti abunde prospectū sit confirmat.Alioquin,ait,si oporteret Christū pluries seipsū offerre,oportuisset cū frequēter pati ab origine mūdi,& à mūdo condito cruci affigi.Ipse enim est ,ppitiatio pro peccatis nostris:nō ,p nostris aūt tantū,sed etiā pro totius mūdi,1 Ioh.2.& ad Rom.3,Quem proposuit deus propitiatorē per fidē,in sanguine ipsius ad ostēsionē iustitiæ propter remisionē pcedentiū delictorū.¶Paulo tñ reluctari videtur id quod Apoc.13 scriptū est,Agnus occisus est ab origine mūdi.Quid igitur periculi est Christū à rerū creatione passum & immolatū asseuerare?Verū vt hanc difficultatē paucis finiam:Dico id Apoc.ad dei præscientiam pertinere:post August.homil.10 in Apocalypsim.Christū enim ab ęterno preseiuit deus nostræ salutis causa occidendū.Paulus vero Christi realē oblationem describit.Vel hoc dicit,quia Abel qui Christi typum prætulit,ab origine mundi fratris gladio occubuerit.Cain quippe ipsi Abel necessitudine obstrictus,teste Ambro.lib.1 de Cain & Abel, cap.2,Iudæos præsignauit:qui inuidentia & liuore Christū neci dederunt.Matth.27,Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eū.Aut propter quoscunque iustos viua Christi mēbra dictum hoc accipiamus: qui quibuslibet ante seculis graues iniurias a perfidis hominibus perpessi sunt.Hinc Act.9 scriptum est, Paule Paule quid me persequeris?quòd in Christum credentes suppliciis afficeret.

Nunc autem semel in consummatione seculorum ad destitutionē peccati
C per hostiam suam apparuit:& quemadmodum statutum est hominibus semel mori,post hoc autem iudicium,sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata:secundo,sine peccato apparebit omnibus expectantibus se in salutem per fidem. ¶Sat iam de Christi oblationis excellentia rationibus firmatis,eā demū tēpore q̄ decentissimo factā ostendit inquiens.[Nunc autē in cōsummatione seculorū] & ætate nouissima:Nos enim sumus ad quos fines seculorū deuenere,1 Corint.10.[Ad destitutionē peccati,] seu abolitionē[Per hostiam suam semel apparuit:] quia nihil necesse fuit vt se pluries offerret.Vbi Theophyl.post Gregoriū Nyssenū,Hoc loco quoddā reuelat Paulus mysteriū,cur videlicet in seculorū cōsummatione,& post multa peccata,& nō statim in ipso principio se dominus obtulit.Si enim eū diffusa adeo scelera nondū essent mortē Christus obiisset,& in hunc nemo mortaliū postmodū credidisset,nōne secūdo fuisset illi mors obeūda?nōue & inutiles plane omnes eius fuissent conatus?Nunc vero cū demū magnū in modū praua hominū increuissent facinora,iure optimo deo se obtulit:& in eius conspectu per hostiā suā & mortē apparuit.In ipsa seculorū cōsummatione & fine,cū tempus iam aduenisset,quo prophetarū dicta adimpleretur,& deperdita hominū nequitia ad summū iā euasisset,vt eius misericordia vberior agnosceretur.Cōclusit enim deus omnia sub peccato,vt omniū misereatur,ad Gala.3.Postmodū causam explicat cur Christus semetipsum obtulerit.[Nam quēadmodū statutū est hominibus semel mo-
D ri,] idque diuino decreto,& cōmuni omnibus præscriptū,Rom.5,Per vnū hominē in hunc mundū peccatū intrauit,& per peccatū mors,& ita in omnes homines mors pertrāsiit in quo omnes peccauerūt. [Post hoc autē iudiciū] id est vbi quis naturę cōcesserit,e vestigio,aut suppliciis ęternis,aut beatorū felicitati adiudicatur,si nihil igne purgandū est. [Sic Christus semel oblatus est, ad multorū exhaurienda peccata.] Sed quare multorum & non omnium dicit?inquit Chrysostomus.Sane quia non omnes crediderunt:non enim omnes obediunt euangelio,Rom.10.Pro omnibus tamē mortuus est,qui non omniū peccata abstulit,eorū videlicet qui non crediderūt.Eos vero qui fide illi adhærerunt purgauit,Iohan.3,Sic deus dilexit mundom vt filium suum vnigenitū daret:vt omnis qui credit in eum non pereat,sed habeat vitam æternam.Quam secundo aduentu apparēs sine peccato,siue nō in similitudinē carnis peccati,nec hostia pro peccato veluti primo aduentu:sed immortalis & impassibilis omnibus expectantibus se per fidem & charitatē permanentē subministrabit. Sed apparebit ne futuro in iudicio reprobis sicut & iustis? Proculdubio videbunt in quem transfixerunt,Iohan.19.Et Isaiæ 26,Videant impii,& confundantur populi:zelus & ignis hostes tuos deuoret.Eritque eorum cruciatus teste Hieronymo ibidem,eo acerbior & vehementior. Ad idem est Augustinus psal.109.¶Hic Paulus eorum errorē aperte confutat,qui(vt Lyranus Iohan.14

ſcripſit) Neminē ad gloriā aſsumendū,aut æterno illi igni adiudicaodom volont : donec Chriſtus futuro E
iudicio omnibus necurrerit. Vbi enim quis mortem obiit,dei iudicium extemplo ſubit. Statutum eſt enim
(inquit Paulus) omnibus mori poſt hoc iudicium.& ad Philip.1,Cupio mori:& eſse cum Chriſto. Morte
ergo accedente Chriſti glorię particeps extitit. Pręterea 2 Corint.5 dicitur,Scimus qooniam ſi terreſtris
domus noſtra habitationis huius diſsoluatur,habemus domum oon manufactam in cælis:vbi ſcilicet diſso
luta fuerit morte. Huc accedit quod Iohan.3 ſcribitur,Qui noo credit in eum iam iudicatus eſt. Noo ergo
futurum expectandum eſt iudicium. Hinc Hieronymus Hieremiæ 25 locum illum ioterpretatus,inquit,
Iudicatur ipſe qui oō credit cum omni carne,vt nullus ioiudicatus hinc abeat:impios autem qui domino
noo crediderunt,gladio tradit ſempiterno. Ad idem eſt illud Iohan.16,Princeps huius mundi iam iudica
tus eſt. ❨Obiiciunt tamen illi id quod Iohan.14 habetur,Et ſi abiero præparare vobis locū,iterum venio
& accipiam vos ad meipſum,vt vbi ego ſum & vos ſitis. Illud ad primum aduentum qui iam tranſiit non
refertur:ſupereſt ergo vt de ſecundo intelligatur. At ii q̃ maxime ſeducuntur,cum Chriſti creſcēte in dies
clementia vbi vitam præclare geſsimus,ipſe diuininris naturæ virtute,ē præſentis vitæ carcere nos educit
ad gloriam:non enim huc corporali præſentia ipſum cōcedere neceſsum eſt,vt apparet Iohan.15,Si quis
diligit me,ſermonem meum ſeruabit:& pater meus diliget eum,& ad eum veniemus,& māſionem apod
eum faciemus. Quē acceſsū gratiæ nobis collatæ,& gloriæ cooferēdæ oobis aſcribimus. Quòd ſi quiſpiā
proferat id quod 2 Pet.2 habetur,Si enim deus angelis peccantibus noo pepercit,ſed rudentibus inferni
detractos tradidit in tartarum cruciandos,in iudicium reſeruari. Dico quòd certis cauſis à deo in aere ca-
liginoſo reſeruantur,rudentibus tamen inferni obſtricti,vt cōtextus docet:quia cruciatibus aſsiduis & ęter F
ni ignis tormentis expoſiti,poſt iudicium ad infima loca detrudendi. His ioſuper aduerſari videtur quod
Matth.10 dicitur,Eom ōmete qui poteſt animam,& corpus perdere in gehennam:vbi vtriuſqoe animæ
videlicet & corporis ſupplicia ſimul expreſsit. Vbi Hiero. Eo certe tempore animæ punientur, & ſuppli-
cia ſentient,quando priſtinū corpus receperiot,vt cū quo peccauerūt cum ipſo puniaotur. Fateor animas
etiam reſumptis corporibus tormēta experiri:nec tūc finientur,quæ multo ante tēpore inceperant,vt ipſe
met Hieronymus teſtatur Iſaiæ 5. Item Luc.16,de diuite epulone ſcribitur,Mortuus eſt diues,& ſepoltus
eſt in inferno. Qui tandē dixit,Miſerere mei pater Abrahā,quia crucior in hac flamma. Et de iuſtis Apo-
cal.20,Beatus & ſanctus qui habet partem in reſurrectione prima:in his ſecuoda mors non habet poteſta
tem,ſed erunt ſacerdotes dei & Chriſti eius,& regnabunt cum illo multis annis.& cum conſummati fue-
rint,ſoluetur ſataoas. Quod vtique ante Chriſti ſecundom aduentum continget. Sicque gloria potiuotur
æterna,nec quaſi alto quodam ſopore ſepulti iacent:dooec ſecundo adueotu Chriſtus apparuerit : velut
illi effingūt,& ſui ſequaces. ❨Poſtremo hoc loco occurrit,id quod 1 Theſsa.4 dicitor,Deinde nos qui vi
uimus,qui reſidui ſumos,ſimul rapiemor cum illis obuiam Chriſto in aera,& ſic ſemper cum domino eri
mus. Si igitur nonnulli viui rapientur Chriſti adueotu,non omnes morientur. Quomodo ſtatutum eſt er-
go omoibus ſemel mori? Huius difficultatis Ambro. Hiero.& glo.poſt ipſos pręſcii,loco producto dicūt,
quòd qui viui inuenti fuerint ſancti,cum ipſis pariter rapientur,mortem tameo tunc quaſi ſoporem paſsi.
Ad idem Auguſt.lib.20 de ciuit.cap.20 dicens,Neqoe enim dicendū eſt fieri non poſſe,vt dum per aera G
viui reperti in ſublime portantur, io illo ſpatio & moriantur & reuiuiſcant. Qui tamen lib.vnico de octo
Dulcitii quæſtionibus,quæſt.3,anceps & nutabūdus videtur,futuri ſint ne aliqui quibus nihil cum morte
commuoe ſit:modo hanc,modo partem illam argumentis & rationibus impetens. Qood & Hiero.epi-
ſtola ad Minerium & Alexandrum egit. Qui tamen tandem adiecit,Huic ſententiæ magis acquieſcit ec-
cleſia: vt omnes cōmuni morte moriantur,& noo omnes mutentur in gloriam. Idem quoque Hiero.epi-
ſtola ad Pammachium aduerſus errores Iohannis Hieroſolymitani inquit,Primitias maſsę corporum no-
ſtrorum,quas in ſepulchro poſitas ſuſcitauit,peruexit ad cælum:ſpem oobis reſurrectionis io reſurrectio-
ne corporis tribuens;vode & omnes ſperamus reſurgere ex mortuis , ſicut ille reſurrexit,1 Corinth.15,
Omnes quidē reſurgemus,ſed non omoes immutabimur. Qui rurſum eadē epiſtola locū illum Iohan.6,
interpretatus,Omne qnod dedit mihi pater noo perdam illud,ſed reſuſcitabo eum in oouiſsimo die,ait,
totum videlicet hominem qoem totum naſcendo ſuſceperat. Omnibus ergo reſurrectionem à morte pro
meruit Chriſtus:quam nemo niſi vita functus experitur.& idcirco haoc potius amplexarer.

EXPOSITIO CAP. X.

V Mbram enim habens lex bonorum futurorum,non ipſam ima-
ginem rerum:per ſingulos annos eiſdem ipſis hoſtiis quas offe- H
runt indeſinenter,nunquam poteſt accedentes perfectos facere.
Alioquin ceſſaſsent offerri,ideo quòd nullā vltra haberent con-
ſcientiam peccati,cultores ſemel mundati:ſed in ipſis commemo
ratio peccatorum per ſingulos annos fit,impoſsibile enim eſt ſanguine hir-
corum & taurorum auferri peccata. ❨Rurſus in eadem ſententia interpretanda perſe-
ſtit,quemadmodum priſca illa ſacrificia aſsequēdæ iuſtitiæ q̃ mioimum cootulerint. [Vmbram enim ha-
buit lex futurorum bonorum , noo ipſam imaginem rerum:] id eſt figuram & remotiſsimam ſimilitudi-
nem cæleſtium prætulit,non veritatem expreſsit. 2 Corinthiorum 2,Et non ſicut Moyſes ponebat vela-
men ſuper faciem ſuam,edocens veritatem : ſic veteri teſtamento diuerſis figuris & ęnigmatibus vela-
tam fuiſse , vt non intendereot filii Iſrael in faciem eius , & veritatem hac figurarum oube obductam
non facile deprehenderent . quod velameo Chriſti gratia ſublatum eſt, Iohan.1,Lex per Moyſen data

A est,gratia & veritas per Iesum Christum,reuelata scilicet.Quòd autem vmbra remotior similitudo sit,
Chrysostomus hoc familiari exemplo demonstrat,Vsquequo enim,ait,veluti in pictura aut super pictu-
ram imponat quis colores,vmbra quædam est,imperfecte videlicet adhuc rem repræsentans: cum vero
flores ipsos quis colorum iniunxerit,& imposuerit,tunc imago efficitur, vbi colores affixi suot picturæ.
hinc quia homo secundum animã verã dei similitudinem præfert,ad dei imaginem factus,Gen.1 dicitur.
Imo dei filius,licet omnino patri similis,eius imago perhibetur:Qui est imago dei inuisibilis, primogeni
tus omnis creaturæ,ad Colos.1.Vmbram igitur non ipsam imaginem lex ipsa gessit:quæ eisdem ipsis ho
stiis,quas per siogulos annos offeruot iugi studio sacerdotes legis,vt supra cap.proximo dictum est,[Ne-
quaquam potest accedentes perfectos facere.] Nam cum singulis annis,& persępe fieret oblatio illa,per
spicuum est(inquit Theophylactus) hasce hostias ad perfectionem inducendam fuisse infirmiores:eò ꝗ
post primam oblationẽ,& secundam deinceps,& alia,item atque alia sequebator.¶Quid ergo dicet ali-
quis,Est ne altaris sacrificium inualidum,qood à nobis frequeotius iteretur?respondet Theophylactus,ꝗ
Christi tunc reminiscimur obitus,& vna nobis est immolatio,noo multæ:quandoquidem esset ille semel
oblatus:eundem enim semper offerimos,quin potius oblationis illius memoriam facimus,perinde ac es-
set hoc tempore immolatus.Quocirca constat vtique vnum esse hoc nostrum sacrificium,legis vero mul
tiplex.Hæc Theophylactus.Cum itaque ritus ille sacrificiorum cultores suos noo sanctificaret,nec perfe
ctos faceret:alioquin cessassent offerri hostiæ & sacrificia,ideo ꝗ nullam vltra haberent conscientiã pec-
B cati,cultores semel muodati,vnius illorum sacrificiorum oblatione.Quid vero vtilitatis afferrent huiusce-
modi sacrificia,subintulit,quia in ipsis hostiis per siogulos annos oblatis peccatorum commemoratio,hoc
est nil aliud efficiunt hostiæ illæ,oisi quòd peccata præterita commemorant,& arguunt:non eoim com-
missorum præstant remissionẽ,sed plane ostendunt alia oblatione soluenda,Christi videlicet venturi,cu-
ius fide interius purgabantur,quæ sacrificiis illis præsignabantur.Quòd autem sacrificia illa peccata non
diluerẽt,manifestat: [Quia impossibile est sanguine hircorũ & taurorũ auferri peccata.] hinc Hiere.11,
Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas,in quibus gloriaris?quasi dicat,non.¶Hic tamẽ diffi-
cultas suboritur.quippe si legis sacrificia deum nobis infensum minime conciliabant,nec conscientiæ sor-
des abluebant:sed in ipsis commemoratio tantum peccati,& veri sacrificii significatio:videtur illa iuxta
historiam accepta prorsus inania fuisse:& illorum mysticos sensus duntaxat requirendos,cum tamen hi-
storicus cæteris omnibus supponatur,prout post Hieronymum & Origenem,supra proximo cap.dictum
est.Idcirco dicendum est,illis non nihil vtilitatis etiam secundum historiam infuisse,quę deo vero obla-
ta ab idolorum cultura auocabant,cui gentes plurimum intendebant,1 Corinth.10, Sed quæ immolant
gentes,dæmoniis immolant,& noo deo:nolo autem vos socios fieri dæmoniorum i quibus Iudæi com-
mixti huius criminis participes suot effecti,vt patet Exod.33.Vt igitur soli deo offerrentur,hæc illis præ-
cepta sunt,teste Augustino,qui lib.1 contra aduersarios legis & prophetarum cap.18 inquit,Vnum ta-
men sciant iosipientes,& tardi ad intelligendum,& præcipites ad reprehendendum:quòd dæmon sibi sa-
C crificium oon exigeret,nisi deo vero deberi sciret.Falsus enim deus sic se vult honorari ab eis quos deci-
pit:quomodo verus deus honoratur ab eis quibus id consolit.Et ideo Leuit.17 dicitur,Nequaquam am-
plius offerent hostias suas dæmoniis.Verum non modo de sacrificiis, sed & plerisque legis illius præce-
ptis hoc sentiamus:quòd idcirco prodierint in locem,quo Iudæi aò idololatrantiũ superstitione desciscе-
rent.velut est id Deutero.22,Non induetur mulier veste virili,nec vir vtetur veste fœminea. Ob idque
mulieres inter Martis sacrificia instar virorum indutæ procedebant:at contrà viri,dum Veneri sacra pera-
gerẽtur.quodque eodem cap.habetur,Ne vir veste indueretur lana linoque contexta:nec in boue & asi-
no arandum esse,identidem accipiendum est.Quæ à deo prohibentur,quia idololatrę astra colentes,quo
planetarum coniunctionem indicarent,hæc aut similia superstitiose obseruarent.Non solum igitur typi-
cam,sed & historialem intelligentiam lex illa præferebat.

Ideo ingrediens mundum dixit,Hostiam & oblationem noluisti,corpus autem aptasti mihi,holocaustomata & pro peccato non placuerunt tibi.

¶Veteris instrumenti testimonium inducit, quatenus ea quæ præmisit certiora sint dicens, [Ideo]
quia illa sacrificia non auferebant peccata, Christus [Ingrediens mundum] per carnis assumptionem,
[Dixit] ipsius prophetæ ore,id quod psal.39 habetur, [Hostiam & oblatiooem noluisti:] vbi meipsum
in ara crucis obtuli,& hæc non fore offerenda deinceps præcepisti,vt inquit Chrysostomus homil.18,&
D glos.post ipsum.Cui interpretationi alludit id Malachiæ 1,Ego munus non suscipiam de manu vestra.
ab ortu enim solis vsque ad occasum,magnum est nomen meum in gentibus : & in omni loco sacrifica-
tur,& offertur oomini meo oblatio munda:ipsemet Christus videlicet,qui vt Ephe.5 dicitur,Obtulit se-
metipsum oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis.Vel potest dici,quòd ea deus noluit,qoia illi
accepta non fuere vt peccata offerrent:& ideo [Corpus aptasti mihi,] ait Christus,perinde ac si dicat(vt
vult Theophylactus) Corpus hoc meom mortale & passibile consummatam perfectamque fore hostiã,
iam à seculo destinasti : qua vna orbis totius commissa purgantur.Quia enim pueri communicauerunt
carni & sanguini,& ipse participauit eisdem:vt per mortem suam destrueret eum qui habebat mortis im-
perium,supra cap.2,& Iohan.1,Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mundi.Quod nec holocaustoma
ris deus contulit:[Quę pro peccato illi non placuerunt.] quia nec in acceptum hæc retulit deus,neq; quę
essent de peccato oblata:vt illis ipsis scelera auferrentur.Erant autem holocaustomata sacrificia,quę igne Holocau-
prorsus cremabantur,vt patet Leuit.1.Sed quid tã apposite diuersa legis sacrificia Paulus descripsit?Pro- stomata.
culdubio ꝗ vt diuersis de causis offerebãtur:ita & diuersum sacrificiis nomẽ impositũ erat. ¶Hic adit suę
da aure prece reundũ ooo est,quod Paulus autoritatẽ illã veteris instrumenti producẽdo,nec hebraicũ ve-

ritatem,nec ſeptuaginta interpretum editionem ſecutus ſit,cum veritas Hebraica itá habeat, Victimam E & oblationem non voluiſti,aures fodiſti mihi,holocauſtum & pro peccato nō petiſti:tunc dixi,Ecce ego venio:in volumine libri ſcriptum eſt de me,vt facerem tibi placitum,deus meus volui,& legem meam in medio vētris mei.Septuaginta vero editio,cui plus adhæret Paulus,quam & nos ſequimur in pſalmorum lectura,ita habet,Sacrificium & oblationem noluiſti,corpus autem perfeciſti mihi : holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti : tunc dixi, ecce venio.in capite libri ſcriptum eſt de me,vt facerem voluntatem tuam,deus meus volui.Quæ ſi Paulo contuleris verbo duntaxat,non ſenſu ab ipſo diſsidere facile comperies.Cui curæ fuit velut & cæteris apoſtolis,teſte Hieronymo Matth.2.& ad Eph.5,ſcripturæ ſenſum potiuſquam verba vſurpare.Hæc autem omnia ex eodem Hieronymo vtranque verſionem,& iuxta hebraicam veritatem,& 70 in pſalmum edidit,compertiora ſunt.

Tunc dixi,ecce venio.in capite libri ſcriptum eſt de me,Vt faciam deus voluntatem tuam. ¶Quoniam ergo holocauſtomata & reliqua ſacrificia pro peccato deo accepta non fuere, [Tunc dixi (ait Chriſtus) ecce venio,] id eſt ſine vlla cunctatione & mora meipſum vltra & ſponte pro totius mundi ſalute offero:oblatus eſt enim quia ipſe voluit,Iſaiæ 53.[In capite quidem libri de me ſcriptum eſt,] inquit, [Vt faciam voluntatē tuam.] Cui ipſe ſemper adhæſit,factus obediens vſque ad mortem,ad Philip.2.Qui Iohan.4 dixit,Meus eſt cibus vt faciam volūtatem eius qui miſit me. Et cap.6,Deſcendi de cælo non vt faciam voluntatem meam,ſed eius qui miſit me patris.Quid vero per F

Caput libri.

caput libri Paulus intellexerit , diuerſa doctores ſentiunt.Hieronymus nanque dicto pſal.hoc ad principium Geneſęos retulit.Caput enim libri teſtamenti veteris,inquit,tale ſumit exordium,In principio fecit deus cælum & terram,id eſt in Chriſto domino.hoc myſterium & Iohannes cernens,ſic euangelium inchoauit,In principio erat verbum & deus erat verbum.Nam & ipſe interrogātibus Iudæis quis eſſet,reſpondit,Principium qui & loquor vobis,Iohan.8.Huius autem interpretationis ſenſus eſt,In capite Geneſeos ſcriptum eſt de me,vt faciam voluntatem tuam:cum res ipſas in principio ſeu per principium & filium ſuum deus pater vnanimi conſenſu operatus ſit. Alia eſt interpretatio Auguſt.dicto pſal.quam glo. interli.hic ſequitur,vt caput libri de principio pſalmorum intelligatur.ait ſiquidem Auguſtinus,In quo capite libri ſcriptum eſt de illo?fortaſſe in capite libri huius pſalmorum videlicet,Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum,& in via peccatorum non ſtetit.Qui pſalmus de Chriſto intelligēdus eſt,quia ſolus cum eius ſanctiſsima matre ſceleris expers extitit.Aliter exponitur à Lyrano , Liber iſte,ait,notitia eſt prædeſtinationis diuinæ,omniumque ſaluandorum cognitio:de quo Apocal.3,Qui vicerit, veſtietur veſtimentis albis : & non delebo nomen eius de libro vitæ , & confitebor nomen eius coram patre meo,& coram angelis dei.Et 20,Qui non eſt inuentus in libro vitæ ſcriptus,miſſus eſt in ſtagnum ignis.Huius autem libri caput Chriſtus cenſetur , quòd prædeſtinatorum primus ſit.Vel vt cuidam alteri placet,liber vitæ (cuius caput Chriſtus) nil aliud eſt,quàm ſanctorum notitia,qui ſaluantur per ipſum.Ephe.1,Elegit nos in ipſo Chriſto ante mundi conſtitutionem.& Rom.8,Quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filii ſui.Quæ interpretatio alteri eiuſdem ſententiæ refragatur,qua ſuadere adnititur huma G nitatem à verbo non aſſumendam,ſi naturæ inſtitutæ ſtatus perſeueraſſet,& in crimen nullū homo impegiſſet.Nam ſi prædeſtinatorum caput Chriſtus cenſetur,& primus vt ipſe fatetur,& ſcriptura quam protulimus atteſtatur:ipſi ſane cum cæteris electis naſci contigiſſet:tametſi nullius ſceleris vinculo homo obſtrictus fuiſſet.alioqui quomodo prædeſtinatorum caput aut primus,ſi præ cæteris ad id muneris aſſumptus non fuiſſet?Præter has autem,duas affert Theophylactus dicens,Librum autem lapideas tabulas dicit ,quibus lex fuiſſet inſcripta,vel vetus teſtamentum.Perinde ac ſi dicat , In omni ſcriptura de meo aduentu facta eſt mentio:& quemadmodum ipſe eſſem offerendus pro mundo.Vel caput,veteris teſtamēti principium interpretatur.Nam & in ipſius Moyſi libri primordio cum hominem,inquit, faciamus ad imaginem & ſimilitudinem noſtram,ſuæ diuinitatis cognitionem aperit deus.

Superius dicens,quia hoſtias & oblationes & holocauſtomata & pro peccato noluiſti , nec placita ſunt tibi quæ ſecundum legem offeruntur : tunc dixi,ecce venio,vt faciam deus voluntatem tuam,aufert primum vt ſequens ſtatuat. ¶Deinceps auctoritatem nunc productam Paulus explicat,& quid ſentiat,ex ſcriptura illa aperit. [Superius dicens] Dauid [Quia hoſtias,& oblationes,& holocauſtomata noluiſti,] vt iam diſſeruimus: [Nec placita ſunt tibi,quæ ſecundum legem offeruntur:] nec redemptioni generis humani ac- H cepta, [Tunc] ego Chriſtus [Dixi,ecce venio,vt faciam deus voluntatem tuam.] Voluntas autem patris

Voluntas patris.

huiuſmodi eſt,vt filius immoletur pro mundo,& homines iuſtificentur:non in ſacrificiis & oblationibus illis,ſed & eius morte.Ideo [Aufert primum] teſtamentū,quod per Moyſen datum eſt velut imperfectū, [Vt ſequens] euangelium videlicet , quod perfectius eſt , firmum & ſtabile [Statuat.] Fit igitur (inquit Theophylactus) vt nequaquam vllo offerentium crimine,ſed ſua imperfectione repudiata ſint & eiecta hæc ſacrificia.¶Ex quibus liquet quempiam etiam catholicū parum Paulo conſentire : qui hunc locum interpretatus,idcirco legem abrogatam dicit,quòd offerentium manus pollutæ eſſent:cum longe ſecus Paulus hic ſentiat,velut ex Theophylacti interpretatione conſtat.qui paulo ante dixit,Hoc vno vſus eſt teſtimonio Paulus,ob Iudæorum impudentiam,iactantium veterem illam idcirco deſitam eſſe immolandi conſuetudinem,non quòd inutilis eſſet,ſed quia facinoroſi fuiſſent qui hoſtias illas offerrent:& Iſaiam producunt horum incuſantem peccata,dicentemque,Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt,Iſaiæ 1.Hęc itaque vel huiuſmodi contentioſis Iudęis obiicientibus,teſtatur nunc Paulus certioribus argumētis priſtinos

A illos immolandi ritus eò fuiſſe à deo reiectos:quia nec integritatem,nec perfectionem præferrent: non
ob populi ipſius peccata, vt illi aſſeuerant.Non enim in nono & tricefimo pſalmo,vnde id productũ eſt
teſtimonium,populi ſcelera propheta commemorat.Hæc Theophylactus.Præterea contra eundem fa-
cit,id quod ſupra cap.7 dicitur,Reprobatio quidem fit prioris mãdati propter eius infirmitatem & in-
utilitatem.

In qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti
ſemel & omnis quidem ſacerdos præſto eſt quotidie miniſtrans,& eaſdem ſę
pe offerens hoſtias,quæ nunquam poſſunt auferre peccata. Hic autem vnã
pro peccatis offerens hoſtiam in ſempiternum ſedet in dextera dei,de cætero
expectans donec ponantur inimici eius ſcabellum pedum eius. ¶Quid autem
beneficii,Chriſti oblatione in nos collatum ſit inſinuans ait,[In qua]dei patris [Voluntate] qua ſibi cõ
placuit filium ſalutis noſtræ cauſa mortem obire,[Sanctificati ſumus per oblationẽ corporis Ieſu Chri
ſti ſemel]vltro,non inuitè aut coactè factam,Iohan.10.Voluntatem habeo ponendi animam meã,& ite-
rum ſumendi eam.Cum itaque redemptionis noſtræ modus,ſolius dei volũtate nitatur, perſpicuum eſt
B alium deo non defuiſſe.Hinc Auguſt.lib.13 de trinit. cap.10,Modum hunc quo nos per mediatorẽ Chri
ſtum redimere dignatur,aſſeramus bonum,& diuinæ congruum dignitati:verũtiam vt oſtendamus non
alium modum poſſibilem deo defuiſſe,cuius poteſtati cuncta æqualiter ſubiacent,ſed ſanãdæ noſtræ mi
ſeriæ conuenientiorem modum aliũ non fuiſſe,nec eſſe oportuiſſe,vt videlicet nobis demonſtraret,quã-
ti nos penderet deus, quãtũcunq; diligeret.Sic enim deus dilexit mundum,vt filiũ ſuum vnigenitum da
ret,Iohan.3.Hæc Auguſt.Nec eſt ꝙ miremur vna dũtaxat Chriſti oblatione nos fore redemptos:cũ te-
ſte Auguſtino,ſermone 114,indubitanter credendum ſit,ꝙ totum mũdum redemit, qui plus dedit,q̃ to
tus mundus valeret.Quantum vero priſca illa ſacrificia ab illo vno Chriſti diſtẽt, ſpecialius manifeſtat
quia [Omnis quidẽ legis ſacerdos præſto eſt,quotidie miniſtrans]tẽplo,[Et eaſdẽ ſæpe offerens hoſtias,
quæ non poſſunt auferre peccata,]& cõſcientiam emundare.Vbi Apoſtolus de ſacrificiis agit,quę die-
tim mane,& veſpere offerebãtur,vt patet Num.28,[Hic autem,Chriſtus,vnam pro peccatis offerẽs ho
ſtiam] nobis perpetuo valituram:ita vt ſecunda nil egeamus,[In ſempiternum ſedet in dextera dei] id
eſt,Poſtquam illud redemptionis noſtræ opus peregit,ſeipſum offerendo,conſedit[In dextera dei]ſecũ-
dum ſuperioris & diuinioris naturæ diſpenſationem, deo patri æqualis,ad Philip.2, Qui cum in forma
dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe ęqualem deo.Secundum vero humanam naturã cũctis crea-
turis ſupereminet,ſuprà cap.1,Sedet ad dexteram maieſtatis eius in excelſis,tãto angelis melior effectus
quanto præ illis differentius nomen hæreditauit, [De cætero expectans] hic nobiſcum perdite degẽtes
pœnis afficere ac ſuppliciis,quò eorum ſi reſipiſcãt miſereatur,Iſa.30,Expectat dominus vt miſereatur
C noſtri.& Rom.2,An diuitias bonitatis eius,& patientiæ,& longanimitatis cõtemnis? Vbi Ambr.Copio
ſa eſt dei bonitas,quæ multa vel multis peccantibus bona miniſtrat,blandiens vt ad pœnitentiam attra-
hat.copioſa patientia,quæ tot & tanta peccantes ſuſtinet,nec cito punit.& hoc eſt lõganimitas,quia nõ
ad horam eſt,ſed longa per multa expectans tẽpora.Idcirco ſubintulit [Expectans,donec ponantur ini-
mici eius ſcabellum pedum eius] id eſt,quouſque illi omnia perfectè ſubiiciantur. quod vtique futuro iu
dicio fiet,vt ſuprà cap.1 annotauimus.Hæc autem idcirco hic Paulus inſeruit,vt eos qui ex Iudæis cre-
diderant,teſte Theophylacto conſoletur,qui innumeris malis à perfidis afficerentur.Perinde ac ſi dicat,
Nolite animo ipſi concidere:futurũ eſt enim,vt qui in præſenti vos vrgent ſuperbiendo,non modo ſub-
iiciantur,ſed quod grauius eſt,& pedibus cõculcẽtur.At quid non ſtatim Chriſti pedibus ſuppoſiti ſunt,
aut è medio confeſtim ſublati?Eorum quidem cauſa dixerim,qui ex his eſſent adhuc profuturi fideles,
vt ex ſentibus ſuauiſſimi flores,ſeu ex peccatoribus ſancti & fideles.

Vna enim oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos. Conte-
ſtatur autem nos & ſpiritus ſanctus. Poſtquam enim dixit,hoc autem teſta-
mẽtũ quod teſtabor ad illos,poſt dies illos dicit dominus, Dabo leges meas
in cordibus eorum,& in mẽtibus eorum ſuperſcribam eas,& peccatorum &
D iniquitatum eorum iam nõ recordabor amplius . Vbi autem horũ remiſſio,
iam non eſt oblatio pro peccato. ¶Poſtremo huius diſcriminis legis veteris & nouæ finẽ
facturus,rem omnem verbo complectitur dicens, [Vna enim oblatione,Chriſtus,cõſummauit,& à pec
catorum ſeruitute exemit eos qui ſanctiores eſſent Chriſti ſanguine iam redditi, [Imperpetuũ ſanctifi-
catos,]& qui videlicet futura vita perpetua vitæ ſanctimonia,& gloria donãdi ſint,veluti cap.9 abunde
ſatis docuit.Rurſus tamen idipſum ſcripturæ teſtimonio confirmans ait, [Conteſtatur autem & nos ſpi
ritus ſanctus] id eſt ſimul nobis conteſtatur.Sed quidnam illud?Sane ꝙ vna oblatione à peccatorũ nos
ille exemerit iugo:ita vt ſecunda minus ſit nobis neceſſaria. [Poſtquam enim dixit] ſpiritus ſanctus,per
os Hieremiæ ſui libri cap.31, [Hoc autem teſtamentum] nouum ſcilicet, [Quod teſtabor ad illos,poſt
dies illos dicit dominus,] ſeu legis veteris præfixa tẽpora, [Dabo leges meas in cordibus eorum]nõ ſi-
cut antiquis patribus,in tabulis lapideis,Exod.19, [Et in mentibus eorum ſuperſcribam eas.]Quæ au-
toritas,ſupra cap.8 explicata eſt. [Et iniquitatum & peccatorum eorum iam non recordabor amplius]
in tempore gratiæ:ſed Chriſti ſanguine remiſſionem impertiar.Si enim proprio filio non pepercit, ſed
pro omnibus nobis donauit illum,quomodo non omnia cum illo donauit?Rom.8.[Vbi autem horum]

omniom peccatorum [Remiſsio,eſt,iam non eſt oblatio pro peccato,] quia ſecũda expectanda nõ eſt. E
cum prior ſufficiatL.iquet itaque vna dũtaxat Chriſti oblatione nos ſanctiores effectus,atq; puriores.Il
las quoque Iudæorum immolationes ſuperuacuas eſse,nec vllá illarũ poſt gratiæ tempus oblationẽ iam
faciendam eſſe pro peccatis,vt inquit glo.quod vtique porgatis autibus ſuſcipiendum eſt:ꝙ nulla vide-
licer alia iam deo offerenda relinquatur,tanquam illa Chriſti oblatione ſaluti noſtræ non foret proſpe-
ctum:cuius ſingulis diebus precioſiſsimum euchariſtiæ ſacramentum conficientes reminiſcimur. Hinc
Auguſt.epiſtola 23 ad Boniſacium,Nonne ſeoiel immolatus eſt Chriſtus in ſeipſo,& tamen in ſacramẽ
to non ſolum per omnes paſchæ ſolennitates,ſed omni die populis immolatur, nec vtique mentitur,qui
interrogatus,eum reſpondet immulari.Si enim ſacramenta ſimilitudinem quandam earum rerum qua-
rum ſacramenta ſunt non haberent,omnino ſacramenta non eſsent.Immolator itaque,quia eius immo-
lationis commemoratio fit,& repręſentatio.Idem quoque Auguſt.pſal.75 ait, Cum autem non obliui-
ſcimur mortis Saluatoris,nonne quotidie nobis Chriſtus immolatur,& tamẽ pro nobis ſemel Chriſtus
immolatus eſt?Hoc loco quidam erroris arguitur,qui ad Galat.5 dixit,Verum eſt quidem ꝙ teſte Augu
ſtino in baptiſmn reatus tranſit peccati,ſed actus tamen manſit:hnc eſt,ꝙ deus iusta pſal.31 non impu-
tat ſed ſanat:qui ſi imputare vellet,ſicut vere & iuſte pnſset,totum mortale & damnabile eſſer. Hęc ille.
Cuius ſententiæ reelamat Paulus.Si enim vna oblatione conſummauit,& ſuo ſanguine delibutos ac ſa F
cramentorum eius participes perfectos effecit, quomodo hi poſt baptiſmi lauacrum peccatores iodicã-
di ſunt?Præterea nunquid Paulus Rom.6 dixit, Hoc ſciẽtes,quia vetus homn noſter ſimul crucifixus eſt
cum illo,vt deſtruatur corpus peccati,& vltra nõ ſeruiamus peccato.Si igitur totum peccati corpus in-
teriit,& in nihilum redactum eſt,quomodo poſt baptiſma peccatum manet? Recte igitur Rom.8 dixit
Paulus,Nihil ergo damnationis eſt,his qui ſunt in Chriſto Ieſu,qui non ſecundom carnem ambulãt.Ad
Galat.qnoq; 3 dicitur,Quicũque in Chriſto baptizati eſtis,Chriſtũ induiſtis. Si baptiſmate abluti Chri
ſtum induunt,quomodo peccati actus in eis remanſit?Nulla quippe cõuentio Chriſti ad Belial,oec par
ticipatio iuſtitiæ cum iniquitate,2 Corinth.6 Auguſt.autem quem praducit,nil rei huius eo locn pror-
ſus meminit,longe aliter ſentiens,enarratione 2 in pſalmum illum,Beati quorum remiſsæ ſunt iniquita-
tes,& quorum remiſsa ſunt peccata:nnn in quibus inueota ſunt,ſed quorum peccata tecta ſunt,coop-
ta ſunt,abolita ſunt.Qui eo loco profert id quod Iohan.1 habetur,Ecce verus Iſraelita in quo dolus nõ
eſt,vbi dolum pro iniquitate accepit.Si igitur nulla illi dominata eſt iniquitas,ſupereſt ſceleris prorſus
immunem eũ fateamur.Adde eundem Auguſt.qui libro vnico enchiridii cap.64,Baptiſmate omnem
reatum ſolui dicit.Perperam igitur cootraria ſeotentia illi aſcribitur.

Habentes itaque fratres fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chri-
ſti,quam initiauit nobis viam nouam,& viuẽtem per velamen, id eſt carnem
ſuam & ſacerdotem magnum ſuper domum dei, accedamus cum vero cor- G
de in plenitudine fidei aſperſi corda à conſcientia mala,& abluti corpus aqua
munda teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem . fidelis enim eſt
qui repromiſit.

¶Vbi Chriſti pontificium legis ſacerdotio prætulit, & quãtum hoc noſtrum te-
ſtamentum nouum reliquũ excedat edocuit,quãtúmve legis immolationibus & ſacrificiis præſtet Chri
ſti oblatio,per quam ſumus & ipſi peccatorum iugo,& pondere liberati,moralis inſtructio ſubducitur:
qua nos in primis hortatur ad cæleſtia ſperanda,dicens, [Habentes itaque fiduciam fratres in introitu
ſanctorum] hoc eſt,quia nobis remiſsa ſunt ſcelera,confidimos ſemper,& ſperamus ſancta illa ſeu cælũ
nos adituros.Cuius autem merito tãta nobis fiducia,& gloriæ expectatio ſit inſinuat,qoia [In ſanguine
Chriſti]effuſo fideotiores efficimur,Ephe.3,Quẽ Chriſtum propoſuit deus propitiatorem,per fidem in
ſanguine ipſius,ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ.Et Ephe.1,In quo habemus redemptionem per ſanguinem
eius.Habentes etiam[Viam nonam & viuentem] id eſt,viam introeundi in cælum, qoa felicitatem ſu-
pernam nãciſcamor,quę perfecta,& vera vita eſt:[Quã viã Chriſtus initiauit,]qoia primos,vt ait Chry
ſoſt.in cælum ſe contulit,Michęę 2,Aſcendit in cęlum,iter pandens ante eos,nec cuiquam huiuſcemo-
di aditus ante Chriſti ingreſsum patuit.Hinc Iohan.3 dicitur,Nemo aſcendit in cælum,niſi qui deſcen-
dit filius hominis,vbi glo.hæc aſcenſio eſse non poteſt,niſi redemptis per paſsionem.Ex quo perſpicuũ
eſt,ꝙ beata virgo ſi prior filio morte naturæ conceſsiſſet , niſi poſt vel cum ipſo cælum introiſſet. quem
admodum ſupra cap.proximo prolixius pertractaui.Qoomodo autem cæli aditus nobis reſeretur,ad- H
iecit,quia [Per velamẽ,id eſt carnem ſuam,]quam deo patri pro nobis obtulit, &]deinceps in cælos eue
xit.Apte autem Chriſti carnem ſiue corpus velamẽ dixit,quod illius virtute tecta ſint, & velata commiſ
ſa noſtra,quæ oos à cæli ingreſsu præpediebant. Et ita locum hunc Chryſoſt.homil.19 in hanc epiſto-
lã explicat . Vel idcirco Chriſti caro velamẽ dicitur,vt gloſę placet,quod in ſacramẽto euchariſtię,ſub
ſpeciebus panis & vini velata continetur:quæ animæ noſtrę perfectus cibus eſt,Iohan.6, Panis quẽ ego
dabo,caro mea eſt pro mundi vita.Habentes pręterea [Sacerdotẽ magnum ſuper domum dei,]hoc eſt,
Chriſtum paſtorem,& epiſcopum animarum noſtrarum,1 Pet.2 toti eccleſię pręfectũ: quæ dei domus
nuncupatur,1 ad Timoth.3,Vt ſcias quomodo te oporteat conuerſari in domo dei,quæ eſt eccleſia co-
lumna & firmamentum veritatis. Accedamus omni torpore excuſſo ad cæleſtia capeſsenda,[Cũ corde
vero,] non ficto,aot ſimulato , quod videlicet,vt ait Theophylactus,nec hæſitans ſit,nec de futuris ſub-
dubiom,vnde & in deſperationem aliquam recidat. Quæ ſententia illis aduerſatur,qui futuræ damna-
tionis reuelatione diuinitus facta,beatitudiois ſpem,aut expectationem nobis non fore ademptam vo-
lunt. Quippe ſi de futuris ſubdubius deſperatione frangitur,quis ſperabit ſuper ſua reprobatione à deo

A certior effectus?[Accedamus insuper,in fidei pleuitudine:]qđ vtique fier,si eorum quæ credimus certitudinem teneamus,& omnium articulorũ vna fuerit fides.Hinc Chrysost.Sic credere oportet, quomodo certi sumus de visibilibus,& adhuc amplius.hic enim erratur aliquando,hoc est,in his quæ videntur, illic autem nequaquam.Et paulo post,Qui enim dicunt,quorũdam non esse resorrectionem,illorũ non est fides:cum omnium credendorum vnica sit.Arriculos autem,qui fide ab omnibns teuendi sunt,descripsit Hieronymus in explanatioue symboli ad Damasum , & symboli Ruffini.August. similiter lib.vnico Enchirid.cap.9,& sequenti.Concilium quoque Nicenũ versus finem.❡Sed forsan dices, quid Paulus Ephe.3 dicit,Mihi sanctorum omuium minimo data est gratia hæc in genribus, euangelizare inuestigabiles Christi diuitias,& illuminare,quę sit dispensatio mysterii abscouditi à seculis in deo,vt innotescat nuuc principatibus,& potestatibus in cælestibus per ecclesiam mulriplex sapiẽtia dei.Si igitur incarnationis sacramẽtum ad tempora Pauli vsque angelos etiam latuit,vt Hieronymus ibidem ait,Crux Christi non solum nobis,sed & angelis,cunctisq; in cælo virtutibus profuit,& aperuit sacramentũ quod antea nesciebatur:quid necesse est iodoctum vulgus hoc ipsum fide tenere? Dico post Hieronymum eo loco,angelos iucarnationis mysterium plene & perfecte nescisse,donec Christi passio consummaretur, & apostolorum prædicatio gentes peruasisset:non enim tempus à deo præstitutum illis forsan innotuerat,quo Christus pateretur,aut certe contumelias,opprobria,reliquaque incommoda, quæ perpessurus erat,nisi passione eius consummata agnouerant. Cuius saeramentum multo ante tempore didicerant.
B Deinceps ostendit,non fidem solam,sed vitam virtute excultã requiri dicens.Accedamus[Aspersi corda à conscientia mala,]id est nullius sceleris cõscii,honestis studiis incumbamus.quia teste Chrysost.dicta homil.non sola fides,sed etiam vita cum virtute quæritur.Creauit enim nos deus in operibus bonis, vt in illis ambulemus,Ephe.2.Accedamus pręterea[Abluti corpus aqua mũda]id est,baptismatis lauacro,cuius aqua eò munda dicitur,ꝙ nos puriores & sanctiores efficiat,1 Corinth.6,Sed abluti estis baptismi aqua,sed sanctificati estis,sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi,& in spiritu dei nostri.Quod proculdubio sacramentum omnibus necessarium est,Iohan.3,Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto,non intrabit in regnum cælorum.Est & aliud salutis coosequendæ ęque conducens,vt scilicet[Teneamus spei nostræ cõfessionẽ indeclinabilẽ]hoc est,quam nos professi sumus,spem firmam teneamus & immotam,vt suprà cap.6 patuit: vbi dictum est,Qui confugimus ad tenendã propositam spem:quam sicut ancoram habemus animæ,tutam & firmam,vt nec prosperis nec aduersis ab hac vna omnium Christianorum expectatione deducamur.Verũtamen quia vnusquisque sibiipsi pertimescit,& viribus propriis noo fidit,subintulit,[Fidelis est deus,qui repromisit] id est verax est,& certiora ei⁹ promissa.Ait nãq;,Vbi ego sum,ibi & minister meus erit.Qui & vires suppeditat, quatenus spem hanc inconcussam seruemus,nihilque nobis officiat.[Fidelis enim deus est]ait Paulus,1 Corinth.10,qui non patietur tentari vos supra id quod potestis:sed faciet cum tentatione prouentum,vt possitis sustinere.Cõstantiam quoq; ac fortitudinem omnibus subministrat,quo victoria potiamur,1 Corinth.15,Deo
C autem gratias,qui dedit nobis victoriam per dominum nostrũ Iesum Christũ. ❡His iterũ atque iterũ, oro impensius intendat, qui in explanatione decalogi dixit,Dei præceptum plus requirit,quàm possumus.nempe cum deus fidelis sit,& verax,qui & vires subministrare,& nobis opitulari repromisit,nihil nos præpediet quô minus dei iussa exequamur.Hinc Paulus Rom.10 aiebat,Prope est verbũ eius in ore tuo vt facias illud.1 quoque Iohan.5 dicitur,Mandata eius grauia non sunt.& Matth.11,Iugum meum suaue est,& onus meum leue. Et ad Philippen.4,Dominus enim prope est,nihil soliciti sitis.Nũc enim propior est vestra salus quàm cum credidistis.Immo legis præcepta quæ multo plura erant,& grauiora,hominis vires minime superasse modo dei auxilio nihil substrahamus,facile comperiemus,cum Deuter.30 scriptum sit,Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie non supra te est,nec procul positum, nec in cælo situm:vt posses dicere,Quis nostrum valet ad cælum conscendere,vt deferat illud ad nos,vt audiamus atque opere compleamus?sed iuxta est sermo valde in ore tuo,& in corde tuo vt facias illud. Iosue quoq; 11 dicitur,Non præteriit Iosue de vniuersis mandatis,nec vnum quidem verbum,quod iusserat dominus Moysi adimpleri.Non me tamen præterit eundem in responsione contra Decium,nodũ hunc dissoluere contendentem dixisse,dei mandata leuissima & minima,homini impossibilia per seipsum,sed cum dei gratia facilia,qui apostolum profert ad Philip.4,dicentem,Omnia possum in eo q me confortat.Et 2 Cor.3,Non sumus sufficientes aliquid cogitare ex nobis tanquam ex nobis,sed sufficientia nostra ex deo est.Quæ interpretatio licet recepta sit,prioris tamen assertioois suæ sensum nequaquã
D explicat.id siquidem possumos,quod dei misericordia suffragante possumus,vt Pauli autoritatibus iam inductis constat,necnon prophetæ oraculo.qui psal.59,& 107 ait,In deo faciemus virtutem. His suffragatur Paulns,1 Corinth.7,dicens,Fidelis deus,qui non patietur vos tentari supra id quod potestis,dei videlicet præsidio suffultis veluti apertius Ephe.6 ostendit dicens,Propterea accipite armaturã dei, vt possitis resistere in die malo,& in omnibus perfecti stare.

Et consideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum,non deserentes collectionem nostram sicut consuetudinis est quibusdã, sed consolantes & tanto magis quanto videritis appropinquantem diem.

❡Postremo dilectionis & charitatis,quæ perfectionis vinculum est,ad Coloss.3 admonemur.[Consideremus inuicem(ait)id est vnus alterius vitam præclare gestam studiosius scrutetur:non vt proximũ lingua procaci conficiat,sed[In prouocationem charitatis & bonorum operum]vt videlicet honesta quadam & religiosa ęmulatione stimulati,illorum optimos mores imitari satagamus.Hinc Paulus eo virtuti sese operam nauasse dicit,quo cæteri melioris vitæ ac præstantioris calcaribus perurgerentur,quãdiu

enim Apoſtolus ſum,ait,miniſterium meum honorifico,ſi qoomodo ad æmulationem prouocem car- E
nem meam,& ſaluos faciam aliquos ex illis,Rom.11. Deinde quod perfectę ebaritatis argumentum eſt
adiuoxit [Nõ deſerentes collectionem noſtrã] ſeu in fide nobiſcum collectos , & qui eadem nobiſcum
fidei profeſsione obſtricti tenentur [Sicuti eſt cooſuetudinis quibuſdã]eam deſerere.qui teſte glo.ioterl.
deſęuiente gladio perſecutionis,metu à Chriſto deſciſcũt,quod eiuſdem paſsione imminente diſcipulis
contigit:qui eo relicto,fuga ſalutẽ quæſiere,Matth.26.Illi inſuper de quo 2 ad Timoth.4 ſcribitur,De-
mas enim me dereliquit tempore perſecutionis videlicet,diligens hoc ſeculum,& abüt Theſsalonicam.
Alii vero criminis buius denotantur,ꝙ plus ęquo proprio ſenſui fidentes,euncta vanis quibuſdam opi-
nationibus permittunt,procul à veritate diſtantes.Cuiuſmodi erant ii de quibus Iohan.6,Ex hoc multi
ex diſcipulis eius abierunt retro:qui oomine tantum & titulo non famulatu diſcipuli eẽſebantur,& iam
non ſequebantur eum. Quod non ad duodecim apoſtolos aut diſcipulos ſeptuagiotaduos referẽdũ eſt,
vt ait Chryſoſtomus,homil. 46 in Matthæum . Sed hi quàm maxime omnium,ſeducuotur , diuina hu-
manis periculoſiſsime metiri deſudaotes . Cum impoſsibilia apud homines poſsibilia ſint apud deum,
vt Matth.decimonono,& Marc.10 babetur.Parum inſuper attendunt,pleraque philoſopbiam perhor-
reſcere,quæ diuinis ſcripturis prodita ſunt,vt eſt mundi creatio ex nihilo.de qua Gene.1.Cõuerſio vxo-
ris Loth in ſalis ſtatuam Gene.19.Quodque Chriſtus ianuis clauſis,ealcata morte,ad diſcipulos iogreſ-
ſus ſit,Iohao.20,& reliqua id genus.Audiant igitur quæſo ii apoſtolom ſalubriter commonentem, no-
li altum ſapere,ſed time,Rom.11.& rurſus ſequenti cap.Non plus ſapere q̃ oportet, ſed ſapere ad ſobrie F
tatem.Qui eoim ſcrutator eſt maieſtatis,opprimetur à gloria,Prouerb.25.& Iſa.40,Qui dat ſecretorũ
ſcrutatores quaſi non ſint.Vel ſaoe ad hos ſermonem ſuum apoſtolus dirigit , qui fratrũ conuentu con-
tempto,loca ſolitaria inhabitabaot.Callebat enim (ait Theopbylactus)ex conuentu huiuſmodi gigni
beneuolentiã:& ideo monet oe conueniendi inter ſe deſerant conſuetudinẽ, neq; ad ſeceſsus aliquos ſtu
deant, vel diuerticula ſe conferre.ait nãq;,Vbi duo fuerint vel tres in nomine meo congregati,in medio
eorum ſum,Matth.18.Quioetiam eccleliæ preces,id eſt,fidelium congregatio precando Petrum vincu
lis ſoluit & carcere,Act.12,Petrus quidem ſeruabatur in carcere,oratio autem fiebat,ſine intermiſsione
ab eccleſia ad deum pro eo.❡Quid igitur ſolitariã vitam criminamur?abſit.quam beatos Iohannes Ba
ptiſta maiorem in modum illuſtrauit,vt patet Matth.3,Marci 1,& Luc.3.Illos autem Paulus repreheo-
dit,qui fratrum infirmitatibus non compatiuntur,& quadam impatieotia fracti ab ipſis ſeipſos ſubdu-
cunt.Debemus autem nos firmiores,ait Paulus,Rom.15,imbecillitates infirmorum ſuſtinere, & nõ no-
bis placere.Vnoſquiſque veſtrum proximo placeat in bonum,ad ædificationem.Ideo Auguſt.pſal.5 di-
xit,Cum tolerãtia viuendũ eſt nobis inter malos:quia cum mali eſsemus,cum tolerantia vixerunt boni
inter oos.De Cbriſto quoq; Matth.9 dicitur,ꝙ cum publicanis & peccatoribus diſcũbebat.Quod vtiq;
cauſa fuit,teſte Hieronymo,vt fidei iugo colla ſubdiderint. Præterea ſumma ope niti decet, Iuxta Chry
ſoſtomum homil.78 in Matthæum,vt omniom ſaluti intendamus: Nam ſi io rebus ſecularibus,ait,ne-
mo ſibi ſoli viuit,ſed tam opifex qoàm miles,tam agricola q̃ mercator,ad communem vtilitatem anhe
lant:multo magis in ſpiritualibus id faciendum eſt.Nam qui ſibi viuit,cæteros omnes negligeos,& vita G
eius ſuperuacanea eſt,& ipſe ſuperfluus,oec generis ooſtri homo eſt.Hæc ille. Ad idẽ Auguſt. pſal.30,
Quicunque perfecti ſuot ex euangelio & gratia dei, nõ hic viuunt,niſi propter alios:nam vita illorum
in hoc ſeculo iam non eſt eis neceſsaria.Sed quia diſpẽſatio eorum aliis neceſsaria eſt, fit in eis quod ait
Apoſtolus,ad Philip.1,Deſiderium habens diſsolui & eſse cum Chriſto,multo enim magis melius:ma-
nere autem in carne neceſsarium propter vos.Ideo Hieronymus io epiſtola ad Paulinum prudẽter,ait,
Sancta quippe ruſticitas ſibi ſolum prodeſt,& qoantum ædificat ex vitæ merito eccleſiam Cbriſti,tan-
tum nocet ſi deſtruentibus non reſiſtat.At qui ſolitariam vitam degunt,dies quoque & ooctes ducũt in-
ſomnes,iugi precum ſtudio dominum interpellantes,hi proximi ſalutẽ negligere minime eẽſendi ſunt.
Quos tamẽ vitæ ſanctimonia hominibus ſpectaculo prius fuiſse voluit Hieronymus in epiſtola ad Ru-
ſticum monacbum,dicens,Sed de ludo monaſteriorum huiuſcemodi volumus egredi milites,quos ere-
mi dura rudimenta noo terreaot:qui ſpecimen conuerſationis ſuæ multo tempore dederiot:qui omniũ
fuerint minimi,vt primi omnium fierent:quos nec eſuries aliquando,nec ſaturitas ſuperauit: quorũ ha-
bitus,ſermo,vultus,inceſsus,doctrina virtutum eſt.Subinde aliud charitatis officium adiecit.Conſolan-
tes[Vos iouicẽ,]dicens,alternatim vos commonefacite,& inſtruite, [Et tanto magis quãto videritis ap
propinquantem diẽ] exitus alicuius veſtrum,ob Chriſti fidẽ capite plectendi,nequis videlicet culpa ve-
ſtra tormentis,& cruciatibus deficiat.Hinc 1 Iohan.3,In hoc cognouimus charitatem dei,quooiam ille
pro nobis animam ſuam poſuit,& nos debemus pro fratribus animas ponere.vbi ſalutis animarum diſ- H
pendium immineret,oiſi oos morti obiiceremus:vt egere Apoſtoli, qui vitæ propriæ non pepercerunt,
qoo ſalutem nanciſceremur.quod de Paulo maniſeſtius eſt,1 Corinth.15 dicẽte, Quotidie morior pro-
pter gloriam veſtram,fratres,quam habeo in Chriſto Ieſu domino noſtro.

Voluntarie enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis iã nõ relinquitur pro peccatis hoſtia. ❡Vbi ſpe pręmiorum nos ad honeſta quæque ſtudia pro-
uocauit,deinceps inſert quæ timorem ac formidinem poſsuot iocutere : prophetas ſequutus,qui bonis
propoſitis & mala prænunciant. [Voluntarie enim,ait,& ſponte,nobis peccaotibus]& in flagitiis per-
petratis permanentibus,quos nil vnquam pœnitet commiſsorum, [Iam non relinquitur pro peccatis
hoſtia] id eſt Chriſtus qui eſt ſacrificium & oblatio pro peccatis,iam nec in præſenti, nec futuro iudi-
cio quicquam illis proderit,etiam poſt notitiam veritatis,ſeu quaoquam fidem ob baptiſmi gratiã ſuſce
perint:qua teſte glo.habita,quidam ſecuri ſunt,quaſi nũquam perituri,ſicut Iouinianus & ſui ſequaces.

A Qui vt ait Hieronymus lib.2 aduersus eundem, dicebat baptismi aqua vere delibutos tẽtationibus, aut peccatis nusquam succumbere. Super quo plura scripsi cap.3, locum illum interpretatus, Participes enim Christi effecti sumus, si tamen initium substantiæ eius vsq; ad finem firmum retineamus. Quę expositio glo. est hoc loco: & Hieronymi, qui Threno.3 ait, Dices hoc etiam nobis sumendũ est, ne & ipsi si contempserimus mandata domini, & inobedientes euangelio duram gehennæ sentiamus vindictam, qui corrigi noluimus de peccatis ad iustitiam. Dicit enim Apostolus, Voluntarie enim nobis peccãtibus &c. Ait tamen Chrysost. homil.20 in hanc epistolam, & Theophylactus locum hunc explicantes, vt de baptismate intelligatur. Non pœnitentiã excludit, ait Chrysost. neque propitiationem, quæ fit per pœnitentiam repellit, & deiicit per desperationẽ delinquẽtẽ. Non enim ita est inimicus salutis nostræ, qui omnes vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, 1 ad Timot.2. Sed quid ergo? secundum excludit lauacrũ. Nõ enim dicit, non est vltra pœnitentia, non est vltra remissio: sed inquit, vltra non est crux, & mors Christi, qui secundo non moritur. Christus enim resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Et ideo nec baptisma morte illius configuratum, rursus pro peccatis delẽdis iteratur. Hinc Theophylactus, Baptismus enim hic noster mortis Christi pręfert imaginem. nam quemadmodũ vnus est Christus, ita & vnum est baptisma. Quid igitur imprudenter adeo laberis, si nil speras per baptismum vel vllo labore abolere te posse peccata? Sunt itaq; & vobis, ait, recta opera comparãda. Cui interpretationi suffragatur illud sup. cap.6, Impossibile est eos qui semel illuminati sunt, gostauerũt

De bapti smo.

B etiam donum cæleste, & participes facti sunt spiritus sancti, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitẽtiã. vbi effuse super hoc scripsi, necnon in eorum errorem qui baptisma iterandum volunt. ¶ Vrget præterea hic locus contra eos qui libero arbitrio detrahentes, omnia fato quodam, & fortuitu, potiusquã cõsilio contingere impudenter asseuerant. Quorum error priscis etiam seculis ex prauis gentilium dogmatibus, si Origeni creditur caput exeruit. Qui procemio in libro peri archon ait, Est & illud definitum in ecclesiastica prædicatione, omnem animam esse rationabilem, liberi arbitrii, & voluntatis: esse quoq; ei certamẽ aduersus diabolum, & angelos eius: ex eo, ꝙ illi peccatis illum onerare contendant: nos vero si recte consulteque viuamus, ab huiusmodi nos exuere conemur. vnde & cõsequens est intelligere, nõ necessitati nos esse subiectos, vt omnimodo etiam si nolimus, vel mala, vel bona agere cogamur. Si enim nostri arbitrii sumus, instigare fortasse possunt aliquæ virtutes ad peccatum, & aliæ iuuare ad salutem, non tamen necessitate cogimur. quod fieri arbitrantur, qui stellarum cursum & motus, causam dicũt humanorum esse gestorum, & quæ in nostra sunt posita potestate. Hęc Origenes. Qui super hac eadem re lib.2 peri archon cap.9 scripsit, & super apostolum ad Rom. cap.8. Ambro. etiam lib.1 de vocatione gentium. Chrysost. hom.5 in epistolam ad Titum, & sermo.6, sexti tomi. Hieronymus in epist. ad Ctesiphontem aduersus Pelagianos, & in epistola ad Damasum, tomo 3, & in Isaiam cap.49, & in Zach. cã. 11, Damasc. lib.2, cap.12. Subticeo August. qui rei huius tres libros edidit. Sunt & quamplures scripturæ loci hoc ipsum attestantes. Est in primis id Genc. cap.4, Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis

De libero arbitrio.

C illius. Et Tobiæ 1 de ipso mat dictum est. Erat habens libertatem facere quęcunq; voluisset: non ergo inuitus & necessitate ad id agebatur. Et Ecclesiast.15, Deus in principio cõstituit hominem, & reliquit eũ in manu sui consilii, apposuit illi ignem & aquam, ad quod voluerit porriget manum, ante hominem bonum & malum, vita & mors, quod placuerit ei dabitur illi: 1 Corinth.10. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? id est, de eo quod libere mihi licet reprehendor propter alium qui aliqd inde suspicatur. Est & textus Pauli hoc loco, Voluntarie enim nobis peccantibus &c. Si voluntarie quomodo necessitate impellimur? Quod si necessitate quomodo voluntarie? Ad idem est id psal.53, Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine. Et ad Philemonem cap. vnico. Sine consilio tuo nihil volui facere: vti ne ex necessitate esset bonum tuum, sed voluntarium. Quòd si scripturæ testimonio cedamus. Aristot. lib.1, & vlt. perihermenias, nono quoque metaphysicę, argumentis naturali ratione conquisitis errorem hunc docte refellit. ¶ Sunt tamen nonnulli qui liberũ arbitrium modo dei gratia adsit, non inficiantur: qua tamen deperdita nihil prorsus illi condonant. Quibus August. epistola 106. contra Pelagium ad Bonifacium suffragari videtur. Aliquando, ait, quotidiano gratiæ dei auxilio nos muniri Pelagius confitetur, quanuis habeamus ad non peccandum forte ac firmum liberum arbitrium: quod vtiq; inualidum & infirmũ debuit confiteri, donec sanentur omnes languores animæ nostrę. Non enim pro infirmitate corporis precabatur qui dicebat, Miserere mei domine, quoniam infirmus sum: sana me domine, quoniam cõturbata sunt ossa mea. At inualidum dixit August. quò resipiscat à peccato,

D & sanctorum particeps efficiatur, nisi dei gratia nitatur: velut eiusdem August. sententia constat, qui lib. vnico de spiritu & anima cap.48 inquit, Libertati siquidem arbitrii sui commissus est homo. postquam vero deceptione serpentis per Euam cecidit, naturæ bonum perdidit, pariter & vigorem arbitrii, non tamen electionem, ne non esset suum quod emendaret peccatum. manet itaq; ad quærendum salutem arbitrii libertas, sed admonente prius deo, & inspirante ad salutem. Vt ergo acquiescamus salutari inspirationi, nostræ potestatis est: vt adipiscamur quod adipisci desideramus, diuini est muneris & gratiæ. Ad idem est Ambro. lib.1. de vocatione gentium cap.3, Nõ ergo, ait, viribus suis fidat homo, quæ etiam cum essent integræ non steterunt: sed per illum quęrat victoriam, qui solus nõ est victus, & omnibus vicit. & si quærit, non dubitet quærendi affectum à se accepisse quem quęrit, nec quia spiritu dei agitur, ideo se putet liberum arbitrium non habere, quod nec tunc quidem perdidit quando diabolo voluntate se dedit: à quo iudicium voluntatis deprauatum est, non ablatum. Hæc Ambro. Cuius sentẽtia Pauli testimonio hic comprobatur: cum voluntarie & vltro homo peccatis subiaceat, & in illis, velut sues in luto, volutetur. ¶ Cur vero infirmum post peccatũ liberũ arbitriũ dixerit, explicat idẽ Aug. epist. ad Italicã quæ septima est, dicens, Post peccatũ in inferioribus corporibus ordinata anima regit corpus suũ, non omni-

mode pro ſuo arbitrio: quia caro concupiſcit aduerſus ſpiritum,& ſpiritus aduerſus carnem.nec omnia E
carnalis infirmitatis incommoda quis facile enarrare poteſt.Sicque accipiẽdum eſt quod idem Auguſt.
lib.vnico ſuper epiſtolam ad Rom.cap.18 ait,Liberum ergo arbitrium perfecte fuit in primo homine,
in nobis autem ante gratiam non eſt liberum arbitrium,vt non peccemus,ſed tamẽ vt peccare uolimus.
intellige nõ peccemus,id eſt ne peccatores ſimus,quod vtiq; ſolius gratiæ munere nobis cõfertur,veluti
ſequenti litera docet:gratia vero efficit,vt non tantum velimus recte facere, ſed etiam poſſimus: non vi-
ribus noſtris,ſed liberatoris Chriſti auxilio.Non tamen clam me eſt,Pelagium euſq; liberum arbitriũ
efferre,vt dei gratiæ parum ęquus ſit.Contra quem Auguſt.epiſt.109 ad Sixtum preſbyterum,& libris
ſex Hyponoſticon,& Hieronymus dicta epiſtola ad Creſiphontem ſcripſit,inquiens, Iſtiuſmodi homi-
nes Pelagiani videlicet,tollunt orationem,& per liberum arbitrium non homines propriæ voluntatis,
ſed dei potentiæ factos ſe eſſe iactant:qui nullius ope indigent.quibus tamen ſcripturæ aperte pugnant.
vt eſt illud 1 Corinth.15,Plus omnibus his laboraui,non ego ſed gratia dei mecum.Et 2 Corinth.1,ſed
& ipſi in nobiſipſis reſponſum mortis accepimus,ne ſimus fidentes in nobis,ſed in deo viuo,qui de tan
tis periculis nos eripuit in quem ſperamus, quoniam & adhuc eripiet adiuuãtibus vobis in oratione pro
nobis.Et Ephe.4,Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius,vt miſericordiam inueniamus in
auxilio opportuno.Et Iohan.15,Sine me nihil poteſtis facere.Hinc dei gratiam nobis neceſſariam con
iicimus,ꝙ conſtantiam nobis,& fortitudinẽ largitur tentationibus obſiſtendi:ne his tanquam procellis
& fluctibus inuoluti præcipites deferamur:& virtutem ſine qua dei imperiis exequendis incaſſum deſu-
daremus,vt patet in Concilio Mileuitano, actione 5.Item placuit vt quicunq; dixerit,ideo nobis gratiã F
iuſtificationis dari,vt quod facere per liberum iubemur arbitrium,facilius poſſimus implere per gratiã:
quanquam etſi gratia non daretur,non quidem facile,ſed tamen poſſimus etiam ſine illa implere diui-
na mandata,anathema ſit.

Terribilis autem quædam expectatio iudicii,& ignis æmulatio,quæ con-
ſumptura eſt aduerſarios,irritam quis faciens legem Moyſi ſine vlla miſera-
tione duobus vel tribus teſtibus moritur:quãto magis putatis deteriora me-
reri ſupplicia qui filium dei conculcauerit,& ſanguinem teſtamẽti pollutum
duxerit in quo ſanctificatus eſt,& ſpiritui gratiæ cõtumeliam fecerit?Scimus
enim qui dicit,Mihi vindictam,& ego retribuã.& iterum,Quia iudicabit do
minus populũ ſuũ:horrendũ eſt incidere in manus dei viuentis. ¶Quid vero fu
turum ſit his qui reſilire à peccato,& ad deum per pœnitentiam redire neglexerint oſtẽdit.[Quia terri-
bilis quædã expectatio iudicii] id eſt,pertimeſcẽdum iudicium[ET ignis æmulatio]ſeu infeſtatio ex ę-
mulatione,& zelo diuinæ vindictę illis infligẽdæ illos expectãt, [Quæ cõſumptura eſt aduerſarios,] nõ
infideles tantum,ait Chryſoſt.ſed etiam fideles contraria virtuti agentes.Qui igne perpetuo affligẽtur G
vt patet Matth.25.Verũtamen cum Iob 20 ſcriptum ſit,Luet omnia quæcũq; ipſe fecit, nec tamen con
ſumetur impius:quomodo ignis æmulatio aduerſarios conſumptura eſt?Sane conſumptio cruciatum &
pœnæ acerbitatẽ non exterminationem indicat. In diebus quippe illis quærent homines mortem,& nõ
inuenient eã:& deſiderabũt mori,& mors fugiet ab illis,Apoc.9.Super qua re prolixiꝰ ſcripſit Aug.lib.
vnico de fide & operibus cap.16,& lib.de octo Dulcitii quæſtionibus,quæſt.1.Deinceps legis teſtimo-
nio arguit eos non iniuria his ſuppliciis à deo afficiendos,dicens, [Irritam quis faciens legem Moyſi,
ſub duobus aut tribus teſtibus] ſuper perpetrato crimine teſtificãtibus,quorum aſſertioni in iudiciis de-
cernendis deferendum eſt,vt patet Deuter.19,Is horũ teſtimonio conuictus,[Sine vlla miſeratione]ac
ſpe venię cõſequendæ[Moritur] in ore ſiquidẽ duorũ aut trium teſtium peribit,qui interficietur, Deut.
17.Quod aũt venię locus non eſſet cõſtat,Deut.19. ¶Sed forſan dices,quid hic Paulus ſanctiones hu-
De q̃ſtio- manas incuſat,quibus tamen ſupra cap.proximo abuſus eſt?Nempe ſi diuino iure nemo niſi duorũ aut
nibus & trium hominum teſtimonio conuictus, capite plectendus eſt,aut corporis pœnę ſubiiciendus:quid poſt
tormẽtis. veriſimilia tantum criminis argumenta hominem quæſtioni vel torturę obiici volunt,non abſque qui-
dem graui corporis incommodo,vt patet in .l.cum cognitionaliter,&.l.milites.§.oportet.C.de quęſt.&
l.1.§.ſecundo,&.l.maritus.ff.eodem tit.Verũ vt rem hanc paucis finiam,tametſi hoc inter nonnullos cõ
trouerſum fuerit:Dico,leges illas non modo diuino iuri nil repugnare:ſed & optimo conſilio introdu- H
ctas,quæ ſub Moyſe ſancitę ſunt,vt habetur Deut.16.vbi iuxta veritatem Hebraicã,teſte Lyrano ita ſcri
ptũ eſt,Iudices & exactores conſtitues.Exactores autem cenſebantur,qui flagris & verberibus tempera-
cis tamen veritatem exquirebant,iudicum quoque ſententias exequebantur.Quas denique reipub.vtili
tatis plurimum adferre aliquot argumẽtis docet Auguſt.lib.19 de ciuitate dei,cap.6. Cuius rei etiã me-
minit Hieronymus in epiſtola de muliere ſepties icta.Conſideremus inſuper eò quæſtionem introductã
eſſe,vt veritas compertior habeatur,& quæ iudicem latent in medium prodeant,quatenus in facinoro-
ſos tandem iuſte animaduertat.Hinc Auguſt.loco nunc inducto, Non enim hoc facit ſapiens iudex no
cendi voluntate,ſed neceſſitate neſciẽdi:& tamen quia cogit humana ſocietas,neceſſitate etiam iudicã-
di. ¶Nõ deniq; conniuentibus oculis prætereundum eſt quoſdam Pauli autoritate adductos cenſuiſſe
quoſcunque legis Moſaicæ tranſgreſſores capitalis peccati conſcios eſſe.Nõ enim,aiunt,quis capite pu
nitur,niſi grauiori culpæ obnoxius.Quibus cõſentirem,modo de his criminibus id velint,quæ ſola mor
te vindicabantur:cuiuſmodi ſunt illa quæ Exod.21 deſcribuntur.At ꝙ omnia in legem illam commiſ-
ſa ſupplicio æterno afficerentur,in mentem meam nondum venit.Iniquum quippe videtur,vt huic ſub-

A iaceat culpæ, qui id qnod Leuit. decimoseptimo habetur inconsulte præterisset, Anima quæ comede-
rit morticinium vel captum à bestia, tam de indigenis quàm de aduenis, lauabit vestimenta sua & se-
metipsum aqua, & contaminatus erit vsque ad vesperam. Quis tamen eum capitalis criminis deferret
cuius vestimenta torpedine aut ignorantia quadam abluta non fuissent? Quis rursus eiusdem sceleris
denotabit eum qui lege prohibente quippiam immundum improspecte contrectasset? Dicit itaque Pau
lus, Si legē transgresus[Sub duobus aut tribus testibus moritur: quanto magis deteriora mereri suppli-
cia eum putatis, qui filium dei conculcauerit?]& Christum contempserit? Quod idcirco dicit, quia
quemadmodum nullam habemus eorum quę pedibus suppresimus rationem: Sic & Christū nihili du-
cimus, cum ad peccandum prouehimur, vt inquit Chrysostomus. Hinc glo. Cōculcat Christum, qui li-
bere peccat, & absque timore, & pœnitentia.[Sanguinem quoque testamenti pollutum duxerit,]hoc
est, Christi sanguinem, quo nouum hoc testamentum confirmatum est, Matth. vigesimosexto, Hic calix
noui testamēti in meo sanguine: nihil amplius à cætero sanguine habere existimauerit.[In quo, tamē ho
mo, sanctificatus est,]& à peccato iustificatus, supra cap. 9, Sanguis Christi qui per spiritū sanctū semer-
ipsum obtulir immaculatum deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis.[Et spiritui gra
tiæ contumeliam fecerit?] spiritū sanctum per peccatum à corde expellendo, vt ait Hieronymus, hāc li-
teram interpretatus, Sophoniæ 3, proferens id Ephesio. quarto, Nolite contristare spiritum dei, in quo
signati estis, in die redemptionis. Quod vtique fit, vbi crimen aliquod contraximus. Ita similiter hunc

Spiritui cōtumeliam facere quid.

B locum explicat Augustinus, epistola vigesimatertia ad Bonifacium, illud Pauli edisserens, Spiritum no
lite extinguere, 1 ad Thessalonicenses quinto. Chrysostomus quoque. & Theophylactus, dicens, Qui
enim accepta beneficia non recte dispensat, benefactorem proculdubio afficit contumelia: dei te filium
ille fecit, tu vero vitiorum seruituti obnoxius es: venerat ille apud te mansurus, peccator vero eius lo-
co diabolum admisit: quod non mediocrem spiritus gratiæ iniuriam inferre est. Aut secundum glo.
de his intelligitur, qui peccatorum remissionem non spiritui sancti gratiæ, sed his legalibus obseruan-
tiis ascribunt. quos incessit Paulus, & obiurgat, ad Galatas 3, dicens, O insensati Galatæ, quis vos faci-
nauit veritati non obedire, ante quorum oculos Christus proscriptus est? condemnatus à pseudoaposto
lis videlicet, qui suæ legis obseruantia, Christi sanguine minime nos fore redemptos temere asseuera-
bant. non tamen impune id egerunt, à quibus dominus supplicia, & pœnas aliquando sumpturus est.
Ideo subintulit, [Scimus enim] quàm verax & potens sit, is qui dicit, Deutero. trigesimosecundo, [Mi
hi vindictā] iniuriarum in me irrogatarū facienda reseruatur,[Et ego retribuam,]suo quoque tempore
illarum vlciscar. Hinc sequitur quod eodem cap. habetur,[Iudicabit dominus populum suū] futuro iu-
dicio separando oues ab hœdis, Matth. vigesimoquinto. Cum tamen versio nostra habeat, Mea est vltio:
non est quod miremur, cum eadem sententia sit: cui potius adhæsit Paulus quàm verbis: vt iam ali-
quoties docuimus. ℂ Veruntamen Paulus parū sibi consentaneus videtur: qui Romanorum decimoter-
tio ait, Non enim sine causa gladium portat, dei enim minister est, vindex in iram illi qui male opera-

C tur. Quomodo ergo deo punienda reseruantur peccata? Sed forsan dices iudicem id dei imperio exe-
qui, quem idcirco Paulus dei ministrum appellat. Contra Sophoniæ primo habetur, Non consurget
duplex tribulatio, seu vt septuaginta interpretes habent, Non vindicabit bis in idipsum in tribulatione.
Ergo securi ne hinc egredientur, ii in quos à iudice animaduersum est, quod omnibus optandum foret,
quo futuri seculi pœnę acerbitatem deuitarēt. Huic obiectioni satisfacit Hieronymus, qui Sophonię pri
mo ait, Si illi punirentur, qui vita præsenti puniti sunt, scriptura mentiretur. Receperunt ergo qui in
diluuio perierant, & AEgyptii & Israelitæ in solitudine, mala sua in vita sua. Sic vbi quis, quem scele-
ris sui pœnitet, à iudice competenti pœna affectus est, cruciatum nullum futura vita experietur, an ve-
ro demeritas pœnas scelestus supplicio expositus sustulerit nec ne, soli deo innotescit. sicut paulo post
Hieronymus docet, Deus, ait, vt omnium rerum, ita & suppliciorum quoque scit mensuras, & non prę-
uenitur sententia iudicis: nec illi in peccatorem exercendæ dehinc pœnę aufertur potestas, & magnum
peccatum magnis diuturnisque eluitur cruciatibus. Ad idem Augustinus libro vnico de natura boni cō
tra Manichæos cap. nono, & trigesimoprimo. Postremo id quod perdite viuentibus formidinem infer-
re potest subiunxit.[Horrēdum est, & maiorem in modum pertimescendum, incidere in manus dei vi-
uentis,]& eius districtum subire iudicium, His enim, ait Paulus Romanorum 2, qui ex contentione
sunt, nec acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati: ira & indignatio, tribulatio, & angustia, in o-

D mnem animam hominis operantis malum. Hieremiæ quoque 10 dicitur, Non est similis tui domine,
magnus es tu, & magnum nomen tuum: quis non timebit te ô rex gentium? ab indignatione eius com-
mouebitur terra, & non sustinebunt gentes comminationem eius. Qui tamen præsenti vita ad miseri-
cordiam elargiendam propensissimus est, veluti Dauid exemplo appositissimo docemur, quod 2 Re-
gum vltimo habetur.

Rememoramini autem pristinos dies in quibus illuminati magnum cer-
tamen sustinuistis passionum, & in altero quidem opprobriis & tribulatio-
nibus spectaculum facti. In altero autem socii taliter conuersantium effecti.
Nam & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorū cū gaudio sus
cepistis: cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam, No-

**lite itaque amittere confidētiam vestram quæ magnam habet remuneratio- B
nem.** ¶Longanimitatis & tolerātiæ eos cōmonefacit,quo cōtētiores & alacriores eos efficiat:ꝓcla
ra ob Christi fidem initio conuersionis eorū ioita certamina ob oculos ponens. [Rememoramini pri-
stinos dies,]inquit,religiosę conuersionis vestræ:perinde ac diceret,Nolite alios imitari quoscunq; , sed
ipsi vosmetipsos imitemini,qui ab ipsius fidei susceptę primordiis decertastis.Ideo subinrulit[In quibus
diebus illuminati]per fidem in baptismate susceptam [Magnum certamen passionum sustinuistis] Qui
enim fidei sacramentis tunc initiabantur , atrociori bus oec ferendis ioiuriis ab incredulis afficiebao-
tur, 1 ad Thessalooicen. 2, Vos enim imitatores facti estis ecclesiarum quæ sunt in Iudæa,quoniam ea-
dem passi estis :& vos à cootribulibus vestris,sicut & ipsi à Iudæis. Actuum quoq; octauo dicitur,Quòd
facta est persecutio magna in ecclesia : vbi Stephanus morte naturæ concessit . Deinceps institutum
suum minutatim exequitur,sermonem proliziorem facturus , & laudes quàm plurimas ex eorum to-
lerantia & æquanimitate proferens. [In altero quidem,ait,seu altera certaminis parte opprobriis &
contumeliis atque tribulatiooibus spectaculum facti,] quod proculdubio constātiæ & excelsi eorum aoi
mi argumentum non mediocre profert . Res siquidem grauis est opprobrium.quod si io propatulo,&
omnium conspectu inseratur, teste Theophylacto , eo maior,& virilis requiritur ad tolerantiam ani-
mus.quod Paulus significat inquiens,[Spectaculum facti estis.In altero autem] certamine [Socii tali-
ter conuersantium effecti estis,]qui his persecutionibus oppressis condoluistis , quod verę dilectioois in
dicium est,& syncerae fidei.Hinc Paulus Romanorum 12,Gaudere cum gaudentibus,& flere cum flen- F
tibus,idipsum inuicem sentiētes.Et 1 Corinth.12,Et si quid patitur vnum membrum,compatiuntur o-
mnia mēbra.¶Sed quid Paulus,ipsos talia secū animo repetere hortatur,quæ antea cū virtute commu-
nia habuissent ? Cum Pharisæus ob id criminis arguatur,qui sicuti Lucæ 18 scribitur,aiebat , Domine
gratias ago tibi quòd non sum sicut cæteri bominum raptores, iniusti , adulteri : ieiuno bis in sabbato,
decimas do omnium quæ possideo.Dico noo indecorum esse,vt quis vitæ suæ optime institutæ remi-
niscatur , & eam palam proferat,modo id agat quatenus cæteri huiuscemodi studiis acciti , virtutibus
intendant:quemadmodum mox annotauimus,locum illum explicantes, Cōsideremus inoicem in pro-
uocationem charitatis. Vel etiam vt semetipsum inertia quadam torpentem, & animo pene conciden-
rem excitet,vt hic constat.Nonnunquam autem id agitur,quo dei misericordiam expeditius nanciscа-
mur,vt Isa.38 habetur,vbi Ezechias rex valetudinarius aiebat,Obsecro domine memenro quæso,qoo-
modo ambulauerim coram te in veritate, & corde perfecto , & quod bonum est in oculis tuis fecerim.
Vbi Hieronymus,felix conscientia quæ afflictionis tempore booorum operum recordatur . Qui vero
hoc egerit quo popularem aurem sibi conciliet,hominumq́ue laudem aucupetur,in vitio est. Cuiusmo-
di erat Pharisæus ille,vt euangelii contextus satis edocet,& apertius Augustinus explicat lib. qoinqua-
ginta bomiliarum,homil.2. Deinceps eorum syncerum affectum prosequendo adiecit. [Nam & vin-
ctis compassi estis] eorum inopiam,& penuriam subleuando,qui Christi causa carceribus & vinculis
detinebantur . quod & Romanorum 12 præcepit Paulus agendum,necessitatibus sanctorum commu- G
oicantes . Hæc autem vt Chrysostomo & Thenphylacto placet Paulus de seipso nb Christum in vin-
cula coniecto,sicut & aliis dixit.Ex quibus perspicuum est,epistolam hanc Romę scriptam fuisse,veluti
eiusdem argumento docuimus. Quòd autem huiuscemodi pressuras serena fronte tranquilloq́ue ani-
mo perferrent,ostendit quia rapinam & bonorum suorum direptionem,quæ eo aliis cessere in prædam
quod in fide suscepta stabiles permansissent,cum gaudio & animi hylaritate escepere: Apostolorū imi-
tatores,de quibus Actuum 5 dicitur,Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni ba-
biti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.Quid vero eos tanta animi magnitudine instructos effece-
rit,adiunxit.Cognoscebant enim se habere futura vita meliorem & manentem substantiam,vitam ęter
nam videlicet,his omnibus terrenis,& caducis bonis molto præstantiorem.Idcirco Paulus ad Philippē.
3 aiebat , Omnia arbitratus sum vt stercora, vt Christum lucri facerem. Quæ secum versari mire con-
fert, ne quis improbę cedat fortunæ,aut prospera obturbetur.Hinc 1 Corinth.4,Id enim quod in præ-
senti leue est,& momentaneum tribulationis oostræ , supramodum operatur in æternitate gloriæ pon-
dus,non contemplantibos nobis quæ videntur,sed quæ noo videotur.Ideoque subinde futuræ vitæ prę-
mium illis proponit dicens , Nolite amittere eoofidentiam vestram, spem videlicet,& expectationem:
quam hactenus deo fidentes præstitistis , quæ magnam habet remunerationem vitam æternam videli-
cet,qua opera nostra dei gratia conquisita donantur,Romanorum 2, His quidem qui secundum patieo H
tiam boni operis gloriam & honorem, & incorruptionem , quærentibus vitam æternam. ¶Hoc loco
qnispiam erroris conuincitur , qui beatitodinem operum nostrorum mercedem non esse improspe-
cte asseuerauit , cum nil operibus nostris quibuscunque etiam in gratia factis , vt ille perperam aiebar,
sit debitum.Cōtra quem est Paulus hoc loco,qui opera nostra vita æterna remunerari dixit . Ad idem
est quod Genesis decimoquinto scribitur , vbi dominus Abrahæ dixit , Ego protector tuus & merces
tua magna nimis . Et Matthæi quinto , Gaudete & exultate,quoniam merces vestra copiosa est in cæ-
lis.& decimo , Qui recipit prophetam in nomine prophetæ , mercedem prophetæ accipiet , & qui re-
cipit iustum io nomine iusti,mercedem iusti accipiet.Huc accedit quod Romanorum quarto habetur,
Ei autem qui operatur merces non imputatur , secundum gratiam , sed secundum debitum . Et primæ
Corinthiorum tertio,Vousquisque mercedem accipiet secundum proprium laborem.Ideo Hieronymus
linguæ latinæ peritissimus in epistola ad Lętam non iniuria dixit, Egredere paulisper decarcere , &
præsentis laboris ante oculos tuos tibi pinge mercedem . & in Matthæo cap.sexto, Non itaque virtus,

Operibus bonis mercedē vitā esse ęternam.

A ſed cauſa virtutis mercedem habet apud deum. Et in Hieremiam cap. 15, Non putes boni operis non eſ-
ſe mercedem.

Patientia enim vobis neceſſaria eſt, vt voluntatē dei facientes reportetis promiſsionem. ℂ Quid vero conferat ad perſeuerantiam aſſequendam ſubiunxit, [Patientia
vobis neceſſaria eſt] q.d. nulla re alia indigetis, nā cætera ita eſtis iam aſsecuti, vt addi nil queat: hac er
go ſolum vobis opus eſt quæ perfectum opus habet, Iacobi primo. Idcirco Chriſtus Luc. 21 dixit, In pa-
tientia veſtra poſsidebitis animas veſtras. Patientia itaque, ait, vobis neceſſaria eſt: vt volūtatem dei fa-
cientes eius mandata exequendo, [Reporteris promiſsionem] vitam æternam vobis repromiſſam 2 ad
Theſſ. 1, Gloriamur in eccleſiis dei pro patientia veſtra, & fide, in omnibus perſecutionibus veſtris, & tri
bulationibus quas ſuſtinetis in exemplum iuſti iudicii dei: vt digni habeamini in regno dei, pro quo &
hæc patimini. ℂ Veruntamen licet naſcentis eccleſiæ initio credentes in Chriſtum aduerſus fidei inimi-
cos, tolerantia, & longanimitate decertarent: vbi tamen reges & principes Chriſti ſacramentis addicti
ſunt, legum ſeueritate in eos vtimur: quanquam nōnulli idq; inconſulte aliter ſentiant. Ideo Auguſt. ſen-
tentiam illam, qua aliquando dixerat à fide auerſos capitali ſentētia minime feriendos, ſed manſuetudi-
ne, & clementia reducendos, retractauit Epiſtola ad Vincentium contra Donatiſtas 48, dicens, Nam
B mea ſententia primitus erat, neminem ad Chriſti vnitatem eſſe cogendum, verbo agendum eſſe, diſpu-
tatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos catholicos haberemus, quos apertius hæreticos no-
ueramus. Sed hæc opinio mea non contradicentium verbis, ſed demonſtrantium ſuperabatur exemplis,
Nam primo mihi opponebatur ciuitas mea, quæ cum tota eſſet in parte Donati, ad vnitatem catholicā
timore legum imperialium cōuerſa eſt. Qui eo loco multis ſcripturæ teſtimoniis hoc ipſum confirmat.
Idem quoque epiſtola 50 ad Bonifacium, ait, Quando autem pro veritate contra falſitatem reges con-
ſtituunt bonas leges, terrentur ſcientes, & corrigūtur intelligētes. Hinc eo loco Nabuchodonoſor cōmē-
datur, qui diuino correctus miraculo piam & laudabilem legem pro veritate conſtituit, Quicunque di-
ceret blaſphemiam in deum verum, cum domo ſua penitus interiret. Hanc igitur legem ſi qui contem-
pſerint, & id quod fuerat conſtitutum merito perpeſsi ſunt. Verum contra hoc, ait, obiiciunt hæretici cū
Donatiſtis, tales non legum timore, ſed clementia, vt dictum eſt reducendos, nuſquam enim (aiunt) hoc
ab apoſtolis à regibus terræ poſtulatum eſt. Quam obiectionem erudite confutans eo loco, inquit, Non
conſiderant iā aliud tempus tunc fuiſſe, & omnia ſuis temporibus agi. Quis enim tunc in Chriſtum cre-
diderat imperator, qui ei pro pietate contra impietatem leges ferendo ſeruiret? quando adhuc illud pro-
pheticum complebatur, Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania. Aſtiterunt reges, &
principes conuenerunt in vnum, aduerſus dominum & aduerſus Chriſtum eius, pſalm. 2. Nondum au-
tem agebatur quod paulo poſt eodem pſal. dicitur, Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis ter-
ram, Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Quomodo ergo reges domino ſeruiunt in
C timore, niſi ea quæ contra domini iuſſa fiunt, religioſa ſeueritate prohibēdo atque plectēdo? Aliter enim
ſeruit quia homo eſt: aliter etiam quia & rex eſt. quia homo eſt, ei ſeruit viuendo fideliter: ſeruit vt rex, le
ges iuſta præcipientes, & contraria prohibentes conuenienti rigore ſanciendo. ſicut ſeruiuit Ezechias tē
pla idolorum deſtruendo, 4 Reg. 18. Ioſias ſimiliter eodem libro cap. 22. Darius quoque idolum cōfrin
gendo, & Danielis & veritatis inimicos leonibus deuorandos exponendo, Danielis 14. & Nabuchodo-
noſor, Danielis 3, vt diximus. Cum itaque reges nondum domino ſeruirent temporibus apoſtolorū: tunc
non poterant impietates, legibus prohiberi, quin potius exerceri. Sic enim ordo temporum voluebatur,
vt & Iudæi Chriſti prædicatores & affligerent & occiderent, credentes ſeſe obſequium Chriſto pręſta-
re. Vbi vero illud adimpletū eſt, Adorabunt eū omnes reges terrę, omnes gentes ſeruient illi: Quis men-
te ſobrius regibus dicat, Nolite curare quis veſtrum tueatur eccleſiam domini veſtri, vel à quo oppugnę
tur, non ad nos pertineat. Hæc Auguſt. qui multo plura ſuper hac re ibidem ſcripſit. Quòd ſi ſcripturam
ſacram conſideremus, nunquid Paulus 1 ad Timot. 5 dixit? Peccātem coram omnibus argue, vt cęteri ti-
morem habeant. Et paulo poſt, Quorundam hominum peccata manifeſta ſunt pręcedētia ad iudicium:
quorundam autem & ſubſequuntur. Sed quid quæſo hæreſi ſceleſtius? aut peſtilentioſius? ſerpit & quidē
ſerpit quàm periculoſiſsime ſi Paulo credimus, 2 ad Timoth. 2 dicenti, Prophana autem & vaniloquia
deuita, multum enim proficiunt ad impietatem. & cap. ſequenti, Mali homines & ſeductores proficient
in peius, errantes & in errorem mittentes. Quod Ambroſius apertius explicat epiſtola 81 ad Syricium
D papam. Syricius quoque epiſtola ad Mediolanenſem eccleſiam, quæ alteri vicina eſt, locum illum enar-
rans, Multi venient ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces: ii ſcilicet qui ſub
velamento pii nominis gradientes domum orationis ingreſsi, ſermonem ſerpentinæ diſputationis effun
dunt: vt ſagittent in obſcuro rectos corde, atque catholicam veritatem vertendo ad ſuæ doctrinæ ratio-
nem diabolico more traducant, atque ouium ſimplicitatem defraudent. Præterea nonne Romanorum
13 ſcriptum eſt, Non enim ſine cauſa rex gladium portat. vindex eſt enim in iram, ei qui male operatur.
Sed quis huiuſcemodi hominibus pernicioſius agit? cum Paulus ad Philippenſes 3 dicat, Videte canes
videte malos operarios, videte conciſionem, conſtat ergo in eos vltore gladio animaduertendum eſſe.
Opponunt tamen nonnulli quod Matth. decimotertio habetur, vbi ſeruis ſciſcitantibus, Vis imus & col
ligimus zizania? Reſpondit dominus, Nō, ſed ſinite vtraque creſcere ad meſſem. vbi domini ſententia
hi tolerandi videntur, nec exterminio dandi. Hanc difficultatem euacuat Auguſtinus libro tertio con-
tra epiſtolam Parmeniani, cap. ſecundo, dicens, Si quis Chriſtianorum anathemate percuti dignus
habeatur, fiat hoc vbi periculum nullum ſchiſmatis eſt. Vbi vero periculum foret & violatæ pa-

cis ecclesię tunc supersedere satis docet dominus, cum inquit, Sinite vtraque crescere vsque ad messem, E
ne forte colligentes zizania, simul eradicetis & triticum. Adde quod in Concilio Constantien. sessione
15 Iohánes Hus erroris conuictus est, hanc assertionem temere asseuerans, Doctores dicentes, quòd ali-
quis iudicio seculari tradendus est, sequũtur in hoc Põtifices, & Scribas, & Pharisæos, qui Christum no
lentem eis obedire, dicentes, Non licet nobis interficere quenquam, ipsum seculari iudicio tradiderunt
Pilato deteriores.

Adhuc enim modicum aliquantulumque qui venturus est veniet, & non
tardabit. Iustus autem meus ex fide viuit. ¶Cur vero à nobis tenenda sit patientia do
cet, quia nec longa, nec vehemens est, aut hominem obruens: quod autoritate veteris testamenti partim
ex Aggęo cap. 2, partim ex Abacuc cap. 2 desumpta confirmat, dicens, [Adhuc enim modicũ aliquan-
tulumque] hoc est breui admodum tempore pressuras & afflictiones has animæquiores sustinete, quod
in Aggęo habetur: id vero quod sequitur in Abacuc, Sustinere itaque paulisper, ait, quia [QVI ventu-
rus est] meritis præmia redditurus [Veniet, & non tardabit] Breuem sui aduentus moram facturus: &
tunc reddet vnicuiq; iuxta opera sua. Oportet enim nos omnes comparere ante tribunal Christi, vt re-
cipiat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum, 2 Corinth. 5. Hic Paulus pro-
pheticum illud oraculum de secundò Christi aduentu intellexit, tametsi Hieronymus, & reliqui omnes,
locum illum de aduentu Christi in carnem, & primo accipi velint. Ex quibus perspectum est, eundẽ scri
pturæ locum sensus literales diuersos sortiri. velut supra cap. 1 admonuimus. ¶Sed forsan dicet quispiá, F
Cum à Christo nato 37 supra sesquimillenos fluxerunt anni, quomodo dicit Paulus adhuc modicum,
aliquantulũque, qui venturus est &c. Sane quòd si hæc nostra quæcunque tempora futuræ vitæ & æter-
næ composueris: eadem pene nihili fore percensebis. Hinc 2 Petri 3, Vnus dies apud dominum, sicut
mille anni: & mille anni sicut dies vnus. non tardabit enim dominus promissionem suam, sicut quidam
existimant, sed patienter agit propter vos. Vbi Pauli sententiæ consentit. Quid vero nos deo dignos, &
acceptos reddat, eiusdem prophetæ testimonio, certius efficit dicens, [Iustus autem meus ex fide viuit]
Quæ charitati connectitur, ad Galat. 5, In Christo Iesu neque circuncisio, neque prępuțium aliquid va-
let: sed fides quæ per charitatem operatur. Quæ autoritas etiam à Paulo inducitur Rom. 1, & ad Galat.
3. Quod autem de fide charitati coniuncta hæc intelligantur, Augustinus libro 1 contra duas epistolas
Pelagianorum cap. 3 perdocte ostendit. Qui lib. 3 contra dictas epistolas, cap. 5 eandem autoritatem cõ
tra Pelagianos, quibus nonnulli ætate nostra assentiri videntur, producit, temere asseuerantes, etiam dei
suscepta gratia nullũ prorsus à crimine liberum. Aiunt enim (inquit) omnes apostolos vel prophetas,
non plene sanctos fuisse, sed in comparatione peiorum minus malos: & hanc esse iustitiam cui deus te-
stimonium perhibet. Et quomodo dicit propheta, iustificatam Sodomam comparatione Iudęorũ, Eze-
chielis 16. Sic etiam nos criminosorum comparatiõe, dicamus aliquos sanctos exercuisse virtutem. Ab-
sit vt ista dicamus, sed aut intelligere nolunt, aut aduertere, aut calumniandi studio dissimulant se scire
quid dicimus. nostra enim fides, hoc est, catholica iustos ab iniustis non opere tantum, sed fidei lege dis G
cernit, quia iustus ex fide viuit. Hæc Augustinus. Super quo plura scripsi hoc cap. locum illum interpre
tatus, Vna enim oblatione consummauit in sempiternũ sanctificatos. ¶Præterea non prætermittẽdum
duxi id quod gls. hoc loco scripsit, caute accipiendum, inquiens, Nõ solum qui patitur, sed qui solam fi
dem habet, si non imminet passio, saluabitur. Ecce quantum valet fides, quæ sola saluat. Intellige sola
absque passionum tolerantia, & persecutionum certamine, vbi nullum proponitur: veluti autoritatis cõ
textus satis edocet.

Quod si subtraxerit se non placebit animæ meæ. Nos autem non sumus
subtractionis filii in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ.
¶Postremo quid hominẽ à salutis consecutione præpediat describit [Quia si quis subtraxerit se] à fide
tentationibus oppressus, vt Theophylactus & glo. sentiunt id plane animæ meæ nil erit gratum. Cuius
autem? dei vtique, secundum scripturæ consuetudinẽ, vt id Isa. 1, Solennitates vestras odiuit anima mea.
Vel ille se subtraxit, qui subdubius in fide redditur, hęsitatque, quemadmodum Hieronymus hanc literã
interpretatur. Abacuc 2, Si autem, ait, dubitauerit fides tua, & putaueris non venire quod spondeo: habe
bis pro grandi pœna, quod animæ meæ displicebis. Iustus autem qui credit verbis meis, & de his nõ am
bigit quæ polliceor, habebit præmium vitam æternam. Quod intelligerem de dubio vehementi & per-
tinaci. leue enim dubium fidem non excludit, vt patet Matth. 14, Vbi dominus Petrũ ancipitem obiur- H
gans dixit, Modicę fidei quare dubitasti? Fidem ego licet modicam adhuc Petrus præferebat. Deinceps
quia terrorem his incussisset qui se subtraxissent, nunc eos solatur, lęta tristibus permiscẽs, [Nos autem
ait, non sumus subtractionis filii in perditionem] seu non sumus reproborũ societati annumerati, vt fu-
giendum nobis sit, vel per ignauiam & secordiam vita degenda [Sed, sumus filii, fidei in acquisitionẽ ani
mæ] & ex his ipsi constamus qui fide sunt stabiliti vt animas comparemus, tuemurque, & saluas red-
damus. Quibus aduersari videtur id quod Ecclesiast. 9 dicitur, Omnia seruantur in futurum incerta, &
1 Corinth. 4, Nolite itaque ante tempus iudicare, quoadusq; veniat dominus, qui & illuminabit abscõ-
dita tenebrarum, & manifesta faciet consilia cordium: & tunc erit laus vnicuique a deo. Quomodo er-
go eos huius vitæ procellis, & fluctibus quàm periculosissime diuexatos securos efficit, & suæ salutis cer
tiores? Existimo sane vel quòd iustitiam præsentem Paulus contueretur, secundum quam hi acquisitio-
nis filii appellabantur, qui Christi fidem religiose susceperát, quẽadmodum 1 ad Thess. 5 dixit, Oẽs vos
filii lucis estis, & filii dei, ob fidẽ susceptam videlicet. Non enim sumus mortis neq; tenebrarũ: igitur nõ

A dormiamus ficut cæteri, fed vigilemus. Vel hoc dei reuelatione didicerat, cui longe fecretiora innotue-
rant, vt 2 ad Corinth. 2 constar.

EXPOSITIO CAP. XI.

ST autem fides fperandarum fubftantia rerum, argumentum
non apparentium. ¶ Quia proximo cap. dixit iuftū ex fide viuere, fidē ipfam De fide
E diffinit inquiens. [Fides eft fperandarū fubftantia rerum] quia fecundum Ambro. lo & fpe.
cum hunc enarrantem lib. 2 de pœnitentia cap. 3, Ipfa eft fpei noftræ patrimoniū, fiue
quod, vt placet Hieronymo ad Galat. 5, in fide eft, quod fperatur. Siquidē id quod fpe-
ratur venturum efse, ait, & nedum eft, in præfenti fide pofsidemus: fperantes nos tenere quod credimus.
nullus enim fperat quod fibi futurum non credit. Cui interpretationi confentit Theophylactus, dicens,
Ideo rerum fperandarum fidem fubftantiam efse, quia eft eorum quæ nondū fubfiftunt, qualis eft refur-
rectio quæ nondum fuit, fed fides facit vt futura credatur: & hanc nobis tanquam præ oculis ponit. Vel
idcirco fubftantia dicitur, ꝙ fpei cęterisq; virtutibus fubftat, illisque prærequiritur. Accedētem enim ad
deum credere oportet, quia eft: velut infra dicitur, & pfal. 115, Credidi propter quod loquutus fum. Quā
autoritatem ed inducit Paulus, 1 Corinth. 4, vt hoc nobis perfuafum fit. Habentes, ait, eundem fpiritum
fidei, ficut fcriptum eft, Credidi propter quod loquutus fum: & credimus, propter quod & loquimur, fiue
confitemur, vitæ huius incommoda nil pertimefcentes. Ideo fequitur, Propter quod nō deficimus. fed li-
B cet is qui foris homo nofter corrumpatur, tamen is qui intus eft, renouatur de die in diem. Cui interpre
tationi fuffragatur Ambro. officiorū lib. 1, cap. 29, Fundamentum, ait, iuftitiæ fides eft. Iuftorū enim cor
da meditantur fidem: & qui fe iuftus accufat, iuftitiam fupra fidem collocat. Nam tunc iuftitia eius appa
ret fi vera fateatur. Ad idē Auguft. ferm. 38 inquit. Conftat ergo neminem ad veram peruenire pofse fi-
dem, nifi deo placeat: & deo neminem pofse placere, nifi per fidem. Fides nāque eft omnium bonorum
fundamētum, fides eft humanæ falutis initium. His tamē officere videtur, quia multa fide tenemus, qui-
bus nihil cum fpe commune eft: verbum videlicet incarnatum, Chriftum pafsum, & refurrexifse, & ple-
raque id genus fide recepta funt, quæ tamen non fperamus: Cum fpes rei futuræ fit, non præteritæ. Quo-
modo ergo eam dicit, Rerum fperandarum fubftantiā, iuxta fenfum nunc inductum? Dico poft Auguft.
libro vnico Enchirid. cap. 8, Quod Paulus idcirco fidem fubftantiam rerum fperādarum dixit, quia fpei
fides prærequiritur. Nemo enim fperat, ait, id quod non credit. At contra multa fide tenemus, quæ non
eadem fperamus, velut eo loco fubiunxit. Quid autem fperari poteft, ait, quod non creditur? Porro etiam
aliquid quod non fperatur credi poteft. Quis nanq; fidelium pœnas non credit impiorum? nec fperat ta-
men. Et quifquis fibi eas imminere credit, ac fugaci animi motu exhorret, rectius timere dicitur q̄ fpera-
re. Et paulo poft, Eft itaque fides & malarum rerum & bonarum: quia & bona credūtur & mala, & hoc
fide bona non mala. Eft etiam fides & præteritarum rerum, & præfentium, & futurarū. Credimus enim
mortuum Chriftum, quod iam præterijt, credimus federe ad dexteram patris, quod nunc eft, credimus
C venturum ad iudicium, quod futurum eft. item fides eft rerum fuarum & alienarum. Fidem enim teneo,
me non fore æternum, fed in tempore cœpifse, animam meam immortalem: angelos quofdam periifse,
& alios faluatos. Spes autem non nifi bonarum rerum eft, nec nifi futurarum, & ad eum pertinentium,
qui earum fpem gerere perhibetur. Hæc Auguftinus. ¶ Hæc autē Auguftini fentētia, qua non incōcin-
ne inter fidem & fpem difcreuit, recentioribus quibufdam theologis reluctari videtur, quibus vnum al-
teri beatitudinem fperare pofse placuit: à quibus longe abeft Auguft. qui eo loco actum hunc quo alte-
ri beatitudinem exoptamus, charitatis nō fpei efse fcripfit. ¶ Eft etiam fides argumētum feu demōftra-
tio quædam, vel manifeftatio rerum non apparentium, & in confpectū noftrum non venientium, vt ait
Theophylactus, qua fecuriores & certiores earum efficimur. Fide enim ftamus, velut Rom. 11, & 2 Co
rinth. 1 dicitur. Quam fidei ftabilitatem, fixam, & firmam, nifi poft acceptum fpiritum fanctum Chrifti
apoftoli adepti funt, tefte Auguftino, tractatu 109 in Iohannem. In quibus Chrifto moriente fides de-
periit, vt idem Auguftinus teftatur. quod fidei firmitati non parum detraxit. Eft quippe fidei afsenfus
certus, firmus, & indubitatꝰ, fi Hieronymo creditur in dialogo orthodoxi & Luciferiani. Quod & ipfi
docuimus poft Paulum, textū illum fupra cap. vicino difserētes, Quòd fi fe fubtraxerit, nō placebit ani-
mæ meæ. Eft infuper rerum non apparentium fides, quarum vifio aut euidentia non habetur. Dei fiqui-
dem opera, vt teftis eft Bafilius lib. 4 contra Eunomium, fide non demonftratione, feu ratione euiden-
ti, fecundum Dauid qui dixit, & omnia opera eius in fide, deprehenduntur. Huc pertinet illud Auguft.
D lib. 6 confefsionum cap. 5 inquientis, Ex hoc tamen quoque iam præponens doctrinam catholicam, mo
deftius ibi minimeque fallaciter fentiebam iuberi, vt crederetur quod nō demonftrabatur, fiue efset qd,
fed cui forte non efset, fiue nec quid efset: quam illic temeraria pollicitatione fcientiæ credulitatem irri-
deri, & poftea tam multa fabulofifsima & abfurdifsima, quia demonftrari non poterant, credenda im-
perari. Deinde paulatim tu domine manu mitifsima & mifericordifsima pertractans, & cōponens cor
meum, confideranti quàm innumerabilia crederem, quæ non viderem, neque cum gererentur affuif-
fem, ficut tam multa in hiftoria gentium, tam multa de locis atque vrbibus quæ non videram: tam mul
ta amicis, tam multa medicis, tam multa hominibus, aliis atq; aliis: quæ nifi crederentur, omnino in hac
vita nihil ageremus. Poftremo quàm inconcufse fixum fide retinerem, de quibus parentibus ortus ef-
fem, quod fcire non pofsem, nifi audiendo credidifsem: perfuafifti mihi, non qui crederēt libris tuis, quos
tāta in omnibus fere gētibus autoritate fundafti, fed qui nō crederēt efse culpādos: nec audiēdos efse fiq
forte mihi dicerēt, vnde fcis illos libros vnius veri & veracifsimi dei fpū efse humano generi miniftra-
tos? Et paulo poft, Ideoq; cū efsemus infirmi, ad inueniēdū liquida ratiōe veritatē, & ob hoc nobis opus

esset autoritate sanctarum literarũ,iam credere cœperam nullo modo te fuisse daturum tam excellen- E
tem illi scripturæ per omnes iam terras autoritatẽ,nisi & per ipsam tibi credi,& per ipsam te quęri vo-
luisses.Hæc August.Huc accedit Hieronymus,qui Ephe.3 ait,Pariter annotandum est,ꝙ fidei nostrę sa-
cramentum nisi per scripturæ prophetic̨ oraculum & Christi aduentum reuelari non valet.Fides itaq;
nostra scripturæ testimonio,non argumentis euidentioribus nititur.Per fidem enim ambulamus & non
per speciem,2 Corinth.5,& 1 Cor.13.Videmus enim nunc per speculum in ænigmate,tunc aũt facie ad
faciem,futura videlicet vita.Qua fidei visio succedet,veluti eodem cap.habetur. Ex parte enim cogno-
scimus,ait,& ex parte prophetamus:cum enim venerit quod perfectum est,euacuabitur quod ex parte
est.¶At forsan dicet quispiã,Si res ita se habet,quomodo ergo Christus in morem hunc discipulos suos
alloeutus est?Amodo dico vobis priusquam fiat, quod videlicet ab vno vestrum tradẽdus sum,vt cũ fa-
ctum fuerit credatis,quia ego sum,Iohan.13.Nonne potius dicendum erat,& nunc dixi vobis priusquã
fiat vt credatis,quod cum factum fuerit videatis.Huic obiectioni respondens August.tract.79 in Iohã-
nem inquit,Illud vtiq; dicit,Cum factum fuerit,quod eum visuri erant post mortem viuentem,& ad pa
trem ascendentem,quo viso illud fuerãt credituri,quod ipse esset Christus filius dei viui,qui potuit hoc
fecisse cum prædixisset , & prædiceret antequam fieret . Creditur autem hoc non fide noua,sed aucta,
aut certa cum mortuus esset defecta,quia scilicet defecerat in eis: cum autem resurrexisset,refecta seu re-
staurata:neq; enim eum dei filium & ante non credebant:sed cum in illo factum esset quod ante prędi-
xit,fides illa q̃ tũc quando illis loquebatur parua fuit: & cũ moreretur pene iam nulla reuixit & creuit. F
Hæc August.Illud itaq; Iohannis non ad factum ipsum pertinet,sed ad Christi deitatem,quam fide am
pliori postmodum didicerunt. Huic similiter proximum est quod eo loco ait,textum illum interpreta-
tus,Quia vidisti me Thoma credidisti, Nõ hoc credidit quod vidit:sed aliud vidit,& aliud credidit.Vi-
dit enim hominem,& credidit dominum:cernebat quippe carnem viuentem,quam viderat morientem:
& credebat deum in carne ipsa latentem.

In hac enim testimonium consecuti sunt senes.fide intelligimus aptata esse
secula verbo dei,vt ex inuisibilibus visibilia fierent. ¶Vbi fidẽ descripsit miris prę-
coniis,diuersis quoq; scripturæ testimoniis eam efferre nititur.[In hac enim]siue propter hãc fidem
[Testimonium consecuti sunt senes]& prisci illi patres,qui legem & Moysen præcessere, & suæ virtutis
argumẽtum maximum prætulere,vt pro confesso sit,eos hac deo placuisse.Credidit enim deo Abrahã,
& reputatum est illi ad iustitiam,Gene.15.Sed quoniam fidei non desunt æmuli,atq; obtrectatores,qui-
bus cum virtus eius perspecta non sit,eam probro & contemptui habent:petulantissima lingua confo-
diunt,atq; lacerant,non esse rem omnino demonstrabilem,sed circũuentionem , aptissimãq; fallaciam
fidẽ impudenter asserentes.Eoq; nunc Paulus(vt aiunt Chrysost.& Theophylactus)vel maxima quęq;
per fidem ostendit effecta:quæ sola hominis cogitatione,aut sensu comprehendi non possunt: vt est mũ
di creatio ex nihilo.[Fide enim,ait,intelligimus aptata esse secula verbo dei] id est mũdum ipsum à deo
fuisse sapienter creatum,solo eius verbo,seu imperio.Ipse enim dixit,& facta sunt,ipse mandauit & crea G
ta sunt,psal.148.& Gene.1,Dixit deus,Fiat lux,& factum est ita.Vel,[Verbo]id est filio suo,vt ait Au-
gustinus lib.2,cap.2 contra aduersarios legis & prophetarum,& lib.11 confessionum cap.9, In princi-
pio,inquit,deus fecit cælum & terram in verbo suo,in filio suo,in virtute sua,in sapientia sua,in veritate
sua:miro modo dicens,& miro modo faciens.Cuius creatio fide dũtaxat pertingitur, super qua infide-
les diuersa inuicemq; pugnantia dogmata,teste August.lib. 18 de ciuita.cap.41 scripsere.Alii enim(in-
quit) asserunt vnum esse mundum,alii innumerabiles.ipsum autem vnum,alii ortum esse, alii vero ini-
tium non habere,alii interiturum,alii semper futurum,alii ipsum fortuitu & casibus agi: & hoc fidei de-
fectu, qua nos super rei veritate certiores effecti sumus.Cui assequendæ,aut scriptura,aut docentis au-
toritate opus est,vt testis est Paulus Rom.10,Quomodo ergo,ait,inuocabunt in quem non crediderũt?
aut quomodo credent ei quem non audierunt?Quomodo vero audient sine prædicante ? qui vel cordis
aurem exterius pulset,aut cordis interius?Hinc Origenes eo loco,Potest etiam & hoc intelligi, ꝙ nunc
& semper Christus tanquam verbum,& ratio vnicuique loquatur in corde,& de pietate doceat,de iusti
tia suadeat,de castitate,de pudicitia,de omnibus simul virtutibus protestetur:sicut ipse,ait,Iohannis 10,
Oues meæ vocem meam audient.Sic & in corde Pauli loquutus est,ita vt ille diceret, An experimẽtum
quæritis eius qui in me loquitur Christus?2 Corinth.13.Idẽtidem & prophetis, Nõ enim voluntate hu
mana aliquando allata est prophetia:sed spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti dei homines,2 Petri
1.Quibus vero prædicatoribus fidendum sit,subintulit dicens, Quomodo prædicabunt nisi mittantur à H
deo ipso.Qui vero à deo missi sint,demum explicat,Quàm speciosi sunt pedes euãgelizantium pacem,
euangelizantium bona.Vbi Origenes,Illi sunt decori & speciosi,qui ambulãt per viam vitæ,& recte in-
cedunt.Item scripturæ autoritas plurimum confert,quatenus quis fidei sacramentis initietur.Augustin⁹
quippe lib.6 confessionum,cap.5,earum testimonio post dialecticorum argutias,ad fidem se adductum
fatetur . qui lib.de ciuitate,11 cap.3 ait, Scriptura canonica eminentissimę autoritatis est:cui fidem ha-
bemus de his rebus quas ignorare non expedit,nec per nos ipsos nosse idonei sumus.Sed est ne scriptu-
ræ autoritas necessaria,vt fide aliquid teneatur,nilq; credendum sit quod non idem sit scripturis prodi-
tum?Sane nequaquam,vt perdocte ostendit August.epist.178 ad Pascentium Arrianum.Cum totius ec
clesiæ generali consuetudine obseruata,tametsi non scripta,receptissima sint:velut idem testatur episto-
la 119 ad Ianuarium,quod & plerisque scripturæ testimoniis supra cap.8 edocui. Dicit itaque fide cre-
dimus aptata esse secula[Vt ex inuisibilib⁹ visibilia fierẽt.]Vbi Chrysosto.& Theophylactus, vt ex his
quæ non constabant,quæ constant deus produceret:& mundum ipsum ex nihilo conderet,quod sola fi-

A de intelligimus.Philoſophi enim teſte Auguſtino,7 lib.de ciuitate dei,cap.28,non concesſiſſent aliquid
ex nihilo fieri potuiſſe. Aliter gloſ.interlinearis,textũ hũc interpretatur,vt ex inuiſibilibus,id eſt informi-
bus elementis formata prodirent.Cui alludit glo.Gene.1 dicens,Omnium creandorum materiam infor-
mem ſeu ſub forma imperfecta,opus ſex dierum præceſsiſſe.Cui interpretationi ſuffragatur textus eo lo
co,Terra nanque,ait,erat inanis & vacua,informis videlicet & imperfecta eorum comparatione,quæ de
ipſa procreanda erant.Vel ſane vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent,id eſt ex mundo intellectuali mũdus hic
viſibilis fieret.Vel ſecundũm dei cognitionem æternam,quæ & inuiſibilis,& incomprehenſibilis à nobis
eſt,mundus hic extempore fieret.Cui Interpretationi ſuffragatur Auguſt.lib.83 quæſtionũ,quæſt.46,di-
cens,Ideæ ſunt formæ æternæ,& incommutabiles in mente diuina,ſecundum quas creatura omnis ab æ-
terno vita fuit,ſeu vixit in deo,vt Iohan.1 dicitur,Quod factum eſt in ipſo vita erat.Et lib.3 ſuper Gene-
ſim,cap.12 hoc ipſum teſtificatur.Ex quibus conſtat Chriſtianos ſuper ideis multo diuerſa à Platone ſen
tire.Qui authore Auguſtino lib.7 de ciuitate,cap.28,Ideas à ſpectando nomen ſortiri dicit:quoniam qui
aliquid acturus eſt,ideam aſpicit,ad quam ſuam actionem aptet:vt pictori qui aliquid pingit de exem-
plari,hoc exemplar idea eſt:quæ (vt vult Plato)forma quædam eſt ſegregata ab omni materia , in cuius
morem cæteræ res producuntur.Nos autem Ideas omnium rerũ apud deum cognitiones eſſe dicimus:
quas ille ſpectans mundi fabricator,ſingula in lucem Pauli teſtimonio producit.

B **Fide plurimam hoſtiam Abel quàm Cain obtulit deo,per quam teſtimo
nium conſequutus eſt eſſe iuſtus,teſtimonium perhibente muneribus eius
deo,& per illam defunctus adhuc loquitur.** ¶Poſtquam dixit quod commune eſt,&
ad fidei commendationem conferebat,ſubinde eorum catalogum orditur,qui præter ſummam vitæ ſan-
ctimoniam,fide res præclaras geſſere,ne per deſidiam reciderent: proferens in primis id quod Gene.4
dicitur, [Fide plurimam hoſtiam] & honoratiorem [Abel quàm Cain deo obtulit,] vnde eſſet & præ-
mia recepturus.Quod autem Abel oblatio,fide deo acceptior fuerit,tametſi Gene.4 de ipſo dictum ſit,
Abel quoque obtulit de primogenitis gregis,& de adipibus eorũ,conſtat ex Ambro.qui lib.vnico de Na
bute Iezraelita,cap.16 ait,Fides eſt quæ dona conciliat:humilitas eſt quæ oblata commendat:ideo ſuper
Cain fratris munera,placuit munus Abel,quia fide vicit.Nam vnde pauperis hoſtia magis quàm diuitis
placet?quia pauper fide ditior eſt,ſobrietate locupletior:& cum pauper ſit,ex illis eſt,quibus dicitur,Tibi
offerẽt reges munera.nõ enim purpuratis offerentibus,ſed motus proprios regentibus dominus Ieſus de
lectatur , qui corporalis laſciuiæ mentis dominantur imperio.Ideirco Gene.4 habetur,Reſpexit deus ad
Abel & munera eius.quo docemur,deũ pietatis ſtudio,& fidei,non ſacrificiorũ ambitione,delectari.Qua
fide,iuſtitiæ teſtimonium conſequutus eſt Abel,deo eius munera acceptante.de quo Matth.23 ſcriptum
eſt,Vt veniat omnis ſanguis qui effuſus eſt ſuper terram,à ſanguine Abel iuſti,vſque ad ſanguinem Za-
chariæ prophetæ.Verũ non modo primus innocentiam,atque iuſtitiam cõſeruaſſe perhibetur,ſed & mor
C tem ob iuſtitiam pertuliſſe,vt ait Hieronymus,epiſtola ad virginem in exilium miſſam.Ad idem Chryſo
ſtomus homil.4,quinti Tomi dicens,Apud deum enim probatorum & illuſtrium,plures iniuſtam ſuſti-
nuere mortem:& primus Abel,non enim in fratrem peccans,nec Cain lædens,ſed quoniam deum hono
rabat,ideo iugulatus eſt.Abel itaque præ cæteris deo martyrio conſecratus eſt,ſacerdotis quoque munere
functus.In cuius commendationẽ Auguſtinus lib.1 de mirabilibus ſcripturæ ſacræ,cap.3 dixit,Tota enim
iuſtitia hæc eſt,virginitas,ſacerdotium,& martyrium,quæ triplex iuſtitia in Abel primo fuit:qui & mune
ra deo placita obtulit:proſapiam generis ſeu liberos in ſeculo non reliquit:& martyrii coronam ſanguinis
effuſione promeruit.Quòd vero ſacerdotio functus ſit,Pauli contextus docet,quia muneribus eius teſti-
monium deus perhibuit,& in acceptum retulit.Illius ſiquidem hoſtia igne diuinitus emiſſo abſumebatur,
teſte glo.interli.hoc loco.Quanquam enim ſcriptura præter hæc quæ Gene.4 habentur,Reſpexit deus
ad Abel &c.nihil huius rei meminerit,ita tamen ſentit Chryſoſtomus hoc loco inquiens,Etiam aliud te-
ſtimoniũ conſequutus eſt Abel,ꝙ eſſet iuſtus:dicitur enim ignis deſcendiſſe,& abſumpſiſſe hoſtias eius.
Ad idem Theophylactus,& Hieronymus,qui in quæſtionibus hebraicis hæc effuſius pertractans, inquit,
Vnde ſcire poterat Cain,ꝙ fratris eius munera ſuſcepiſſet deus,& ſua repudiaſſet?niſi illa interpretatio
vera eſſet,quam Theodotium poſuit,Et inflammauit dominus ſuper Abel,& ſuper ſacrificiũ eius: ſuper
Cain vero,& ſuper ſacrificiũ eius non inflammauit.¶Ne quis forte in hunc modũ occurrat,Quid Abel
ſacerdotii dignitate conſpicuum ſcripſimus?cum id muneris ante legem primogenitis duntaxat deman-
D datum fuiſſe,poſt Origenem & Hieronymum ſupra cap.7 admonuimus,cuiuſmodi Abel non extitit,vt
Gene.4 conſtat. Dico ob Cain mores deprauatos,ſacerdotalem dignitatem in Abel traductam : quem-
admodum ob filiorũ Hely commiſſa eandem dominus in aliam ſtirpem tranſtulit,velut ſupra cap.7 an-
notauimus.Vel ſane vterque hoc munere perfunctus eſt,quia id deo libitum extitit:ſicut Moyſes & Aa-
ron ſimul hãc ſuſcepere prouinciam,vt pſal.98 habetur,Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius.Eſt inſu-
per fide promeritus Abel,vt toto orbe gloria quàm maxime dignus haberetur:quia per illam defunctus
adhuc loquitur.vbi Chryſoſtomus,Interemit quidem eum frater eius:ſed non cum eo interemit eius glo
riam atque memoriam:cum ille mortuus deo fruatur,qui vita eſt.ad Coloſ.3,Mortui enim eſtis cũ Chri-
ſto:& vita veſtra abſcondita eſt cum deo.Et rurſum nonnullis interiectis,Quomodo adhuc loquitur?hoc
enim iudicium eſt ꝙ viuat:quod in ore omnium verſatur,ꝙ omnes eum admirantur , & beatificant.Qui
enim admonet alios vt iuſti ſint,loquitur.Nõ enim tantum proficit ſermo,quantum illius paſſio.Quã ex-
poſitionem ſequuntur Theophylactus,gloſ.interli.& ordinaria.Et idcirco ſatis mirari nequeo,quempiam
de bonis literis optime meritum,hanc gloſæ interpretationem , cui Chryſoſtomus & Theophylactus cõ-
ſentiunt,taxaſſe:qui textum hunc iuxta id Gene.4,Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra,inter-

pretădum vult,vt sensus sit,ꝙ fidei merito sanguis defuncti clamet ad deum,quo iniuriæ vlsciscatur.Prio E
rem tamen expositionem potius amplexarer,cum Apostolus id in vetæ fidei commendationem dixerit,

Sãcti quo modo vindictam postulent.

Veram autem fidem dico,cui charitas astipulatur,quæ omnia suffert,omnia credit,omnia sperat, omnia sustinet,1 Corint.13.Non ergo vindictam expostulat.Huc pertinet Augustinus,qui lib.quæstio.veteris & noui testamenti,quæst.68 inquiẽ,Cum vtique orandum pro inimicis dominus docuerit,quid est quòd in Apoc.contra hoc,animæ occisorum vlcisci se petunt,à deo postulantes vindictam?Sic enim,ait,animę occisorum clamant,vindicari se postulantes,sicut sanguis Abel clamat de terra.Sanguis enim effusus, quid aliud quàm iudicari se postulat?clamans non voce,sed ratione.nam & opus opificem laudare dicitur,per hoc quod videntem se oblectat.non enim tam impatientes sunt sancti, vt vrgeant iam fieri, quod sciunt tempore præfinito futurum,quod nec anticipari potest,nec differri.Sed hoc dicto ostendere volunt, vindicaturum deum sanguinem sanctorum suorum:ne quia tam patiens videtur, inultum pateretur impium bellum,quod contra sanctos geritur.

Fide Enoch translatus est ne videret mortem, & non inueniebatur, quia transtulit illum deus.ante translationem enim eius testimonium habuit,placuisse deo.

De translatione Enoch & Heliæ.

¶Aliud in fidei commendationem induxit exemplum dicens, [Fide Enoch translatus est,ne videret mortem,]quia fidei suæ merito deus aliò transtulit eũ,qui teste glo.interli.in paradisum terrestrẽ,vnde Adam eiectus fuerat,diuina ope nixus se contulit,ne aquis diluuii præfocaretur:qui vt reliqui F
omnes morte aliquando naturæ concessurus est.Statutum est enim omnibus hominibus semel mori, supra cap.9. [Et non inueniebatur] in altera parte mundi, [Quia transtulit illum deus] vt præmisimus. Chrysostomus tamen incertum esse dixit,quo deus eum traduxerit.Multi autem quærunt,ait,quò trãslatus sit Enoch,& quare translatus sit,& quare non fuerit mortuus,neque ipse,neque Helias,& adhuc viuunt,quomodo viuunt,& quali habitu:sed superuacaneum est ista requirere.Huiusmodi quippe quæstiones sunt,quæ lites magis præstant,quàm ædificationem dei,quæ est in fide,1 ad Timot.1.Et paulo post, Quia vero translatus est iste,& quia assumptus est ille,scripturæ dixerũt:vbi autem sunt,& quomodo,nõ tradiderunt.Nihil enim amplius quàm quæ necessaria sunt dicunt:quod superest autem,diuinæ prudentiæ relinquendum est.Idem quoque testatur homil.20 in Genesim.Ad idem est Hiero.Amos 9 dicens, Enoch & Helias rapti cum corporibus in cælis,dei reguntur arbitrio.His etiam accedit Augustinus,qui hæc præter fidem esse,lib.2 de peccato originali contra Pelagianos,cap.23 dixit, plerasque huic similes proferens quæstiones.Quis enim,inquit,non sentiat,in his,atque huiuscemodi variis,& innumerabilibus quæstionibus,siue ad obscurissima dei opera,siue ad scripturarũ abditissimas latebras pertinentibus:quas certo aliquo genere complecti,ac definire difficile est,& multa ignorari, salua Christiana fide,& alicubi errare sine aliquo hæretici dogmatis crimine.Cui tamen quæstioni aliqua ex parte,opinione tamẽ & incerto iudicio potius quàm fixo Augustinus satisfaciens,lib.1 de peccatorum meritis & remissione cõtrá Pelagianos,cap.3 adiecit,Quòd ipsi nec senectute marcuerũt,non tamẽ in illam spiritualem qualitatem G
corporum commutati sunt,qualis in resurrectione promittitur.nisi forte quia ipsi nec his cibis egent,qui sui cõsumptione reficiũt:sed ex quo translati sunt,ita viuũt,vt Helias hausta aqua,& paruo panis fragmẽto,quadraginta diebus & totidem noctibus,vt 4 Reg.2 dicitur.Quòd si his sustentaculis opus est,ita fortasse in paradiso pascuntur,sicut Adam ante peccatum.habebat enim,quantum existimo,& de lignorum fructibus refectionem,contra defectionem:& de ligno vitæ stabilitatẽ,contra vetustatem.Cur vero à deo transuectus sit,subiunxit, [Ante translationem enim testimonium habuit placuisse deo.] quia officiose & cum virtute hic degeret. Ambulauit enim cum deo,& non apparuit,quia tulit eum deus.Gen.5.& Eccle.44,Enoch enim placuit deo,& translatus est in paradisum,vt det gentibus sapientiam.Sed quid eum eo vsque deo gratũ effecit?Proculdubio,quod teste Hieronymo lib.1 aduersus Iouinianum,primus deum inuocauerit,& crediderit in saluatorem.Qui rursus ad Galat,3 ait,Enoch,ob præcipuam in deum spem, & inter cæteros eminentem,sperasse dicitur inuocare dominum deum,non quo Abel,& cæteri deinceps non sperauerint inuocare deum:sed quo ex ea parte vnusquisque appelletur,quam maxime habet.Hunc prӕterea prophetiæ dono à deo illustratũ,testatur Iudas in sua canonica,cap.vnico,Prophetauit,inquit,de his septimus ab Adam,Enoch,dicens,Ecce veniet dominus in sanctis millibus suis,facere iudicium contra omnes.Pleraque etiam alia scripsit,quæ tamen ne apud Iudæos,aut apud nos,in authoritate essent,nimia effecit antiquitas,vt placet Augustino lib.18 de ciuitate,cap.38,Ob quam videbantur suspecta,ait, H
neve proferrentur falsa pro veris:nam & proferuntur quædam,quæ sanctorum esse dicuntur ab eis, qui pro suo sensu passim quod volunt credunt.Sed ea scriptura canonica non recipit:non quòd eorum hominum qui deo placuerunt reprobetur authoritas,sed quòd ista non credantur esse ipsorum.Hinc Hieronymus ad Titum 1,librum Enoch,inter apocrypha censeri dixit.Hic insuper futuro iudicio venturus est,vt conuertat corda patrum,vt Malach.4 dicitur.& Eccle.42.Super quo Damascenus lib.4,cap.27,plura scripsit:necnon Augustinus tractatu de Antichristo.

Sine fide autem impossibile est placere deo quenquam:credere enim oportet accedentem ad deum,quia est, & inquirentibus se remunerator sit.

¶Nisi futuram bonorum & malorum remunerationem crediderimus, nos frustra niti ostendit: quia [Sine fide impossibile est quẽquam placere deo.] Ipsa quippe est qua ad deum accedimus,Rom.5,Iustificati ergo ex fide,pacem habeamus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum:per quem habemus accessum,per fidem in gratiã istam in qua stamus,& gloriamur in spe gloriæ filiorum dei.Et Ephe.3,In quo habemus fiduciam in confidentia per fidem eius.Ideo Augustinus hác literam interpretatus,in

A præfatione libri vnici de fide ad Petrum ait, Fides nanque est bonorum omnium fundamentum, fides est
humanæ salutis initium: sine hac nemo ad filiorum dei numerū peruenire potest: quia sine ipsa, nec in hoc
seculo quisquam iustificationis gratiā consequitur, nec in futuro vitam posside bit æternam. Quæ vero ab
omnibus fide tenēda sint subintulit, [Credere enim accedentē ad deum oportet, quia est,] Esse enim dei
proprium est, Exod. 3, Qui est misit me ad vos: cuius nutu cuncta subsistunt. In ipso enim viuimus, moue-
mur, & sumus, Act. 17. ¶ Ex quibus perspicuum est, deū esse, inter reliquos fidei articulos supputari. q̄q̄
quispiā hoc loco dicat, deum esse trinū & vnum, filiū consubstantialē genuisse, & reliqua id genus fidē cre
denda esse: deū tamē esse cū sit notū philosophis, ait, & ad hoc ratione naturali peruenerint, non cadit sub
fide. In quē hic locus aperte pugnat, qui fide tenenda explicans, primo loco hāc assertionē posuit, credere
oportet quia est. quod nec ratione naturali cuiquam aliquādo innotuit, nec philosophis persuasum extitit:
velut Chrysost. homil. 22 in hanc epistolā manifeste docet. Si autē, ait, quia est, fide non ratiocinationibus
opus habet: ita nec quid sit, ratiocinationibus comprehendi potest. Et paulo post, Qualis enim est ratioci-
natio, quæ poterit ad ista pertingere? quidam enim philosophi dicunt casu, & nō sponte omnia contigisse.
quem Theophylactus hic sequitur. Ad idem est Origenes lib. 7 contra Celsum Gramaticum, dicens, Cū
non nisi diuino instinctu, de deo haberi cognitio possit: par fuerit vt dei illa cognitio longe superior sit, q̄
vt ab humana possit natura cōprehendi. Quod autē de ipsius dei esse intellexerit, contextus ipsius liquido
demonstrat. Idcirco, ait, tam multi apud mortalium genus varia sentientium extant de deo errores: quo-
B modo de bonitate dei, benignitate, & gratia. Ad hæc August. lib. 2 de symbolo, ad Catechumenos, Ma-
gnum donū gratiæ est credere deum, & intelligere. Si deum credere, & intelligere, diuini muneris est, quo
modo sola ratione naturali ad id pertingere potenmus? Et lib. 2 de bono perseuerantię, cap. 19 post Gre-
gorium Nazianzenum, Credere deū, & quod credimus cōfiteri, dei donum est. ¶ Quòd si contendas ar-
gumentis & rationibus id suadere posse, hoc ingenue fateor: sed his quibus dei distincta notio obtigit, quæ
nobis credita non est: cū sit dei nomen à nobis ineffabile, vt ait Hiero. in epistola ad Marcellā, Tomo 3. &
Ezechielis 6, & 16. Super quo plura scripsit Origenes homil. 14, in libros Numerorū. Secundum quod fi
de tenendū est, ꝙ [Inquirentibus se remunerator sit,] id est, hos qui optimæ vitæ actionibus se deo conse-
crarunt, pro meritis hic cumulatis, saluos faciat in futuro. Quod idcirco teste Theophylacto dixit, vt ex
Iudæis fideles in fide stabiliat, qui mala ingesta pusillo animo ferebant, & spē præmii ad virtutes capessē-
das prouocet. Hinc à mūdo condito dicit dominus ad Cain, Nonne si bene egeris recipies, sin autē male,
peccatum tuum statim in foribus aderit? Gene. 4. Et Abrahæ Gen. 15, Ego protector tuus, & merces tua
magna nimis. Et Isaiæ 40, Ecce dominus veniet, & merces eius magna nimis. ¶ Sed quomodo Paulus in
vnius dei & remuneratoris fide, credendorum omnium summam deponit? qui supra cap. 9 dixit, Ideo no
ui testamenti mediator est, vt morte interueniente in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant
sub priori testamento, repromissionem accipiant qui vocati sunt ęternæ hęreditatis. Et Act. 4 scriptum
sit, Neque enim est aliud nomen à Iesu, sub cælo datum hominibus, in quo oporteat credentes saluos fie-
C ri. Sane qui credit in remuneratorem, consequens est, vt in redemptorem & mediatorem credat. Remu-
neratoris quippe est, quæ nos à præmio præpediunt consequendo auferre: cuiusmodi sunt iniquitates, de
quibus Isaiæ 59, Iniquitates vestrę diuiserunt inter vos & deum. quas ipse Christi merito è medio sustulit.
Rom. 8, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato dānauit peccatum in car-
ne Christi pro nobis oblata. Cuius merito, remunerationem & vitam æternam cōsequuti sumus. Rom. 5,
Vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia: vt sicut regnauit peccatū in mortem, ita & gra-
tia regnet per iustitiam in vitam æternam per Iesum Christum dominum nostrum. Fides itaque remune
ratoris virtualiter redemptoris fidem complectitur: & qui credit in remuneratorem, & redemptorē præ-
stolatur, si eo opus sit. Ideo Augustinus locum hunc interpretatus, lib. 4 contrà Iulianum Pelagianū, cap.
3 inquit, Isti ergo qui naturali lege iusti sunt, ant deo placent, & fide placent: quia sine fide impossibile est
placere deo. Ex qua fide placēt, nisi ex fide Christi? quoniam sicut legitur in Actibus apostolorum, In illo
deus definit omnium fidem, suscitans eum à mortuis. Hæc Augustinus.

Esse deū inter articulos fidei cōputari.

Fide Noe responso accepto de his quæ adhuc non videbantur metuens,
aptauit arcam in salutem domus suæ, per quam damnauit mūdum, & iusti-
tiæ quæ per fidem est, hæres est institutus. ¶ Postmodum sicut fidē plerisq; saluti esse,
D ita & incredulitatē dispendio, & ruinæ fuisse manifestat: quæ perfecta est consolatio, & exhortatio, teste
Chrysostomo homil. 23 in hanc epistolam, quando non solū qui crediderunt inueniuntur approbati esse:
sed etiam infideles cōtraria à deo passi, ob eorū demerita. Quæ quatenus compertiora sint, profert quod
Gen. 6, & 7 capitulis habetur, [Fide, ait, Noe responso accepto de his quæ adhuc non videbantur,] hoc
est, ob fidei meritum à deo super his quæ nondum contigerant, sed futura erant, certior effectus est: quæ
tāta in eo extitit, vt gratiam apud deum inuenisse Gen. 6 dicatur. Quod vtique non infimi meriti est. Nē-
pe vt inquit Hieronymus ad Titum 1, Noe vir iustus, & naufrago orbe solus seruatus: non dicitur plures
gratias, sed vnam gratiam inuenisse in conspectu dei. Perfectorum enim est vnam margaritam, vnū the-
saurum, vnam gratiam, omnibus margaritis, & totius substantiæ suæ emere commercio: nimirum marga-
ritam perfectam viæ charitatem intelligens: qua suos coæquos Noe longe præcelluit, vt testificatur glos. eo
loco. & Petrus Comestor in Genesim, sui libri cap. 32. & Chrysostomus homil. 22 in Genesim. Verissi-
mile est, ait, ꝙ præter morem omnium virtutem coleret, eum fuisse subsannatum, & irrisum, à malis ho-
minibus, qui consueuerant arguere eorum fugientes malitiam, & virtutem amplexantes, id quod & nunc
sæpe fieri solet, & videmus multos qui risum & subsannationem ferre nequeunt: sed præferunt humanam
gloriam, verę & immortali, abstracti & allecti ab hominum malitia. Animæ vero fortis & constantis est,

posse obluctari his qui eos auellere moliuntur, & nihil facere vt hominibus placeat: sed tota mente in deũ E
intendere. cuiusmodi Noe extitit. qui deo nihil diffisus, [Metuens aptauit arcam] futuri diluuii formidine
percitus. Parauit arcã & extruxit, tametsi in tranquillo omnia agerent, & cuncta luxui permitterentur, ni-
hilq; graue expectaretur, vt patet Matth. 24, Sicut enim erãt in diebus Noe ante diluuiũ comedẽtes & bi
bentes, nubentes & nuptui tradentes, vsque ad eum diem quo Noe intrauit in arcam: & non cognouerũt
donec venit diluuium, & tulit omnes. Quod dubio procul eius fidei non mediocre præfert argumentum:
eo tempore deo soli monenti credidisse, quo omnia voluptati blandiri videbantur. Arcam itaque constru
xit [In salutẽ domus suæ,] quia sibi & familiæ toti, & animabus cæteris saluti fuit. Cui imminente diluuio
dominus præcepit, Ingredere tu & omnis domus tua in arcam, Gene. 7. In qua octo animæ saluæ factæ
sunt, 1 Pet. 3. Ipse videlicet cum vxore, tribus filiis, & eorundem vxoribus. Vbi castitatem operi nuptiarum
prætulere, vt placet Petro Comestori sui libri cap. 33 in Genesim. & Hiero. lib. 1 aduersus Iouinianum. &
Zachariæ 12, Qui in arca, ait, pendente discrimine fuerunt separati, redditi mundo, generationi & liberis
deseruiunt. Deinceps vbi fidei meritum Noe vulitati cessisse edocuit, quid detrimenti aliorum increduli-
tas retulerit, describit. [Per fidem enim Noe damnauit mundum,] & coarguit homines supplicio dignos,
cum tandiu parari arcam spectarent, nil tamen diuinum iudicium pertimescerent. Quem locum Chryso-
stomus homil. 24 in Genesim edisserens inquit, Condẽnauit, non quòd iudex fieret, sed comparationis
gratia condemnationem dominus induxit. Huic simile est id Matth. 12, Viri Niniuitæ surgent in iudicio
cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce F
plusquam Ionas hic. Vbi Hieronymus, Non sententiæ potestate, sed cõparationis exẽplo. Non enim ho-
minis est hominẽ æternis afficere suppliciis, sed dei solius. Matth. 5, Eum timere, qui potest corpus & ani-
mam perdere in gehennam. Est & aliud emolumentum ob fidem Noe consecutus: [Quia per fidem hę-
res est institutus iustitiæ:] Iustus quippe ex fide viuit, vt supra cap. proximo dictum est. Iustior quoque à
deo comprobatus. Gen. 7, Te enim vidi iustum coram me in generatione hac.

Fide qui vocatur Abraham obediuit in locum exire quem accepturus erat in hæreditatem, & exiuit nesciens quo iret, fide demoratus est in terra repromissionis tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem: expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem cuius artifex & conditor deus. ❡Commendat subinde vete-
res illos patriarchas, qui postquam aquæ diluuii orbem vniuersum peruasere, fide spectabiles fuere: primo
loco Abraham proponens, qui ob fidem à deo accitus, [Obediuit in locum exire quem accepturus erat
in hæreditatem,] quasi dicat, Abraham iussus vt propriam patriam relinqueret, & alienã adiret, deo mo-
rem gessit, velut Gen. 12 habetur. cum tamen si Chrysostomo & Theophylacto creditur, patre gentili &
idololatra natus esset. A quo teste Hieronymo in quæstionibus hebraicis, coram Nemroth criminis in-
cusatus quòd ignem in morem Chaldæorum non coleret, & in ipsum coniectus, dei gratia illæsus eua- G
sit. Postmodũ vero natale solũ linquens, [Exiuit nesciens quo iret:] quia regio ad quã vocabatur illi pla-
ne incognita erat. ❡Hoc tamẽ loco plurimũ vrgere videtur id quod Gen. 11 scribitur, Tulit itaq; Thare
Abraham filium suum, & Loth filium Aram filii sui, & eduxit eos de Hur Chaldæorum: vt irẽt in terram
Chanaam. veneruntque vsque ad Aram, & habitauerunt ibi. Quomodo ergo deo iubẽte id egisse Abra-
ham dicitur, qui parenti idololatræ obsequebatur? Huic difficultati occurrens August. lib. 16 de ciuitate,
cap. 15 ait, Intelligendum est igitur, locutum deum fuisse cum Abraham cũ esset in Mesopotamia, prius-
quam habitaret in Charra: sed eum in Charram peruenisse cum patre, retento apud se precepto dei, &
inde exisse, septuagesimo & quinto sui ipsius anno, patris autem 145, collocationẽ vero eius in terra Cha
naam non profectionem de Charra post mortem patris eius factam esse dixit: quia iam mortuus erat pa
ter eius, quando emit terram, cuius ibi tanquam suæ rei cœpit esse possessor. Quòd autem iam in Meso-
potamia constituto, hoc est iam egresso de terra Chaldæorum, dixit deus, Exi de terra tua, & de cogna-
tione tua, & de domo patris tui: non vt corpus inde eiiceret, quod iam fecerat: sed vt animam euelleret di-
citur. non enim exierat inde animo, sed spe redeundi & desiderio tenebatur: quæ spes & desiderium deo
iubente ac iuuante, & illo obediente fuerat amputanda. Ad idem est glo. ordin. Gen. 12. Fide insuper qua
deo Abraham perfecte adhesit, demoratus est in terra repromissionis tanquam in aliena & ignota, fixam
aut stabilem mansionem non habens: nõ enim dedit illi dominus possessionem in ea, nec passum quidem
pedis, Act. 7. & idcirco in casulis moratus eam incoluit. ac si diceret, Eousque hic fide processerat, & adeo H
terram hanc vt alienam inhabitauit, vt in ea nec domum haberet, sed in tabernaculis diuersaretur in morẽ
alienigenarum, cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis: quibus videlicet terra illa repromissa e-
rat, quemadmodum & ipsi Abrahæ, vt patet Gen. 26. ❡An vero simul cũ patre terram illam velut pere-
grini incoluerint, vel seorsum, dubium suboriri potest. Glosa autem interlinearis, huius sententiæ est, quòd
seorsum non simul. Veruntamen ex supputatione Lyrani, quæ sacris scripturis nititur, quam ante eũ scri-
psit August. lib. 18 de ciuitate, cap. 3, satis constat eos terram illam simul incoluisse: non tamen eo inficias
patre defuncto illam seorsum ab ipsis inhabitatam, Isaac videlicet & Iacob, vt Gen. 26 & 28 capitulis li-
quet. Quid vero causæ esset, q̃ etsi diuersaretur in terra aliena, non tamen hæsitans aut subdubius extite-
rit facturum deum quod promiserat. [Expectactabat, inquit, fundamenta habentem ciuitatem] cælestem
firmam & stabilem: [Cuius artifex & cõditor deus est.] Apoc. 21, Auctor autem huius ciuitatis deus est,
non humanæ artis sapientia. Et supra cap. 9, Non enim in manufacta sancta Iesus introiuit exẽplaria ve-
rorum, sed in ipsum cælum. ❡Hic locus Pauli studiose considerandus est contra quempiam, qui in deca-

A lugi explanatione inquit, Hos peregrinationum discursus facit & inuenit diabolus, aliquot incommoda subnectens, quæ tamen hominum malitia succreuere. Sed cui quæso optime consulto aliquando in mentem venit, deum aut præcepisse aut suasisse quod subdola spiritus maligni arte emersit? qui tamen Abrahæ peregre proficisci iniunxit, vt hic patet. & Gene. 12, vbi dominus Abrahæ dixit, Egredere de terra tua, & cognatione, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero tibi. Genesis quoque 15, Longinquam illam peregrinationē quæ suæ posteritati demandanda erat, illi prædicens, ait, Scito prænoscens quia peregrinum futurum est semen tuum in terra non sua. Præterea nunquid dei præcepto Iudæi tenebātur obnoxū, locum deo consecratū ter vnoquoque anno adire, debitam illi seruitutem impensuri, velut Exodi 34 habetur. Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis domini dei Israel. Idem quoque habetur 2 Paralip. 8, Quid item in 40 illis & duabus mansionibus perscribendis Moyses eousque laboris insumpsit, vt earū descriptio secundo iam loco diuinis legibus exarata esset, quibus filii Israel peregrinatione suscepta, multo tempore desertum incoluissent: nisi quippiam lucri ex huiuscemodi peregrinatione retulissent: & hæc eorum diutina peregrinatio deo accepta fuisset? Præterea Luc. 2 de beata virgine & Ioseph sancto dicitur, Ibant parentes eius per omnes annos in Hierusalem in die solenni paschæ. Quòd si studio deum venerandi illuc proficiscebantur, cur certa & à nobis delecta loca cultui diuino dedicata visere nō licebit, quibus deum, tametsi locis omnibus honorandū, speciali affectu colamus? Legimus etiā quòd dum Eunuchus Candacis reginę vir AEthiops, huius rei gra-

B tia Hierosolymam perrexisset: Christi sacramentorū particeps effici promeruit, Act. 8. Et ecce vir AEthiops, Eunuchus, potens, venerat adorare in Hierusalem, & reuertebatur sedens super currum, legensq; Isaiam prophetam: aperiens autem Philippus os suum, & incipiens à scriptura illa, euangelizauit illi Iesum, & baptizauit eum. Item Paulus Rom. 8 ait, Ergo fratres debitores sumus, non carni, vt secundū carnem viuamus: si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis: quicunque enim spiritu dei aguntur, ii sunt filii dei. Et ad Galat. 5, Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Quod vtique prolixioris viæ labore insumpto vsu venire solet: quo vel maxime corpus spiritus imperio regitur. Huc accedit quòd Christus pluries Hierosolymam petiit, & in templum concessit quo deo patri deferret, vt Iohan. 2, 10, & 12 capitulis habetur. Non iniuria igitur Hieronymus eos laudibus effert, qui peregrinatione suscepta Hierosolymā adiissent, in epistola Paulæ & Eustochii, ad Marcellam inquiens, Longe est nunc ab ascensu domini vsque ad præsentem diem per singulas ætates currere, qui episcoporum, qui martyrum, qui eloquentium in doctrina ecclesiastica virorum venerint Hierosolymam: putantes minus se religionis habere, minus habere scientiæ, nec summam vt dicitur accepisse virtutem, nisi in illis Christum adorassent locis, de quibus primum euangelium de patibulo corruscauerat. Adde Augustinum epistola 137, & sermone 62, plura super hac re erudite pertractantem.

C **Fide & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptione seminis accepit etiam præter tempus ætatis, quoniam fidelem credidit esse eum qui repromiserat propter quod & ab vno orti sunt, & hoc emortuo tanquam sydera cæli in multitudinem, & sicut arena quæ est ad oram maris innumerabilis.**

¶ Aliud profert exemplum in fidei commendationem, ex infirmiori & muliebri sexu desumptum. [Fide, ait, & ipsa Sara] Abrahæ vxor, [Sterilis] vt Gen. 11 constat, [Virtutem in conceptione seminis accepit,] id est, fœcunditatem à deo consecuta est, & viro apta reddita. [Etiam præter tempus ætatis] naturæ legibus præscriptum: desierant enim Saræ fieri muliebria, Gene. 18. Hæc igitur sterilitas duplici ex causa obtigerat, tum senectute, tum naturę impotentia. At [Quoniā fidelem credidit esse eum qui repromiserat] deum veridicum, & non mendacem super futuræ prolis repromissione: præter omnium spem & expectationem fœcunditatē consecuta est. ¶ Sed quid eam fidelem scribit Paulus, quæ dei dictis arrisisse dicitur, nec eius promissis fidisse? vt Gen. 18 habetur, Risit Sara occulte, dicens, Postquam consenui, & dominus meus vetulus est, voluptati operā dabo? Quæ idcirco à deo repręhensa est, vt cōtextus docet. Dixit autē dominus ad Abrahā, Quare risit Sara, dicens, Nō vere paritura sum anus? nūquid deo est quicquam difficile? His respondet Augustinus lib. 16 de ciuitate dei, cap. 31 dicens, Riserat pater quando promissus est filius, sed admirans in gaudio: id est, risus gaudii fuit & exultationis, non diffidentiæ, vt patet Rom. 3,

D Non infirmatus est fide Abraham, nec considerauit corpus suum emortuum, cum fere centum esset annorum, in repromissione etiam non hæsitauit diffidentia. Risit & mater dubitans in gaudio, quę plenę fidei non fuit: & idcirco postmodum ab angelo correpta, in fide confirmata est. Ad idem Petrus Comestor in Genesim, cap. 51. & Theophylactus hoc loco dicens, Arrisit quidem, sed demū conuicta extimuit, quod vtique præstitę fidei est argumentum. Liquet enim hanc credidisse, magnum aliquem hominem esse qui se alloqueretur: cui timore perterrita se subiiciens diffidentiæ crimen abstersit. Non solum autem Sara senio confecta erat, quinetiam Abraham, [Ob cuius fidem ab ipso orti sunt, & hoc emortuo] & alterum pedem in fouea habente filii [Tanquam sydera cæli in multitudinē, & sicut arena innumerabilis quæ est ad oram seu littus maris,] vt posteritatis eius vel difficillima sit supputatio, velut Gene. 13, 15, & 22 cap. habetur. Verū quomodo ait Theophylactus ex Sara innumerabiles emanasse, cum recēsiti sint sæpe & numerati: etiam eo tempore quo Abrahæ posteritas maiorem in modum excreuerat? vt Numer. 1, 26: & 2 Reg. 24 constat. Aut enim vt illorum ingentem multitudinem exprimeret, innumerabiles dixit, pro sacrarum literarum consuetudine, vt est id Deuter. 9, Possidebis ciuitates ingentes, & ad cælum vsque sublimes. vel quia semper alii atque alii nascerentur: nec eius posteritas deficeret. Prior tamen solutio, Pauli testimonio

Rom.4 nititur dicentis,Qui contra ſpem in ſpem credidit,vt fieret pater multarum gentium:ſecundum E
quod dictum eſt ei,Sic erit ſemen tuũ ſicut ſtellæ cæli. ❡Hoc loco rurſus alia ſuboritur difficultas,Quo-
modo Abrahæ corpus hic & Rom.4 emortuum dicitur,qui poſt natũ Iſaac & Saram vita functam,Ce-
thuram duxit vxorem,ex qua ſex liberos ſuſcepit,velut Gen.25 habetur?Cui occurrens Auguſtinus lib.1
quæſtio.ſuper Geneſim,cap.35.& lib.16 de ciuitate,cap.28 ait,Quod emortuum corpus Abrahę non ita
accipiendum eſt,ac ſi nullam vim generandi habere poſſet,ſi eius vxor iuuenilis eſſet ætatis:ſed ſecundũ
hoc emortuum dicitur,vt etiã de prouectioris ætatis muliere generare non poſſet.Sicque Saræ conſide-
ratione emortuũ erat:qui de Cethura adoleſcentula prolẽ ſuſcipere potuit,vt eſt philoſophorũ ſententia.

Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti non acceptis repromiſſionibus , ſed
à longe eas aſpicientes,& ſalutantes,& confitentes,quia peregrini & hoſpi-
tes ſunt ſuper terram.Qui enim hæc dicunt ſignificant ſe patriam inquire-
re.& ſi quidem illius meminiſſent de qua exierant,habebant vtique tempus
reuertendi : nunc autem meliorem appetunt,id eſt cæleſtem:ideo non con-
funditur deus vocari deus eorum.parauit enim illis ciuitatem. ❡Abrahę pro- F
miſſiones non præſenti vita inquirendas,ſed futura perſcrutandas eſſe manifeſtat, dicens, [Iuxta fidem]
qua deo adhærebant [Defuncti ſunt omnes iſti] excepto Enoch:qui tranſlatus eſt ne videret mortẽ,vt ſu-
pra dictũ eſt.[Nõ acceptis repromiſſionibus]pręſenti vita.Vel ſi cuiquã hoc de terra promiſſionis intel-
ligi collibuerit,nõ receperũt ii ſuperius recenſiti,quibus facta eſt repromiſſio Abrahã videlicet,Iſaac,&
Iacob,terram illam,quę ad eorum nepotes peruenit.Et ita accipiendum eſt ſimiliter id quod Ezechiel.33
dicitur,Vnus erat Abraham,& ipſe hereditate poſſedit terram :'quia videlicet ad eius ſucceſſores delata
eſt.De hac tamen hic Paulus non loquitur,vt dicunt Chryſoſtomus & Theophylactus hoc loco,& Hie-
ronymus Iſaiæ 58,hanc literam interpretatus.Neque enim,ait Theophylactus,his ſolum beneficentiſſi-
mus deus,pro maximis ſuſceptis in fide laboribus,mercedem hac vita perſoluit,vt Abel illi iuſto nominis
celebritatẽ,Enoch tranſuectionem,Noe in cataclyſmo ſalutẽ,Abrahæ liberorũ procreationẽ:Sed perſpi-
cuũ eſt prægustationes & ſigna quædã hæc fuiſſe verę promiſſionis in ſanctos collocatę.quod & ſequẽs
litera ſatis inſinuat, [A longe]enim,ait,erant promiſſiones [Aſpicientes,& ſalutantes,] illis quoque ap-
plaudentes,licet remotę eſſent:nauigantium more,vel è conſpectu deſideratiſſimas vrbes proſpiciẽtium:
quas priuſquam adeant,anticipantes appellant lepidius,& ſibi acciſcunt,vt Iohan.8 habetur,Abrahã pa
ter veſter exultauit vt videret diem meum,vidit & gauiſus eſt.Et quia longe erant à deo,hic nobiſcũ agẽ
tes, [Ideo confitentes erant quia peregrini & hoſpites erant ſuper terram,] aliam videlicet & futurã vi-
tam expectantes.Quandiu enim in hoc corpore ſumus,peregrinamur à domino,2 Corint.5.& infra cap. G
vltimo,Non enim hic habemus manentem ciuitatem,ſed futuram inquirimus.Quod Abraham alta men
te ſecum reputans,Gene.23 aiebat,Aduena & peregrinus ſum apud vos.Et Iacob Gen.47,Dies pere-
grinationis vitæ meę.Quæ prima virtus & tota eſt,vt placet Chryſoſt.homil.24 in hanc epiſtolam, vbi
peregrinum ſe eſſe huius mundi,& hoſpitem,& nihil habere commune cum huius ſeculi rebus quis pro-
fitetur,Chriſtum imitatus:qui Matth.19 dixit,Si vis perfectus eſſe vade,& vẽde omnia quæ habes,& da
pauperibus:& veni ſequere me.Verum ne quiſpiam Abraham,Iſaac,& Iacob,idcirco peregrinos exiſti-
met,quia exierant de Chaldæa aut Meſopotamia , vt alienam terram incolerent,ſubintulit, [Qui enim
hæc dicunt] ſe peregrinos & aduenas [Significant ſe patriam inquirere,] ſed qualem?Non plane terre-
nam quam reliquiſſet,vt Abraham Meſopotamiam.patebat quippe illi in eam reditus.Ideo ſequitur, [Et
ſi quidem illius meminiſſent de qua exierant,habebãt vtique tempus redeũdi] ſi illis collibuiſſet.Ex quo
compertum eſt, nec terræ huius hunc meminiſſe,nec illam ſibi fuiſſe in patriam:ſed aliam deſideraſſe &
ampliorem,vt poſtmodum explicat. [Nunc autem meliorem appetunt,id eſt cæleſtem.] Liquet igitur
Paulum hic loquutum fuiſſe de terræ ſanctæ repromiſſione ſecundum hiſtoriam:ſed de cæleſti iuxta ana
gogem,cuius illa typum prætulit.Quod & veteris inſtrumenti autoritate tandem cõfirmat,[Ideo] enim
ait,quia hanc cæleſtem ciuitatem concupierant [Non confunditur vocari eorum deus.]Exod.3,Ego ſum
deus Abrahã,deus Iſaac,& deus Iacob.❡Sed quorſum hæc?cum Rom.2 ſcriptum ſit, An Iudæorũ tan- H
tum deus?nonne & gentium?imo & gentium. Quomodo ergo hic deus Abrahæ dicitur & ſuæ poſteri-
tatis?Sane idcirco ſecundum Chryſoſtomum,quòd eos beneficiis pręcæteris cumulatiſſime affeciſſet.Et
ita ſimiliter accipiendum eſt,quod pſal.75 habetur,Notus in Iudæa deus,in Iſrael magnum nomen eius.
Quodque Deuter.7,& 26 habetur,En elegit te dominus,vt ſis ei populus peculiaris.Quod proculdu-
bio amicitiæ eſt non vulgaris indicium.Ideo apoſtolis,quos ſaluator charius præ cæteris amplexabatur,
dixit,Iam non dicam vos ſeruos,ſed amicos,Iohan.15.Et quia amicitia deo coniuncti,idcirco [Parauit eis
ciuitatem] in cælis:cuius deſiderio tenebantur,quæ duntaxat amicorum eſt.Matth.25,Venite benedicti
patris mei percipere regnum quod vobis paratum eſt à conſtitutione mundi.

Fide obtulit Abraham Iſaac,cum tentaretur & vnigenitum offerebat,in
quo ſuſceperat repromiſſionẽ:ad quem dictum eſt,Quia in Iſaac vocabitur
tibi ſemen.arbitrans quia & à mortuis potens eſt ſuſcitare eum deus.Vnde
eum & in parabolam accepit. ❡Abrahæ fidem commendat,qui Iſaac filium deo obtulit,
vt immolaret:ſeipſum vincens,& naturã ſuperans teſte Auguſtino,ſermone 73,Videte fratres,ait,Abra-
ham patientia fortem,deuotione conſtantem:non cum fera luctantem,ſed cum natura pugnantẽ:& quod

A maius est, vt inquit Chrysostomus homil.25, dei præcepta cum diuinis præceptis litigare videbantur, & fides fidei pugnare, & mandatum dei repromissioni contraire. Nam vbi prius dictum est illi, In Isaac vocabitur tibi semeo, Geoe.21, & credidit: iterum dixit deus, Sacrifica mihi illum, Gene.22. Ex cuius semine mundus replendus erat, nihil tamen hæsitans super dei promissis filium obtulit, cum tentaretur à deo: vt posteris ostenderet, quantæ fidei & obseruantiæ esset erga deum. Non enim tentauit deus Abraham teste Chrysostomo vt illius virtutem exercendo experiretur, quippe cum illius nescius non esset: sed vt aliis demonstraret, & manifestam eius fortitudinem constitueret vniuersis, & esset id documento, ad perdiscendum ipsius Abrahæ & virtutem imitari & fidem. Ad idem est Ambrosius lib.1 de Abraham patriarcha, cap.8. & August. sermooe 72, & lib. de ciuitate dei 16, cap.32, præter hanc, alteram rationem inducens, Tentauit dominus Abraham, inquit, de immolando filio, vt pia eius obedientia probaretur seculis in ootitiā proferenda, non deo: neq; enim omnis culpanda est tētatio, quia illi cōgratulandū est, qua fit probatio, & plerunque aliter animus humanus sibi ipsi innotescere oon potest: nisi sibi non verbo, sed experimeoto, tentatione quodammodo iorrrogante respoodeat: [Abraham itaque cū tentaretur, vnigenitum deo offerebat,] imo & dilectissimum, vt Gene.21 habetur, Tole vnigenitum filiū tuum quē diligis Isaac, [In quo suscepit repromissiones] super semine suo multiplicando: [Abrahæ nanque dictum est, In Isaac vocabitur tibi semen,] vt similiter constat Gene.21. ¶ Sed quid huoc Abrahæ vnigenitū fuisse dixit, cuius
B Ismael filius erat? velut Gene.16 scribitur. Hic sane ancillæ filius erat, vt eo loco habetur: ille vxoris principalioris. hic hæreditate indignos iudicatus est, filiis enim concubinarum munera duntaxat Abraham largitus est, Gene.25. Ille autem altero eiecto totius patris substantiæ hæres constitutus est, ad Gala.4, Eiice aocillam & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. Nec id mirum videatur, cum ex vxore Abrahæ præcipua Isaac conceptus sit, Ismael autem ex concubioa & vxore infima, vt testificatur Augustious, qui lib. quæstiooum super Geoesim, quæstione 90. & 16 de ciuitate dei, cap.25 ait, Ambæ Agar videlicet, & Cethura, & vxores Abrahæ, & concubinę sunt appellatæ: Sara vero nunquam dicta est concubina, sed vxor tantum. Quid vero Abraham impulerit, vt tunc vnicum quem susceperat filium deo offerret, & immolare moliretur, in quo semen eius multiplicandum erat, nihil dei promissis diffisus? [Arbitrans] siquidem erat, [Quia à mortuis] postquam deo consecratus esset, [Potens erat deus eum suscitare.] Vbi Chrysostomus, Ne qois putet quoniam desperans hoc fecit: & per hoc præceptum fidem ille repromissionis amiserit, qui semper obfirmatus in fide fuit, credens hoc deo perfacile esse: nec humanis rationibus dei virtutē perpensabat, sed fide cuncta gerebat, præ fidei nimirum magnitudine pro indubitato habens, quòd filium ad aras occisum à mortuis excitare poterit deus, vt eum in modum promissa perficeret, & per Isaac vitæ reditum eius & semen increfceret. [Vnde eum & in parabolam accepit,] Quia figuram & Christi significationem gessit. Nam teste Augustino lib.16 do ciuitate, cap.32, & psal. 30, quemadmodum olim dimissus est Isaac, & aries vepribus hærens eius loco mactatus est, vt Geoe.22
C dicitur: sic Christus deus & homo secundum humanam naturam pro nobis immolatus est, nil prorsus diuinitate offensa. Cui interpretationi consentit Hieronymus in epistola ad Dardanū de ministerio paschę. Potest etiam secundom Chrysostomum & Theophylactum in hunc modum explicari, vt Abraham dei patris figuram prætulerit, Isaac autem filii dei. Cum ergo magnum hoc deus & supra hominum mentem esset mysterium dispensaturus, futurumque vt nostri ob gratiam filium traderet immolandum: nec id placuit tanquam de se videretur gratiam elargiri, sed vt debitum solueret. Subinde, hæc inquit deus, nihil nouum homini eios ob gratiam ipse concessi filium meum immolando: Abraham siquidem vt mihi obtemperaret, filium in victimam obtulit: quo fit vt debitum ipse dependam, nō gratiam faciam. ¶ Verum quomodo se ex debito & obligatione Christus obtulit: qui vltro & sponte nulla lege cogente id egit? Oblatus est enim quia voluit, Isaiæ 53. & supra cap.10, In qua voluntate, seu Christi voluntaria oblatione sanctificati sumus. & Rom.3, Iustificati gratis per gratiam ipsius & redemptionem quæ est in Christo Iesu. Si enim gratis qoomodo ex debito mortuus & passus est Christus. Dicendū profecto, quòd supposita dei ordinatione, qui vt Gene.22 habetur Abrahæ obedientiā tanti effecit, vt ex eo Christū redemptorem nostrum nasci voluerit, Quia rem hanc grandem fecisti, ait dominus, nec pepercisti filio tuo voigenito, benedicetur in semine tuo omnes geotes. quod est Christus, ad Gal.3. Idcirco ipsi Abrahæ debitū erat, vt ex eius semine Christus nasceretur. Quemadmodum opera nostra licet sui natura futuro præmio indigna sint, vbi tamen hæc eadem immensa dei liberalitas in acceptum retulit, debiti nomē sortiuntur, Rom.
D 4, Ei enim qui operatur merces imputatur non secundum gratiam, sed secundom debitum. quod tamen dei incomprehensibili clementiæ q̄ maxime ascribendū est. Noo enim sufficiētes sumus ex nobis qoasi ex nobis, sed sufficiētia nostra ex deo est. ¶ Hic Paulo obiici potest, quomodo fide Abrahā filiū deo immolatum, & à deo excitandum crediderit? qui nec immolatus fuerit, nec ad vitam redierit. nihil enim tā alienum est à fide, q̄ assertio falsa. Fides quippe Christo, qoi via veritas est & vita, nititur ad Colos.2. Nam si corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum gaudens & videns ordinem vestrum, & firmamentum eius quæ in Christo est fidei vestræ. Quod si forsan dicat quispiam Abraham tantum credidisse, quòd à mortuis potens erat deus filium suscitare, non quod suscitauerit: audiat ille Augustinum, qui lib.16 de ciuitate, cap.32 ait, Abraham confestim cum filium suum fuisset immolaturus, resurrecturum credidisse laudabile est. a cuius senteotia non dissidet Theophylactus. Verum vt rem hanc in paoca conferam, Existimo quòd quemadmodum eum immolandum Abraham credidit, ita & à morte excitandum. dignum enim duxit Abraham, vt Isaac ob dei iussa exeqoenda occideretur: quem rursum vbi immolatus esset, ne quicquam dei promissis deesset, ad vitam redire pristinam, quàm decentissimum & dignū percensuit: licet nihil horum contigerit. Sicut pro confesso est plerosque idooeos & dignos haberi qui cæteris præficiātur, nusquā tamen præficiendi.

Fide & de futuris benedixit Isaac Iacob & Esau. ¶Isaac ob fidem futura præ- E
noscens [Benedixit Iacob & Esau] filiis suis, vt patet Gene. 27. Quibus plurima bona repromisit, prolis
fœcunditatem, & terræ vbertatem. Super hæc autem ipsi Iacob suorum fratrum imperium & regimen,
quod deus posteris illius contulit, quando Idumei ab Esau genus ducentes Dauid seruituti addicti sunt, 2
Reg. 8. Qui cum in terra consedisset aliena, tot bona filiis optare pollicerique non potuit: nisi promissa
adimplere deum fide indubitata sperasset. ¶Sed quid futurorum Isaac præsciũ, hanc benedictionem ipsi
iacob impartitum Paulus commemorat? Cum Gene. 27 dicatur, Et non cognouit eum Isaac, quia pilo-
sæ manus similitudinem maioris expresserant, cui ait, Tu es filius meus Esau, cum tamen Iacob esset.
Quem locum explicans Augustinus lib. quæstionum ex veteri testamento, quæstione. 11 ait, Si viri iusti
Isaac videlicet, voluntas bona est, quare non Esau quem voluit, sed Iacob benedixit quem noluit? Deus
enim est qui solus de futuris iudicat. & per hoc Isaac iustus maiorem filium suum benedicendum magis
putabat: sed deus qui occultorum cognitor est, minorem benedicendum voluit: vt in benedictione non ho
minis ostenderetur esse beneficium sed dei. Ad idem Hieronymus in epistola ad Damasum, quæstione 3.
Hic considerandum est quòd vbi primum benedixit ipsi Iacob non omnia circa eum & posteros eius fu-
tura Isaac intellexit: sed paulo post expauit Isaac stupore vehementi & vltra q̃ credi posset. Tũc enim, ait
Augustinus lib. 16 de ciuitate, cap. 37, miratur, & quisnam ille sit percunctatur, nec tamen se deceptum
esse conqueritur: imo confestim reuelato sibi intus in corde magno sacramento, deuitat indignationem,
& confirmat benedictionem. Ad idem Petrus Comestor sui libri cap. 72 in Genesim, qui hæc benedictio- F
nibus illis repromissa restatus est, abundantiam videlicet, potentiam, & ius primogenituræ: primogenitis
autem & natu maioribus ius regale & sacerdotii annexum erat, vt similiter Hieronymo placet lib. He-
braicarum quæstionum, textum hunc interpretanti, Tradunt Hebræi. ait. primogenitos sacerdotum offi-
cio functos, & sacerdotum vestimentis indutos deo victimas obtulisse, antequam Aaron in sacerdotium
eligeretur. Præter hæc autem adiecit Petrus Comestor cap. 68 in Genesim, quòd in solennitatibus & con
uiuiis benedicebant minoribus, quod & in hæreditatum diuisione obseruabatur. Quòd autem regio hono
re digni haberentur post Hieronymum loco nunc inducto, & in epistola ad Euagriũ supra cap. 7 anno-
tauimus. Quod ius ad ipsum Iacob, tametsi natu minorẽ, dei speciali munere traductum est, velut Gene.
27 constat. & Rom. 9, Vt secundum electionem, ait Paulus, propositum dei maneret nõ ex operibus, sed
ex vocante deo dictum est, quia maior seruiet minori.

**Fide & Iacob moriens singulos filiorum Ioseph benedixit, & adorauit
fastigium virgæ eius.** ¶Subinde [Iacob] historiã inducit, qui [Fide] instructus & morti pro-
ximus [Singulos filiorum Ioseph benedixit,] Manasses videlicet & Effraim, dextera super Effraim, li-
cet iuniorem, imposita, vt Gene. 48 habetur. Occulta quippe dei reuelatione didicerat, & fide tenebat
tribum Effraim regno esse & imperio potituram: vti re ipsa & opere patuit, quando Hieroboam tribus
Effraim decem tribubus præfectus est, vt 3 Regum 12 habetur. Quòd autem deo inspirante id futurum
agnouisset, docet Augustinus lib. quæstionum ex veteri testamento, quæstione 6. Vel certe secundum eũ- G
dem lib. 16 de ciuitate, cap. 42, idcirco dexteram in minorem extendit: quòd maior Iudæorum typum
gesserit, minor vero Christianorũ, quibus vberior reposita est benedictio. Non enim iterũ accepimus spi-
ritum seruitutis in timore, sed adoptionis filiorum, Rom. 8. Quòd autẽ alii ditioni illius subiiciendi essent,
id indicio erat, quòd [Fastigium virgæ eius Iacob adorauerit.] Quem locum Hieronymus in quæstio-
nibus hebraicis explicans ait, Quidam ex hac litera quæ est secundum septuaginta interpretes, frustra
simulant adorasse Iacob summitatem sceptri Ioseph, quòd videlicet honoratos filium, potestatem eius
adorauerit: cum in Hebræo multo aliter legatur, Et adorauit inquit Israel ad caput lectuli, quod videlicet
postquam iurauerat ei filius, securus de petitione quam rogauerat, adorauerit deum contra caput lectuli
sui. Sanctus quippe & deo deditus vir, oppressus senectute sic lectulum positum habebat, vt ipse absque
difficultate vlla ad orationem esset paratus. Hæc Hieronymus. Qui tamen septuaginta textum non re-
iicit, cum hic Apostolus eum protulerit: at nonnullorum violentam & extortam expositionem. Petrus
vero Comestor cap. 100 in Genesim, Augustinus lib. quæstionum super Genesim, quæstione 162, &
Theophylactus hoc loco ita hunc textum interpretantur. Quod Iacob senex virgam ferens, eo more
quo ætas illa baculo iuuatur, illi innixus deum adorauerit. Vel vt volunt nonnulli, teste Theophylacto,
ipsius Ioseph virgam hic adorauit: perinde ac per sceptrum regium illud insigne, adorandum Ioseph esse
argueret. Quam sententiam probat Chrysostomus homil. 26 in hanc epistolam & 65 in Genesim di- H
cens, Vide senem decrepitum, patriarcham adorationem honorem Ioseph declarare, & re ipsa implere
visionis euentum. Quando enim narrauit Ioseph visionem dixit, Nunquid ego & mater tua veniemus,
& adorabimus te super terram? quod tunc impletum fuit. Nec id priori Hieronymi sententiæ aduersatur.
Adoratio quippe hoc loco pro veneratione desumitur & honore, quem vnus alteri impartitur, iuxta id
Pauli, Honore inuicem præuenientes, Romanorum 12. Quo locutionis genere idem Hieronymus vsus
est Hieremiæ decimosexto, dicens, Adorat enim vnusquisque quod diligit. Sed quid Hieronymum pro-
fero, cum id scripturis probetur? vt supra cap. nono docuimus. Alia est glosę interlinearis interpretatio, vt
summitatem virgę adorando, Christi regnum ex gẽtibus futurum veneraretur, quod virga illa præsigna-
batur. Sicut & nos impræsentiarum sanctorum imagines & eorum signa veneramur. vt supra cap. 9 dif-
fusius pertractaui.

**Fide Ioseph moriens de profectione filiorum Israel memoratus est, & de
ossibus suis mandauit.** ¶Ioseph insuper ob fidei meritum super futuris certior effectus

A [Moriens egressus filiorum Israel] ex AEgypti seruitute [Meminit.] Quemadmodū videlicet è manu
Pharaonis manumittendi essent, & aliò his esset demigrandum, & ad terram promissionis proficiscen-
dum: inducens quod Genesis vltimo habetur, Post mortem meam deus visitabit vos, & ascendere faciet
de terra ista ad terram promissionis, quam iurauit Abraham Isaac & Iacob. In tantumque hoc credidit,
vt eos sit obtestatus quatenus eius ossa & cineres, eorum egressu secum deferrent, [De ossibus enim suis
mandauit,] vt inde secum asportarent, reconderentur que in maiorum sepulchro, vt testatur glosa hoc
loco. In spelunca duplici videlicet, in qua sepulti sunt Abrahā, Isaac, & Iacob, & cæteri patres, vbi Adam
& Eua quiescunt. Quod eò præcepit, inquit, quia inde nasciturum Christum & passurum præscius erat.
¶ Quod his aduersatur, quibus placuit Adam in monte Caluariæ sepultum esse. Quorum opinionem re- De Adę
censet Hieronymus Ephesiorum quinto, locum illum interpretatus, Surge qui dormis & exurge à mor- sepultura.
tuis, & illuminabit te Christus. Scio, ait, me audisse aliquem de hoc loco disputantem, & testimonium il-
lud dici ad Adam in loco Caluariæ sepultum, vbi crucifixus est dominus. Qui Caluarię ideirco appella- Caluariæ
tus est, quòd ibi antiqui hominis esset conditum caput: illo ergo tempore quo crucifixus dominus super appella-
eius pendebat sepulchrum, hæc prophetia Pauli impleta est inquiunt, Surge videlicet Adam qui dormis, tio vnde.
& exurge à mortuis, & illuminabit te Christus, sui sanguinis contactu. Hæc vtrum vera sint necne (ait
Hieronymus) lectoris arbitrio derelinquo. Certe tunc in populo dicta placuerunt, & quodam plausu ac
B tripudio excepta sunt. Vnum quod scio loquor, cum loci istius interpretatione atque contextu sensus iste
non conuenit. Cui tamen sententiæ assentiri videtur Augustinus, qui sermone 71 inquit, Hoc antiquorum
relatione creditur, quòd & Adam primus homo in ipso loco vbi crux fixa est, fuerit aliquando sepultus:
& ideo Caluarię locus dictus est, quia caput primi hominis ibi dicitur esse sepultum. & vere fratres non
incōgrue creditur, quia ibi erectus sit medicus, vbi iacebat ægrotus. Ad idem Origenes homil. 35 in Mat-
thæum dicens, Venit ad me quædam talis traditio, quòd corpus Adæ primi hominis ibi sepultum est, vbi
crucifixus est Christus: vt sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificentur. Contra-
riam tamen opinionem tuetur Hieronymus, qui Matthæi vicesimoseptimo inquit, Audiui quendam ex-
posuisse Caluariæ locum, in quo sepultus est Adam: & hoc esse quod Apostolus dixit, Surge qui dormis
&c. Fauorabilis interpretatio, & mulcens populi aures, non tamen vera. Adam vero sepultum iuxta
Hebron & Arbee Iosue cap. 14 legimus: vbi dicitur, Nomen Hebron antea vocabatur Cariatharbe,
Adam maximus ibi inter Enachin situs est. Quòd si quispiam locum illum calumniari adnitatur, asse-
uerans quòd Adam nomen commune sit, significetque hominem, vt notat Lyranus eo loco. Vel vt He-
bræorum nonnullis placet, locus ille de Abraham intelligendus sit. Quanquam textus ille plurimum vr-
geat, nihilo secius profero ecclesiæ determinationem, qua Hieronymi sententia comprobatur in capitulo
Hebron, 13 quæstio. 2. Hebron dicitur ibidem ciuitas trium virorum, quia in ea sepulti sunt tres patriar-
chæ in spelunca duplici cum tribus vxoribus suis Abraham Sara, Isaac & Rebeca, Iacob & Lya, præter
C ipsum Adam & Euam vxorem suam. Hæc ibidem. Constat igitur Hieronymi opinionē veriorem esse &
amplexandam. Existimo autem Augustinum & Origenem aliam duntaxat recensuisse, non autem pro-
basse. ¶ Hoc loco sciscitatur Lyranus, quomodo tādiu distulerit Ioseph ossa sua ab AEgypto educi, & nō
confestim sint translata? cum patris sui Iacob corpus, vbi animam exalauit, extemplo inde translatum
sit, vt Gene. 49 habetur. Cui quæstioni occurrens, dixit, fratres Ioseph non tanta potestate præditos fuis-
se, nec eo honore dignatos quo Ioseph fuerat. Quòd si de fratribus qui sanguinis necessitudine illi con-
nectebantur hoc intellexerit, nō poterit sane eius dictum subsistere: cum teste Iosepho lib. 2 antiquitatum
cap. 8, quē sequitur Petrus Comestor cap. 115 in Genesim, mortui sint etiā eius fratres feliciter in AEgy-
pto, quorum corpora post illorum vitam posteri in Hebron reportantes sepelierunt. Quòd si fratres eos
intellexerit, qui vnius & eiusdem gentis erant, rationi illi locus esse videtur, cum Exodi primo scriptum
sit, Surrexit rex nouus super AEgyptum qui ignorabat Ioseph, & ait ad populum suum, Ecce populus
filiorum Israel multus & fortior nobis est: venite sapienter opprimamus eum. Alteram rationem demum
profert quæ est Chrysostomi & Theophylacti, vt videlicet certiorem populum faceret ad exitum per-
uentura omnino dei promissa, eundemque populum ex AEgypto ascensurum, cum id deo animo esset,
vt nec eius ossa in AEgypto remanerent. Eorumque opinionem refellunt, qui eò id Ioseph præcepisse
dicunt, quòd iam sepulchri eum cura teneret. Proinde quòd id quidam dicunt (ait Chrysostomus) Ecce
iam iusti curam gerebant sepulchri: dicamus ad illos, quia non propter hoc egerunt. sciebant enim quia
domini est terra & plenitudo eius. Nam ipsius Moysi ossa in terris peregrinis iacent, & Aaron, Danie-
D lis, & Hieremiæ. Apostolorum similiter plurimorum ossa nescimus, vel vbi iacent: Petri autem & Pau-
li, Iohannis, & Thomæ, manifesta sunt sepulchra, aliorum vero cum tanti sint, minime cognitum est
vbi sunt. Nihil igitur pro hac re lugeamus, neque pusilanimiter feramus: lugere autem & deplo-
rare eos qui de hac vita discedunt, ex pusilanimitate contingit. Qui homilia sexagesimaquinta in Gene-
sim identidem scripsit. ¶ Ne quis tamen ob id suspicetur eos vitio dandos, quos honestioris sepulchri
cura solicitat, quibusve funebre officium studio est, & pia exequiarum solicitudo, audiat eundem Chry- De fune-
sostomum homilia octogesimaquinta in Iohannem dicentem, Tu autem cum audieris dominum resur- ris cura
rexisse, cessa quæso ab insana funeris impensa. Quid sibi vult hoc superfluum & inutile dispendium, habenda.
quod ipsis qui faciunt plurimum affert detrimenti, mortuis nullam vtilitatem vel damnum potius: non
tamen sepulturam prohibeo, sed modus seruetur vt corpus tegatur. Hæc Chrysostomus. Qui itaque su-
perfluas funeris impensas culpauit, temperatas & honestas concessit. Cuius rei scripturæ testimonia
non pauca comperies. Habes imprimis id quod Genesis vicesimotertio scribitur, vbi constat Abra-
ham ære multo agrum comparasse quo Saræ vxoris corpus decentius conderetur. Quo loco vbi mor-
tem obiisset, corpus proprium sepulturæ tradi filiis demandauit, Genesis vicesimoquinto. Iacob quo-

que patriarcha sanctus dum mortis lectulo decumberet, filios iureiurando obstrinxit, quatenus vbi anima E
è corpore demigrasset, ipsum sepulchro maiorum recluderetur, Genesis quadragesimooctauo. Filius quoque Israel laudibus effert scriptura, quòd vbi Iosue & Eleazar occubuissent, eorum corpora velut ossa Ioseph sepulchri honore quàm decentissimo affecerit, vt Iosue vltimo patet. Quódq; id obsequii Samueli prophetæ defuncto præstiterint, primi Reg. vicesimoquinto. Quis etiã non nouit Tobiæ nomen eo celebrius, quòd huic rei impensius intenderet? Sepulchrum iosuper Ionathæ pertranseo, mira arte & sumptu non modico extructum, quo illius memoria foret viuacior: eiusque immortalis virtus apud omnes diuulgaretur, primi Machabæorum decimotertio. Quòd si noui testamenti scripturam requiras, occurrit sane id quod Actnum septimo scribitur, Sepelierunt Stephanum viri timorati, & planctum magnum fecerunt super eum. Item pium illud ac religiosum sacro Christi corpori impensum obsequium non subticuit Matthæus, sui libri capite vicesimoseptimo, sequenti quoque capite, necnon Marci vltimo, vehemens affectus ille, & sanctarum mulierum anxia sedulitas mire commendatur, quæ eidem obsequi nerois omnibus adnitebantur. Consultissime itaque censuit Ambrosius, qui libro primo de Abraham patriarcha, cap. 9 dixit, Docemur vt non diutius inhæreamus mortuis, sed quantum satis est officii deferamus. defertur autem illis, dum sepulturæ obsequio operam impendimus. Ideo subintulit, Festinauit autem Abraham pro loco sepulchri precium soluere, cum gratis daretur: vt non in alienis locis, sed nostris potius ędificemus tumulos parentum vel proximorum. Hoc autem ideo Abraham fecit, quia nondum erant huiusmodi dei templa, in quibus fidelium in domino reliquię conderentur. Ad idem est Hieronymus in epistola ad Paulam super obitu Blesillæ, & in epitaphio Paulæ matris ad Eustochium virginem, Translataque, ait, episcoporum manibus, & ceruicem feretro subiicientibus, vbi Paula spiritum deo reddidit, cum alii pontifices lampadas cereosque præferrent, alii choros psallentium ducerent, in media ecclesia speluncæ saluatoris exposita, tota ad funus eius Palestinarum vrbium turba conuenit. Quem monachorum latentium in eremo cellula sua tenuit? quem virginum cubiculorum secreta texerunt? Sacrilegium putabat, qui non tali fœminæ vltimum reddidisset officium. His accedit Augustinus, qui libro vnico de cura pro mortuis agenda, rationibus diuersis & scripturæ testimoniis frequentioribus hoc ipsum suadere contendit. Huc pertinet quod Concilii Toletani quarti, actione quadragesimaquinta decretum est, Si quis clericus in demoliendis sepulchris fuerit deprehensus, quia facinus hoc pro sacrilegio legibus publicis sanguine vindicatur, oportet canonibus in tali scelere deprehensum à clericatus ordine submoueri, & pœnitentiæ triennio deputari. Et in Concilio Braccarensi primo, actione tricesimasexta, defunctorum corpora iuxta sanctorum basilicas condenda esse statutum est: licet ob sanctorum honorem basilicæ sanctorum illa non excipiant. Hæc autẽ idcirco dixerim ob nonnullorũ insipientiam, quibus religioni christianæ æque prospectum iri videtur, si defunctorum corpora prophanis locis inhumanda tradantur, perinde ac deo dicatis. Quanquam enim hominum & iumentorum idem sit interitus, non tamẽ omnium corporum vna conditio, sicut nec animarum: non enim omnis caro eadem caro est, sed alia hominum, alia pecorum, G
alia volucrum, alia piscium, 1 Corinth. 15. Et paulo post, Seminatur in corruptione, surget corpus in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surget in gloria: seminatur in infirmitate, surget in virtute: seminatur corpus animale, surget corpus spiritale.

Fide Moyses natus, occultatus est mensibus tribus à parentibus suis, eô quòd vidissent elegantem infantem, & non timuerunt regis edictum.

¶Cum summos viros hic Apostolus enumerasset, qui fide multa peregissent, disserit de Moysi parentum virtute, qui genere quidem infimi erant, nec rebus adeo præclari, vt ii quorum antea memioit: sanguine tamen nobiles erant, rerum necessitate oppressi, teste Iosepho lib. 2 antiquitatum, cap. 9. ob quorum fidem & in deum fiduciam, [Moyses natus mensibus tribus occultatus est à parentibus suis.] Qui veluti eo loco Iosephus scripsit, & Petrus Comestor post ipsum, sui libri in Exodum cap. 9, occulta reuelatione à deo didicerant, nequaquam eis desperandum esse super futura eorum liberatione: puerum quoque ab ipsis nasciturum, qui Hebræorum genus ab AEgyptiorum necessitate vindicaret. Cuius dictis fide adhærentes puerum occultauerunt: [Nec timuerunt regis edictum,] qui vt Exodi primo habetur, populo præceperat, vt quicquid masculini sexus natum fuisset ex Hebræis, proiiceretur in flumen: quicquid fœminei, reseruaretur. Huius autem scelesti atque impii decreti causa extitit, quòd à quopiam sacro- H
rum scriba, si Iosepho creditur, prædictum fuerat quendam ex Hebræa gente nasciturum, cuius consilio & prudentia gens & regnum AEgypti euerteretur. Fide tamen Moysi parentes firmiores effecti, contra regis edictum ipsum natum reseruarunt, sese & puerum diuinæ prouidentiæ committentes, [Eô quòd vidissent elegantem infantem,] & præ cæteris, prout illius ætas sufferebat, venusta forma prędictum. Quod rei futurę presagium extitit, & cœptis audaciam contulit, vt regis ędictum nihil facerent, & reliquo populo Hebræorum argumento, ipsos illius subsidio salutem consequuturos. Existimabat enim Moyses intelligere fratres, quoniam deus per manum eius daret salutem illis, Act. 7.

Fide Moyses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis: magis eligens affligi cum populo dei, quàm temporalis peccati habere iocunditatem. maiores æstimans diuitias thesauro AEgyptiorum improperium Christi: aspiciebat enim in remunerationem. ¶Subinde quatenus eos fidentiores efficiat, Moysi familiare ac domesticum retexuit exemplum: quod eousque vulgatum erat, vt per omniũ ora volitaret, in rebus ab eo gestis amplificandis diutius immoratus. Qui [Fide] qua dei inuisibilia & æterna

A his terrenis multo præstantiora agnouit, [Graodis effectus] & cum iam in virum perfectum euasisset,
[Negauit se filium Pharaonis:] licet ab eius filia adoptatus esset, vt Exod. 2 dicitur. Perinde ac diceret
secundum Chrysostomum, Nullus vestrum dimisit aulam regalem amplam, neque tales thesauros, ne-
que cum posset filius regis esse contempsit, sicuti Moyses qui simul & horruit. nec mirum, cælo quippe
proposito superfluum erat aulam regiam admirari. Id autem egit Moyses vbi gladio vltore in AEgy-
ptium rixantem cum Hebræo aoimaduertit: ob euius necem eousque graue odium & capitales Pharao-
nis inimicitias in se exeitauit, vt vitæ illius insidiaretur. Audiuit enim Pharao sermonem huoe, & quære-
bat Moysen occidere, Exod. 2. Erat autem tunc Moyses ætatis quadraginta annorum, velut Act. 7 ha-
betur. Qui noo modo ætate prouectior regis delitias & purpuram spreuit, cum nondum tres annos na-
tus aut quatuor, vt Iosepho, & Petro Comestori locis iam inductis placet, regum diadema capiti impo-
situm in terram proiiciens pedibus calcauerit & coofregerit. Quod sacerdos Eliopoleos intuitus, è latere
regis surgens, ipsum neci dedisset nisi astantium præsidio protectus fuisset: affirmans eum esse qui & gen
tem AEgypti & regnum subuerteret. Cui prunæ ardentes cuiusdam sapientis consilio porrectę sunt: quas
vbi nutu diuino Moyses ori admouisset, ne cæteri in hanc suspitionem venirent, factum illud ignorantiæ
non maleuolentiæ adiudicatum est. Negauit itaque io hunc, vel alterum modum, se esse filium Pharao-
nis, [Magis eligens affligi cum populo dei,] & fratribus Israelitis afflictari: quibus operum magistros
Pharao præfecerat, qui oneribus grauioribus assiduisque laboribus eos opprimerent, velut Exod. 1 ha-
B betur, [Quàm temporalis peccati iocunditatem habere,] hoc est, quàm regii luxus momentanei, & prę-
sentis vitæ voluptatis, quæ voto fugacior est, & vmbra inanior, particeps effici. Hæc autem ideirco pec-
cato proxima dicitur, quòd incautos homines ad præcipitium trahat. Micheæ 6, Ambulasti in volupta-
tibus eorum, vt darent te in perditionem. Et ad Titum 3, Eramus enim & nos aliquando iosipientes &
increduli, errantes, seruientes desideriis & voluptatibus variis. Quid vero Moysen tanta animi constan-
tia & fortitudine præmunierat, vt & cum proximis afflictari, & mala perpeti optaret? [Maiores æsti-
mans diuitias, Christi improperium, thesauro AEgyptiorum.] id est pro Christo & iustitia quæcunque
incommoda perferre pluris faciens, quàm præsentis vitæ boois perfrui. [Aspiciebat enim io remunera-
tionem,] vt subiotulit Paulus, & fidei oculis in cælum & beatorum præmium intendebat, quod huiusce-
modi viris repromissum est, Matthæi 5, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam
ipsorum est regnum cælorum. At quid Christi causa Moysen improperium sustulisse Paulus comme-
morat? cum Exod. 2 dictum sit, Audiuit Pharao sermonem hunc, quomodo videlicet Moyses occiderat
AEgyptium, & quærebat occidere Moysen: qui fugiens à conspectu eius, moratus est io terra Madian.
¶Hic perdisceodum est ambiguum Augustioo videri, peccauerit ne Moyses occidendo Aegyptium. qui
lib. quæstionum super Exodum, quæstio. 2 ait, Nullam adhuc legitimā potestatem gerebat Moyses, nec
acceptam diuinitus, oec humana societate ordinatam: sicque sceleris conscius Moyses videtur, qui priua-
ta auctoritate gladium accepit. Demum tamen aliquibus intetiectis alteri sententiæ quam veriorem du-
C xi, adhæret, dicens, Sicut Stephanus ait in Actibus apostolorum, putabat Moyses intelligere fratres quòd
per eum deus daret illis salutem: vt hoc testimonio appareat, iam Moyses diuinitus admonitus, quod scri-
ptura eo loco tacet, hoc audere potuisse. Cui opinioni assentiuntur glos. & Lyranus Exod. 2. Ambrosius
quoque lib. 1 de officiis, cap. 36, cuius verba habentur in cap. Non inferenda. 23 quęst. 3. Non igitur in vi-
ribus corporis, ait, & lacertis tantummodo fortitudinis gloria est: sed magis in virtute animi, neque in in-
fereoda, sed in depellenda iniuria lex virtutis est. Qui enim non repellit iniuriam à socio si potest, tam
est in vitio quàm ille qui facit. Vnde sanctus Moyses hinc prius orsus est tentamenta bellicæ fortitudinis,
nam cum vidisset Hebræum ab AEgyptio iniuriam accipientem, defendit, ita vt AEgyptiom sterneret,
atque in arena absconderet. Salomou nanque ait, Eripe eum qui ducitur ad mortem, Prouerb. 24. Hæc
Ambrosius. Cuius seotentiā cum ecclesiæ auctoritate fulciatur, amplexarer, tametsi August. lib. 22 con-
trà Faustum Manichæum, cap. 70 alteri applaudat. Præter hanc autem persecutionem & aliam multo
grauiorem Moyses perpessus est, teste Iosepho lib. 2 antiquitatū, cap. 10 & sequenti. Rex nanq; AEgypti
post inclytam AEthiopum partam victoriam a Moyse, inquit, inuidia ductus, & oppressionis suæ formi-
dine tractus, compulsusque à sacris scribis, qui prædixerant eius virtute AEgyptum opprimendam, vitæ
eius insidias parauit. Quibus compertis clam Moyses effugit, & itioeribus obsessis in desertum se contu-
lit. quibus liquido constat Moysen quàm peruerse ioiuria affectum.

Fide reliquit AEgyptum non veritus animositatem regis, inuisibilem
D enim tanquam videns sustinuit. ¶Aliud constantiæ & magnanimitatis Moysi argumen
tum profert, qui fide constantior effectus velut secundis rebus seipsum non extulit, nullis emollitus ille-
cebris, ita oec aduersis cessit, nec ioter vitæ huius vrgentia discrimina animo concidit. Quique AEgypti
rege repugnante iuxta dei imperium [AEgyptum reliquit,] filios Israel inde ducens: [Non veritus regis
animositatem] nihilque eius potestatem prorsus reformidans, eo quoque timorem omnē depulerat, quia
deum præsenti vita inuisibilem (lucem enim habitat ipse inaccessibilem, quam nemo vidit, sed nec videre
potest, 1 ad Timot. 6) tanquam visibilem sustiouit. Proinde acsi cominus deum intuitus fuisset, nil deo
diffisus, dixit filiis Israel, Vos tacebitis, & dominus pugoabit pro vobis, Exod. 14. ¶Sed quo pacto aiunt
Chrysostomus & Theophylactus, dixit Paulus Moysen regis iram non expauisse, cum Exod. 2 scriptum
sit, Timuit Moyses & ait, Quomodo palam factum est verbum istud, quod occiderim AEgyptium? &
in fugam versus est. Respondet quòd licet post patratum scelus Moyses regis potentiam extimuerit, &
procul abscesserit. vbi tamen aliquod temporis interstitium præteriit, rursum in AEgyptum se contulit,
prouinciamque illam excepit vt inde Hebræos educeret, vbi à domino ad id muneris accitus est, vt patet

Exod.3.Timiditatis autem argueretur,ſi nec reditum in AEgyptum tentaſſet,nec exequi perſeueraſſet E
quæ ante acceperat tempore à deo præſcripto.Quòd vero iterato redierit,argumento eſt deo ſe credi-
diſſe.Verum quo pacto,inquiunt,non in AEgypto permanſit,ſed inde longe abſceſſit,ſi nulla vt Paulus
aſtruit,formidine tenebatur?Sane quia his quæ in promptu ſunt ſe offerre periculis,dicereque ſaluum me
facturus eſt deus, tentantis eſt deum non confidentis: & dæmonum opus,vt docuit Chriſtus Matth.4.
Sic itaque vbi nullum ex mora fidei emolumentum,aut euidens vtilitas, ſed perſonæ periculum immi-
net,tunc fuga ſalus quærenda eſt.velut hoc loco docemur.Quod Chriſtus egit, quando adhuc infans
fugit in AEgyptum,vt Matth.2 habetur.& Paulus obſeruauit,qui nocte latenter ſeceſſit,agnoſcens ſibi
paratas inſidias, Actuum 9.& Act.23,quando Cæſaream perrexit.Tunc enim illud ſaluatoris dictum
Matt.10 ſequendum eſt,Cum vos perſecuti fuerint,fugite in aliam ciuitatem.Vbi vero fidei cauſa perur-
geret,ſtandum eſſet,vt Act.4 habetur,Vocantes eos principes ſacerdotum denunciauerunt ne omnino
loquerentur,nec docerent in nomine Ieſu.Petrus vero & Iohannes reſpondentes dixerunt ad eos,Si iu-
ſtum eſt in conſpectu dei vos potius audire quàm deum,iudicate:non enim poſſumus quæ audiuimus &
vidimus non loqui.& comminantes dimiſerunt eos:non tamen à cœpto deſtiterunt opere,ſed conſtantia
& fortitudine robuſtiores effecti permanſerunt euangelium Chriſti promulgãtes.Idipſum ſimiliter agat
prçlatus,ſi ſubditorum vtilitas expoſtulat,& gregem lupus fuerit inſectatus,vt habetur in cap.Sciſcitaris,
7 quæſt.1,& ſequenti.vbi illud Iohannis 10 producitur, quo ſugillantur ii qui veniente lupo fugiunt.Ne
quis tamen vltro ſe perſecutionibus offerat,quæ ob Chriſtum illatæ æquo animo ſufferendæ ſunt,oſten- F
dit Hieronymus Matth.14 dicens,Ideo Chriſtus Iohanne occiſo ſeceſſit in deſertum locum,vt nobis prç
beret exemplum vitandç vltro ſe tradentium temeritatis:quia non omnes eadem conſtantia perſeuerãt
in tormentis,qua ſe torquendos offerunt.

Fide celebrauit paſcha & ſanguinis effuſioné:ne qui vaſtabat primitiua,
tangeret eos. ❡[Fide] inſuper Moyſes edoctus [Celebrauit paſcha,]quando ipſe & filii Iſrael in
egreſſu AEgypti agnũ cũ panibus azymis comederũt:velut Exod.12 habetur.Cuius ſanguine ſuperlimi
naria & valuas domorum intinxere:[Ne] angelus dei iuſtitiæ executor,[Qui primogenita AEgypti va-
ſtabat,] & neci dabat, [Tangeret eos] hanc ſanguinis aſperſionem intuitus.Qui Chriſti ſanguinis,te-
ſte Chryſoſtomo homil.27,figuram præferebat.Intuere,ait,quomodo ſub occaſione exhortationis, &
de fide diſputans,cuius typi quantive myſterii meminerit:cuius veritatem habemus, dicente Paulo 1 ad
Corint.5,Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.❡Veruntamen quis ille exterminator & diuinæ iuſti-
tiæ executor fuerit,notat gloſa Exod.12,& ſubdubitare videtur,inquiens,Vtrum percuſſor,bonus ange-
lus an malus fuerit,non neceſſe eſt inquiri:quicũque enim fuit,præcepto domini obediuit.Quam quiſpiã
in ſuis commentariis ſecutus eſt.At ſi Auguſt.lib.vnico de vera religione,cap.40.& pſal.7,& 77 audia-
mus,malum angelum huic rei præfectum fuiſſe facile agnoſcemus.Quòd ſi quis Auguſtino non credat,
ſaltem vel ſcripturæ aſſentiatur.quæ pſal.70 ait,Miſit in eos iram indignationis ſuæ per angelos malos.
quo loco plagæ AEgyptiis inflictç deſcribuntur, velut contextus docet.Eo nanque loco dicitur,Sicut po G
ſuit in AEgypto ſigna & prodigia ſua in campo Thaneos,& cõuertit in ſanguinem flumina eorum.Vti-
tur quippe deus qui bonus eſt,malis creaturis(ait Auguſtinus ibidem) bene,id eſt conuenienter & iuſte:
ſicut contrà iniqui eius creaturis bonis male vtuntur.Vtitur ergo eis in malorũ punitione,cuiuſmodi erant
AEgyptii.Huic etiam rei fidem facit quod 3 Reg.22 ſcribitur,Vbi fallax ſpiritus deo permittẽte regem
Acab ſeduxit,vt bello opprimeretur.Illis inſuper viros virtuti addictos & religioni,exerceri deus nonnũq̃
ſuffert,quò eorum virtus compertior habeatur.ſicut Iob 1 conſtat,& 2 Corint.12.vbi Paulus aiebat,Da-
tus eſt mihi ſtimulus carnis meç angelus ſatanæ,qui me colaphiſet.❡Verum non ſolum angelorũ repro-
borum miniſterio in pœnis exquirendis deus vtitur:ſed & bonorum.Boni quippe erant angeli, vt placet
Auguſtino eodem loco,quos Loth hoſpitio ſuſcepit:quorum induſtria Sodoma & Gomorra periere.vt
Gene.19 habetur.An vero ſancti & iuſti à bonis angelis pœnis & tribulationibus afficiantur,dubium eſt
Auguſtino dicenti,Iuſtos vero corporalibus pœnis per bonos angelos tentari & probari non mihi occur-
rit.quod tamen Hieronymo eſſe videtur:qui Ezechiel.30 ait,Neque enim boni ſed mali angeli tormen-
tis malorum præpoſiti ſunt,multo magis nec bonorũ tormentis præficiuntur.Idem quoque Hieronymus
Prouerb.17 inquit,Angelus crudelis eſt ſpiritus qui à domino contra peccantes mittitur:vt eos vel in præ
ſenti affligat vt AEgyptios, vel etiam poſt mortem ad interitum rapiat æternum. Ex his tamen quæ 1
Paralip.21 ſcribuntur,Apparet bonis angelis id officii erga iuſtos homines demãdatum eſſe.Dauid enim
quanquam lapſus eſſet, innocens tamen populus erat,velut eo loco teſtatus eſt,inquiens, Ego ſum qui
peccaui,ego qui malum feci,iſte grex quid commeruit?Quod autem angelus de quo eo loco bonis an- H
numeretur,illud argumento eſt,quod præcepit altare deo erigendum,quo gratiæ deo referrentur ſuper
dei furore remiſſo:quod vtique peruerſus angelus nuſquam ſuaſiſſet.Præterea in euerſione Sodomæ &
Gomorræ multi periere innocentes:huius tamen euerſionis prouidentia bono angelo commiſſa eſt, vt
ſupra docuimus.Diſtat tamen bonus angelus à malo,quòd ille id agit vt ſaluti noſtræ conſulat, hic vero
vt laqueũm inĳciat.Circuit enim quærens quem deuoret,1 Pet.5.

Exterminator quis fuerit.

Fide tranſierunt mare rubrum tanquam per aridam terram,quod exper-
ti AEgyptii deuorati ſunt. ❡Ne quiſpiam Paulo obĳciat,quòd viros in medium producat
vix à nobis imitabiles,populum & vilam plebeculam detulit,vt eſſet exemplo,dicens, [Fide] qua cre-
didit populus deo eorum liberationem pollicenti, [Tranſierunt mare rubrum tanquam per aridam ter-
ram] & exiccatam,vt mare medium,aqua pro muro hinc atque illinc exiſtente,ad vnum omnes tranſ-

A irent, deo confisi, non secus quàm si terram quácunque aliam pedibus calcassent, vt patet Exod. 14. Nequis autem id præstigiis effectum fuisse existimet, vel aquas illas nequaquam veras fuisse, ait Chrysost. ideo subinfert. [Quod mate experti AEgyptii deuorati sunt & submersi] q.d. Nã & illud pelagus fuisse & mare AEgyptii testimonio sunt: qui illud transmeare conati, mox absurpti, & coeūtibus aquis pręfocati fuere: quæ paulo ante traiicientibus Hebræis in muri speciem stetissent, vt patet Exod. dicto cap. Quare autem mare illud rubrum nuncupatum sit, & vbi situm, Petrus Comestor cap. 30 sui lib. in Exodum scripsit.

Fide muri Hierico corruerunt circuitu dierum septem. Fide Raab meretrix non periit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace. ℂQuid fide cõsecuti sint filii Israel terram promissionis ingressi describit. [FIDE] inquit, qua Israelitę deo promittẽti crediderunt ciuitatem Hierico munitissimam & pene inexpugnabilem ab ipsis euertendam, muri illius [Corruerunt circuitu dierũ septem] id est, vbi iuxta dei præceptum septies ciuitatẽ illam diebus diuersis circuierunt deferentes arcam, die septima nullo ariete mœnia concutiente, non vi vlla bellica, sed solius dei virtute, funditus diruta fuere, & solo ęquata. vt patet Iosue 6, Quã filii Israel ingressi, omnes ad lactantem vsque gladio dederunt, dei imperiis innixi, excepta Raab meretrice: quæ ob id cæteris per-

B euntibus periculum euasit, quòd illius ope exploratores à Iosue transmissi, & diligentissime ab inimicis conquisiti, regis iram effugissent, vt Iosue 2 habetur. nec non sequenti litera. [Fide enim, ait Paulus, Raab meretrix] quæ diuina virtute ciuitatem Hierico oppugnandam auditis mirabilibus, quę dominus egredientibus filiis Israel ex AEgypto peregerat credidit. Scio enim aiebat vos capturos ciuitatem, audiuimus enim opera vestra, Iosue 2. Vnde quia quæ audierat credidit, [Non periit cum aliis incredulis, quæ exploratores, cum pace & beneuolẽtia, excepit,] vt præmisimus. ℂVerũtamen si hæc meretrix erat Raab.
quomodo ii quibus à Iosue huiuscemodi legatio demandata est, in domum eius concessere? Potuit ne illęsa fama id agi, & præter nominis eorum dispendium? Huius occasione aliquibus placuit, ꝙ Raab quę antea pudicitiam prostituerat ab hac obscœna arte meretricia resipuerat: & honestis moribus vitam instituerat, sicut Marc. 14 legitur, ꝙ Iesus recubuit in domo Simonis leprosi, non quòd lepra tunc inficeretur, sed antea hoc vitio laborans à domino curatus fuerit. Hoc tamen Lyrano ingratum est, Iosue 2, ob id maxime ꝙ postea Raab coniuncta fuerit ipsi Salmon, vt Matt. 1 habetur. qui princeps fuit tribus Iudæ nobilioris: cum qua non contraxisset tali nomine infamata. Et ideo translatio Chaldaica, ait, vbi nos habemus meretricem, mulierem hospitalariam legit Hebræos imitata. Nomen enim hebraicum indifferens est ad meretricem & hospitalariam. Cuius opinioni suffragatur Iosephus lib. 5 antiquitatum cap. 5, affirmans eam hospitio suscepisse peregrinos & aduentantes. Attamen cum hoc vocabulo versio nostra hic, & in veteri instrumento vtatur, cuius significantia anceps aut ambigua non est penes Latinos: potius sentirem cum Hieronymo, qui Matth. 1 ait, Sciendum in genealogia Saluatoris nullam sanctarũ

C assumi mulierum: sed eas quas scriptura reprehendit, vt qui propter peccatores venerat, de peccatoribus nascens, omnium peccata deleret. Eo tamen loco Raab textus meminit. Ad idem est Hieronymus, psal. 86 versiculum illum edisserens, Memor ero Raab & Babylonis. August. similiter ibidem, & lib. quæstio. super Iosue, quæst. 2, dicens, Illi autem exploratores diuerterunt ad Raab fornicariam mulierem, & ab ea occultati sunt. Ad hæc est Petrus Comestor cap. 2 in librum Iosue, & Origenes homil. 3 in eundem librum. Quòd autem hic Hieronymo satisfacere contendit, dicens, Idcirco eam meretricẽ appellatam, quia de his qui spiritualiter fornicati fuerant, & gẽtilibus idololatris nata esset: hæc sane mystica interpretatio est, quæ historicum sensum prærequirit: quo corruente reliqui subsistere nequeunt. quemadmodum aliquoties dixi, post eundem Hieronymum Amos 4, & Origenem homil. 2 in Genesim. Præterea Hieronymus vtranque & historialem, & mysticam expositionem dicto psal. descripsit inquiens, Memor ero Raab meretricis illius q̃ excepit exploratores Iesu, quæ erat in Hiericho. Et paulo post, Hoc interim diximus secundum historiam, & videtis quomodo de ipsa historia paulatim ad mystica ascendimus sacramenta. ℂSuperest aũt illius argumentum dissoluere, quo suadere adnititur indecorum fuisse mulierem tali crimine insignem Salmon nupsisse. At hoc ipsum fateri nil esse piaculi facile coniicies, modo Hieronymum audias Amos 1, dicentem, Nec culpandus propheta Amos, interim vt sequamur historiã, si meretricem conuertit ad pudicitiam: sed potius laudandus, quòd ex mala bonam fecerit, & in vxorem duxerit, vt textus aperte docet. Cuius Hieronymi verba habentur in cap. finali, 32 quęstio. 1. Nec id me-

D diocrem in proximum dilectionem sed singularem præfert, vt habetur in cap. Inter opera, extra de spõsalibus & matrimoniis. ℂPręter hanc alia suboritur difficultas, quomodo Raab aliis pereuntibus gladiũ effugerit? cum deus Deut. 3 dixisset, Præcipe filiis Israel, & dic ad eos, Quãdo transieritis Iordanẽ intrantes terram Chanaan, dispergite cunctos habitatores regionis illius. Potuit ne Iosue dei præceptum relaxare, aut irritum facere? haud dubie, nequaq̃ id egit Iosue: cum dei iussa ad hos pertinerẽt qui in suis sceleribus obfirmati erant. quibus ii, quorum salus nondum desperata erat, minime tenebantur obnoxii, vt sentit Augustinus lib. quæstio. super Iosue, quæstio. 13. qui de Gabaonitis loquens, quibus similiter filii Israel pepercere, vt patet Iosue 9 ait, Vnde non importune vtiq; credendi sunt, etsi fallere homines pro sua salute voluerunt, non tamen fallaciter, sed vere deum timuisse in populo eius. Præterea nec succensuit postea dominus iurantibus, nec parcentibus, quia vere non simulate deum timuerunt. In cap. quoq; Innocens. §. Vnde datur intelligi 22 quæstio. 4 habetur, Animaduerte Gabaonitas ob solam religionẽ reseruatos fuisse. Huc accedit id Deut. 7, Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis earum gentium quę terram illam inhabitant: neque sociabis cum eis coniugia, filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo, quia seducet filium tuum ne sequatur me. Cum igitur Raab huiuscemodi nõ esset,

quæ fide deum agnoſcebat & reuerebatur,præcepto illo noo erat obſtricta. E

Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon Barac,Samſon,Iepte,Dauid,Samuel,& aliis prophetis,qui per fidem vicerunt regna,operati ſunt iuſtitiam,adepti ſunt repromiſſiones. ¶Tandem cōpēdii gra-
tia & breuitatis,ſeſe nil vltra ſuper fide antiquorum patrum priuatim diſſerere proteſtatur,ne forte dicē
do videretur effuſiot:oon tamen hæc prorſus ſilennio præterit,dicēs, [Quid adhuc dicā?] ſuper hęc quę
recenſui,fidei catalogum texendo,[Deficiet enim me tempus,ſingula,enarrantē] id eſt,totius vitę meæ
tempus epiſtolæ conſcribeudæ noo ſat videretur,ſi omniū ſingula fidei opera perſtriogere moliot.Mul-
ta tamen interim ſuccinćte admodum explicat.Fidem nempe Gedeonis nō ſubticuit,qua marte pugna-
cior effectus,velleris ſigno accepto Madianitarum extructum exercitum parua manu, & treceotis viris
profligauit,Iudic.6.Barac quoq; fidei memiuit,cui cū Delbora dixiſſet,ſurge,hæc enim dies in qua do-
minus tradidit Siſaram, & oēs currus eius io maous tuas:Siſaram perterritū fugauit, Iudie.4.Samſo-
nis præterea reminiſcitur,de quo Iudie.13 ſcriptum eſt,Creuit puer & benedixit ei dominus,cœpitq; ſpi
ritus domiui eſſe cum eo,qui Philiſtęos ſuę genti oppidoq; iufenſos variis plagis affecit,vt patet Iudie.
15,& ſequenti eap.Item Iepte,ſuper quem vbi domini ſpiritus irruiſſet,exercitu filiorum Amoo proſtra
to,multas eorum ciuitates peruaſit,Iudicum 11.Dauid etiam,qui adhue adoleſcens & pene puer, nō vi-
ribus propriis,ſed diuinæ virtuti confiſus Goliad Philiſtæum procerę ſtaturæ peremit,1 Reg.17.Samue
lis inſuper,qui ab infantula ætate & teneris annis deo coofecratus,quàm primum adoleuit fide illi plu- F
rimū acceptus extitit.Puer eoim Samuel proficiebat atque creſcebat,& placebat tam deo quàm homini
bus,1 Reg.2.Nouiſſime verbo vno prophetas complectitur,qui fide claruerunt.Non enim omniū nunc
diſſerenda eſt vita,qui hac præclari fuere.Horum autem aliqui [Vicerunt regna] & hoſtes ſuæ diuoni
ſubegere,vt ſupra patuit de ipſo Gedeone,Barac,& Iepte. Nonoulli vero [Operati ſunt iuſtitiam.]Sed
quinam ſunt iſti?ait Theophylactus. Nimirum Samſon & cęteri quos dixerat ſupra. Hi nāq; ſui gene-
ris,& propioquorum vindicaroot ioiurias,& erga iuſtos elemeotiores ſuot viſi:iniuſtis vero vt hoſtibus
obuiam ſe obtulere.Illud enim æquitatis eſt proprium,vnicuique pro meritis bona maláque impartiri.
Alii autem[Repromiſsiones adepti ſunt,]vbi Chryſoſt. Hoc de Dauid dicere arbitror,cui dictum eſt ꝙ
ſemeo eius ſeſſurum erat ſuper ſoliū eius,iuxta id quod pſal.131 dicitut, De fructu vētris tui ponā ſoper
ſedem tuam.Qood ſecundum hiſtoriam in Salomoue comprobatū eſt:qui mortuo patri ſucceſsit, 3 Re
gum 2.Iuxta vero myſticam intelligentiam in Chriſto adimpletum eſt, qui factus eſt ex ſemine Dauid
ſecuodum earnem,Rom.1.Hæc autem non modo de temporali repromiſsione,ſed & cæleſti accipien-
da duxi:cælum nempe ſancti vi conſecuti ſunt,qua carnem ſpiritui obtemperare elaborarunt: Regnum
enim cælorum vim patitur & violenti rapiont illud,Matth.11.Cui iuterpretationi conſeotit id quod in-
De Gedeone. fra hoc cap.dicitur. Et ii omnes teſtimonio fidei probati uuue ſeu præſenti vita noo acceperūt repro-
miſsiones.De alia igitur & fututa tepromiſsione hie textus intelligēdus eſt. ¶Hoc loco pleraq; oecur-
rūt, q̄ vigilantioris & ſtudioſi lectoris ingeniū obturbare poſſunt, vt eſt id qđ Iudicū 8 ſcribitur,Fecitq; G
Gedeon ex eo aoro videlicet Ephot,& poſuit illud in eiuitate ſua Ephra.Ephrateus quippe erat,forni-
eatuſque eſt omnis Iſrael in eo:& factum eſt Gedeoni & omni domui eius io ruioam.vbi fornicationis
nomioe idololatriam intellexit.Ephot autem illud teſte Auguſt.lib.quæſtio.ſuper librum Iudic.quæſt.
42 confecit Gedeon cōtra dei legem,& morti proximus.Quomodo ergo has repromiſsiones cęleſtes
adeptus eſt?Verum quatenùs hæc res certior habeaiur,perdiſcēdum eſt Ephot inſigne quoddā ſummi
ſacerdotis fuiſſe,autore Hieronymo,Ozee 3.Sciendum autem vt crebro dicimus,ait, Ephot ſignificare
indomentum ſacerdotale,quod io Leuitico & Exodo à 70 Gręce epomis dicitur,id eſt ſuperhumetale.
Ad idem Hieronymus rem hanc diffuſius pertractaos iu epiſt.ad Marcellam,romo 3. Quod ex auro eō
textum io ciuitate propria Gedeon obſeruari iuſsit, & idcirco ſceleris arguitur:cum teſte Auguſt,qoęſt.
41 iu librum Iudicum,præter tabernaculom dei vbi erant iſta,quæ ſibi fieri deus iuſſerat ad cultum &
honorem,eius exēpli ſimile fieri aut haberi oefas erat.Quod textus qui Ioſue 22 habetut,ſatis indicat,
vbi nec ſacrificia,oec qoę illis apta erāt alio loco fieri quàm in tabernaeulo interdicitur.Et idcitco factū
illud fuit Gedeooi & domui eius in ruinam ſeu ſcandalum.Quippe teſte Auguſt.q̄ mioimum ab idolo-
latria diſtabat:qui extra dei tabernaculum quodlibet manufactū pro deo colebat. Gedeonē tamē poſt-
modum ſui peecati pœnituit,vt contextus ſeripturæ illius inſinuat, mortuuſque eſt Gedeou filius Ioab
in ſenectute bona.Si boua,liquet eum tune peecati conſcium non fuiſſe. Ad id autem iuducitur textus
illie à Petro Comeſtore eap.8 in librum Iudicum.Coniicitur,ait,ex hoc ꝙ mortuus eſt in ſenectute bo- H
na,eum poſtea pœniteotiam egiſſe:qui alibi quàm domious cooſtituerat,ſacrificauerat.Ad idem eſt Io-
ſephus lib.5 antiquitatum cap.10.Auguſt.ioſoper qui quęſt.49 in lib.Iudic.ait, Non tamen fruſtra io-
ter fideles & operantes ioſtitiam,Gedeon propter bonam fidelemque vitam,io qua credendum eſt eum
eſſe defunctum,tale in epiſt.ad Hebræos meruit teſtimoniū. Táetū eap. 43 ſuper hac te anceps & ſub-
De Samſone. dubius videatut. ¶Sed rurſus forſan dicet aliqs,Qoid ſanctotū albo Paulos Samſonē inſeripſit?qui ſibi
ipſi mortem cooſeiuit?vt Iudicum 16 habetur.quod nolli aliqnādo licuit. Nemo enim,ait Paolus,Eph.
5,vnquam carnem ſuam odio habuit,ſed eam fouet & nutrit.Hoc nimirū egit Samſon dei conſilio: qui
vitæ & mortis habet poteſtatem,Sap.16.Quod autē diuina inſpiratione mortem ſibi intulerit, teſtatur
Aug.lib.1 de ciuit.cap.26,& lib.2 contra ſecondam Gaudentii epiſtolam cap.23,dicēs, Nam illud ꝙ cū
inimicis occidit & ſeipſum Samſon,quando ſuper ſe atque illos deiecit domum,mortem quam mox ab
eis fuerat perpeſſurus,communem voluit cum eis habere,quia oon poſſet euadere.Quod quidem nou
ſua ſponte fecit,ſed hoc ſpiritui dei tribuendum eſt,qui vſus eſt eo vt faceret quando illi adfuit,quod fa-

A cere non poterat quando idem spiritus defuit. Idem seutit Iosephus lib.5 antiquitatum cap.13. Quod &
textus satis insinuat Iudic. 16, Inuocato enim domino dixit Samson, Domine deus meus meméto mei.
¶ Quod si adhuc quis insistat Chrysost. & Theophylactum producendo, dicétes, Quidam culpát Pau
lum q Barac, Samsou, & Iepte inter sanctos constituerit, cum deum offendisse legaotur. Sed temere id
agunt. Noo enim horum, aiont, nunc discutienda est vita, sed vtrum fide claruerint necne cogitandũ. Fi
dei nãq; non vitæ argumenta hoc loco disquirit Apostolus. Apparet igitur eos peccatis irretitos. Quo-
modo igitur sanctorum coosortio aggregantur? Noo vtique inficior quin Samson aliquando lapsus fue
rit, & à spiritu sancto discesserit, teste Ambro. in prologo 2 libri de spiritu sancto, qui ad mulierem me-
retricem ingressus est, Iudic. 15. noo tamen peccauit seipsum interimendo, nec culpæ ubnoxius diẽ clau
sit extremũ. ¶ Quemadmodũ & Iepte dum improspecte vouit, dicens, Si tradideris filios Amon in ma- De Iepte
nus meas, quicunq; primus fuerit egressus de foribus domos meæ, mihiq; occurrerit, eum holocaustũ of-
feram domino. Quem locum enarrans Ambrosius lib.3 Officiorum, cap.12 inquit, Neque vnquam in-
ducar, vt credam non incaute principem Iepte promisisse, vt immolaret deo quicquid sibi reuerténti oc-
currerit, qoem & voti sui pœnituit postquam filia sibi occurrit. Ad idem Petrus Comestor in librum Iu-
dicum cap.11. Augustinus similiter qui effusius hæc pertractat, quęstio.49 in lib. Iudicũ. Iepte vero, ait,
deo noo iobente, oeqoe poscente, & cootra legitimom eius præceptum vltro sacrificium vouit humanũ
velut ex contextu August. erudite deducit, satisfaciens rationibus quæ parti oppositæ suffragari viden-
B tur. Licet enim dicatur, Factus est ergo spiritus domini super Iepte, uou tameo omnia eius probat facta.
Quemadmodum super Gedeonem factum esse legimus, cuius tamen nonnulla gesta scriptura Iudic.8
aperte improbat, vt visum est. Qui non modo temere vouendo, sed & votum exequendo criminis argui
tur, vt testis est Iosephus lib.5 antiquitatum cap.12, inquiens, Post duos menses filiam Iepte immolauit,
nec legitimum faciens holocaustum oec deo charum, oon vtique deliberans apud animum suom qua-
lis apud cæteros huius facti causa videretur. Quem Petrus Cumestor loco oouc inducto secutus ait, Fuit
ergo io vouendo stoltus, & soluendo stultior. Cui sententiæ suffragatur Ambr. dicto lib.3 de Officiis, Li
cet, ait, pio metu ac formidioe acerbitatẽ durę solutionis impleuerit, tamen luctum anouum etiã poste-
ris deplorandũ statuit. Dura promissio, acerbior solutio, quam habuit lugere ipse etiam qui fecit. crimi-
nis itaq; particeps votum exequendo extitit. His accedit Hierouymus lib.1 aduersus Iouinianũ. A ple-
risque, ait, reprehenditur Hebræorum Iepte voti temerarii, quia dixerit, si tradideris filios Amon &c. Si
canis, ioquiunt, si asinus occurrisset, quid faceret? ex quo volunt dei dispensatiooe factum esse, vt qui im
prospecte vouerat, errorem votorum in morte filię sentiret. Idem quoque Hieronymus, Hieremię 7 in-
quit, Quod si Iepte obtulit filiam suam virginem deo, non sacrificium placet. Hæc interim dixi ob Ly-
ranum, qui eo loco voti Iepte executionem minime culpandam asseuerat: cum filiã ciuili morte uõ oa-
turali, veluti ipse testatur, affecerit, & cum cæteris deo sacratis virginibus recluserit. Prudeoti quidẽ con-
silio id actum fuisset: sed longe secus rem euenisse ex his quæ nunc produximus perspicuum est.

C **Obturauerũt ora leonũ, extinxerunt impetũ ignis, effugauerunt aciẽ gladii,**
conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt extero
rum, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. ¶ Nõ modo homines
fide superatos fuisse, sed & ferocia animantia, & alia id genus mitiora effecta ostendit. Sancti quippe ob
fidem [Obturaoerunt ora leonum,] Vbi glo. post August. hoc per syllepsim intelligi voluit, & oumerum
pluralem loco singularis positum fuisse. Qui loquendi tropus scripturæ familiaris est, vt supra cap.8 do
cuimus. De solo enim Daniele legimus, ait, cui leones misso in lacum longa etiam inedia afflicti nil no-
cuerũt, ipsum eorum ora occlusisse, vt Daniel.6 habetur. Cui interpretationi consentit Ambro. lib.1 de
officiis, cap.35. Chrysostomus vero & Theophylactus textum vt iacet intelligunt. proferentes Dauid &
Samsonem, qui leooum ora, aliter tamen q̃ Daniel, obturaruut eos neci dando, vt 1 Reg.7, & Iudic.14
scribitur. Fide præterea nonnolli [Extinxerunt impetũ iguis] vt tres illi pueri de qoibus Daniel. 3, qui si
dei virtute maiorem in modũ præcelluere. Hæc enim teste Chrysost. vera fides est, vt cum res nobis in-
contrarium eueniunt tunc credamus, quod communi theologorum assertioni suffragatur, asseuerãtium
fidei actum uobis necessarium, cum argumenta insurgunt, & vrgent pietati Christianæ detrahentia. Fi
de alii [Effugauerunt aciem gladii] id est, exercitus gladiis & armis accinctos, vt Gedeon, Iepte, & alii
quorum iam meminimus. Non pauci fide [De infirmitate conualuerunt] & corporis incolumitatẽ sunt
D assecuti, vt Ezechias de quo Isa.68, & alii quamplures, qui noo modo ab infirmitatibus subleuati sunt,
verum etiam fidei merito vita functi nobis redditi sunt, vt patet Matth.8 9, & 15 cap. Hæc autem inter-
pretatio glosæ est, tametsi ad captiuitatis Babylonicę liberationem Chrysost. hęc referat. Quando enim
iam in desperationem res Iudaicę erant, quando iam à mortuis nihil distabant: sub Cyro tamen Persarũ
rege libertati dati fuere & manu missi, velut 1 Esdrę 1, & Hierem.25, & 29 habetur. Qui ad propria re-
deuotes [Fortes facti in bello castra verterũt exterorũ.] Vbi Theophylactos, Hæc eadẽ vel ipsis ex Ba-
byloniis redeuotibus congruont. Hi nãq; cum proxime nationes sibi inuiderent, atque his insultarẽt, dei
virtuti confisi, hostes importuoissimos debellarunt. Fide etiam [Acceperunt mulieres de resurrectiooe]
sen per resurrectionem, filios suos à mortis somno excitatos, Heliseum & Heliam significans, ait Chry-
sost. qui paruulos extinctos fidei merito vitæ pristinæ redditos matribus obtulerunt, vt 3 Reg.17, & 4
Reg.4 constat. ¶ Quẽ textum nõnulli quàm inconsoltissime interpretãtor, qui teste Lyrano dixere mu
lieres maritos & viros proprios excitatos à morte denuo accepturas, tanquam si morte matrimoniũ nõ
dissoluatur. Qoibus aperte pugnat id Pauli Rom.7, Si mortuus fuerit vir eius, soluta est mulier à lege vi
ri. Et id 1 Corinth.7, Mulier alligata est legi viri, quanto tempore viuit vir eius. quod si dormierit, solu-

ta est à lege viri:cui vult nubat.Est & illud Matth.22,vbi Saluator dixit,In regno cælorum non nubent E neque nubentur.

Alii autem distenti sunt non suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem. Alii vero ludibria & verbera experti insuper, & vincula,& carceres. Lapidati sunt,secti sunt,tentati sunt,in occisione gladii mortui sunt. Circuierunt in melotis,in pellibus caprinis,egentes,angustiati,& afflicti:quibus dignus non erat mundus:in solitudinibus errantes,in montibus & in speluncis,& in cauernis terræ. ¶Postremo eorum exempla qui fide grauiora incōmoda perpessi sunt,recenset. vt enim peccatores ociū semper,& prosperitas consociatur: sic Christi opprobrium iustos persequitur,vtcunq; fuerit illatum. [Alii siquidem distenti sunt]eculeo,& aliis cruciatibus expositi,vt 2 Maccabæorum 5 constat,de paruulis crinibus appensis,ꝙ circuncisi fuissent cōtra iniquum Antiochi decretum. Alii vero ab vberibus matrum extracti è muro ciuitatis præcipitati sunt, 2 Maccab.6.Alii item aliis contumeliis acerbius affecti sunt,ꝙ dei legem obseruarant cap.sequenti.[Nō suscipientes redemptionem]& à tormentis liberationem,quod vtique liberum illis exitit.Poterāt enim tyrannorum imperiis parêre,& hunc in modum ab illatis suppliciis erui.Quod tamen fide constantiores effecti recusarunt,[Vt meliorē inuenirent resurrectionem,]& futura vita maiorem à deo gloriam cōsequerentur. Quo enim quis maiora experitur supplicia,eo excellētius pręmiū præstolatur. Stella enim differt à stella in claritate,& sic erit resurrectio mortuorum,1 Corinth.15.Alii præterea fidei magnitudine superiores[Ludibria & verbera experti sunt,]nulla tamē iniuria fracti,vt patuit in Heliseo,cui à minutioribꝰ pueris illudebatur,4 Reg.2. Dauid quoq;,cui Semei maledixit nulla prorsus ob id impatiētia motus est,2 Reg.16.[Alii verbera experti sunt]vt Micheas propheta ob veritatē detectam, à Sedechia pseudopropheta inique percussus,3 Reg.vlt. [Vincula insuper alii & carceres] experti sunt,vt Hieremias,Hiere.32,& 33.Micheas & apostoli ipsi,vt Paulus 2 Corinth.11 ait,In laboribus plurimis,in carceribus abundantius,in plagis supra modum,in mortibus seu mortis periculis frequenter.Alii autem[Lapidati sunt]vt Hieremias in AEgypto,teste glo.interlin.& Ezechiel in Babylone,velut Saluator Iudæis succenset,Matth.23,dicens,Hierusalem quæ occidis prophetas,& lapidas eos qui ad te missi sunt. Alii [Secti sunt,]seu serrati sunt,vt legit Hieronymus,dicēs,hūc passum de Isaia serra diuiso fore intelligendum,Isa.56.Vel certe inquit Isaiam de sua prophetare morte,eo loco intelligendus est,ꝙ videlicet serrandus esset à Manasse serra lignea. Vnde plurimi nostrū illud quod de passione sanctorum in epistola ad Hebræos ponitur,Serrati sunt,ad Isaiæ passionē referunt. Idem Hieronymus ait Matth.26.Ambrosius similiter,Luc.23.Alii insuper [Tētati sunt]variis promissionibꝰ inuitati vt seducerētur,& à deo desciscerēt,sicut Matathias,& filii eius,1 Maccab.2.Alii[In occisione gladii mortui sunt] ꝙ idololatriam detestarentur,2 Maccab.6,& sequenti.Quæ vero subsequuntur,de prophetis accipiēda esse vult Hieronymus,Ephe.1 hanc literam explicās,qui [Circuierūt,]& diuersas orbis partes peragrarūt [In melotis, G & pellibus caprinis] id est vili & contemptibili veste.Melota quippe,vt placet Theophylacto,pellis ouina est.Hinc de Helia 4 Reg.1 scribitur,ꝙ vir pilosus erat,& zona pellicea accinctis renibus.Et de beato Iohanne Baptista,Matth.3, & Luc.3.Ipse autem Iohannes habebat vestimentum de pilis camelorū, & zonam pelliceā circa lumbos suos.¶Ex quibus cōpertum est,sicut vita & conuersatione,ita & vestitu eos qui arctioris vitæ institutum profitebantur à reliquo populo diuisos fuisse. Cōtra quempiam qui in scholiis suis in epistolam Hieronymi ad Rusticum monachum ait, De monasterio certo,de figura, aut colore,aut materia vestis,nulla vsquā mentio:tantum eiusmodi est,vt nec sordibus hypocrisim, nec nitore fastum præ se ferat.Miror tamen hūc in limine offendisse,cū eadem epistola dicat Hieronymus, Viuebat in eremo beatus Iohānes, vestis eius aspera,zona pellicea,& omnia virtuti & continentię pręparata.Quæ nō eousque studiose expressisset,si monachis materiæ vestis,& vilitatis cura nulla foret habenda.Et rursus eadem epistola,Vidi ego quosdam qui postquam renunciauere seculo,vestimentis dūtaxat,& vocis professione,non rebus nihil de pristina conuersatione mutarunt. Constat itaque eos qui derelicto seculo institutum monasticum arripiebant, certa veste ab aliis distinctos Hieronymi temporibus. Ad idem est Hieronymus in epistola ad Paulinum de institutione monachi,Denique,ait,& tu audita sententia Saluatoris,Si vis perfectus esse,vade & vende omnia quæ habes,& veni sequere me, verba vertis in opera,& nudam crucem nudus sequeris expeditior & leuior,tunicam mutas cum animo. Tunc igitur monachis vestis erat peculiaris.Quod autem locis ab aliis distarēt, manifeste insinuat,dicens,Et H vt ad scripturam redeā,noster princeps Helias,noster Heliseus,nostri duces filii prophetarū,qui habitabant in agris & solitudinibus,& faciebāt tabernacula prope fluēta Iordanis.De his sunt & filii Rechab qui vinum & sicerā non bibebant,qui morabātur in tētoriis.qui dei per Hieremiam voce laudātur,cap.35,& in epistola ad Theophylum.Idcirco enim,ait,& nos patrias nostras dimisimus,vt quieti absq; vllis simultatibus in agris & solitudine viueremus.Super qua re plura scripsit in epistola ad Eustochium de custodia virginitatis.Ex quibus liquido coniicitur,Hieronymum horum meminisse, & ante eū scripturam.Demū describit eos qui fide deo placuerunt,& bonis cælestibus ditiores præsenti vita[Egētes] erant,ait Paulus, & bonorum temporalium subsidio destituti vt Helias,qui fame & inedia laborans cibum suscepit à coruis & muliere vidua,3 Reg.7.& Heliseus qui pane alieno vescebatur,4 Reg.4.Fuere insuper [Afflicti]poenis & laboribus diuersis,vt idē Helias qui nimio labore defatigatus,à facie Iezabel fugiens obdormiuit subter iuniperum,3 Reg.19.& plerique alii [Quibus dignus nō erat mūdus].q.d.secundum Theophylactum,Nō enim illud potestis obiicere,eorum sceleribus eos fuisse mala perpes-

De vestitu monastico.

A sos, quippe tales erant vt maiores essent q̃ mũdus, vt qui cælo essent non mundo digni. Et idcirco ab ho
minibus mundo deditis, & voluptatibus illectis has persecutiones sufferebant. Quod suis euenturũ Chri
stus prædixit, Iohan. 15, Si de mũdo fuissetis, mundus quod suum est diligeret: quia vero de mundo non
estis, sed quia elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Et vt hos persecutorũ impetus deuitarẽt,
teste Hieronymo, Ephe. 1, In solitudinibus errantes erant, montibus, & locis inhabitatis, & desertis, & in
speluncis, & cauernis terrę, locisq; secretioribus latitabant. Cuiusmodi loca nec per quietem licebat in-
colere, quin ex his etiam tanquam ex latebris, aliis persequentibus & mortem intentantibus fugarentur,
modo huc modo illuc diuagantes longis erroribus vexabantur. Quo loco Paulus anachoritarum vitá
apposite descripsit, si Cassiodoro lib. 1 Tripartitæ historiæ, cap. 10 creditur. Alii vero dicũt, ait, huic cau-
sam fuisse cõuersationis monasticę persecutiones, quæ religionis causa per tempora prouenerãt: & quo-
niam fugientes in montibus, vallibus, desertisque morabantur, ad modum se vitæ huius assueuerũt, siue
AEgyptii, siue alii quidem huic ab initio philosophię præfuerunt. Illud tamen apud omnes constat, quia
ad summá reuerentiam atque perfectioné moribus exercitatioribus & decentioribus peruenitur, & hác
conuersationem vsq; tunc perduxit Antonius maximus monachorum. Hæc ille. Quod communi fama — Monasticæ institutionis origo.
comprobatum est, vt testis est Hieronymus in vita Pauli eremitę describenda, dicens, Inter multos sæpe
dubitatum est, à quo potissimum monachorum eremus habitari cœpta est. Quidam enim altius repetẽ-
tes ab Helia & Iohanne sumpsere principium. Alii (in quam opinionem vulgus omne consentit) asserũt
B Antonium huius propositi fuisse caput, quod ex parte verum est. Non enim tam ipse ante omnes fuit, q̃
ab eo omnium incitata sunt studia. Alii Paulum quendam Thebeum principem istius rei fuisse dicunt,
quod nos etiam comprobamus. Huc pertinet Chrysost. Qui priori sententiæ Cassiodori subscribẽs, ho-
mil. 56 ad populum inquit, Fora náq; fugientes, & ciuitates, & medios tumultus, in montibus vitam ele
gerunt, cum præsenti nihil commune habentem, nihil sustinentem humanum: ii iam quæ sunt regni me-
ditantur, in saltibus conuersantes & montibus, & speluncis, & quiete multa: & super hæc omnia cũ deo,
& ab omni quidem eis munda tumultu domũcula. ¶ Verũ quatenus hæc res dilucidetur, consideremus — Monachorum genera varia.
his qui monasticæ disciplinæ se deuouebant, diuersam viuendi consuetudinem olim fuisse. Tria nanque
(ait Hieronymus) in epistola ad Eustochium de custodia virginitatis monachorum genera sunt. Primũ
Cœnobitę, quos in communi viuentes appellare possumus. Secũdum Anachoritę, qui soli habitant per
deserta, & ab eo quod procul ab hominibus recesserunt nuncupantur. Tertium genus est quod Reme-
both dicunt, deterrimum atque neglectum: ii bini vel terni, nec multo plures habitant, suo arbitrio ac di
tione viuentes. Anachoritarum autem vitam mire effert, quos cœnobitis præferre videtur. Ad tertiũ ge-
nus veniam, ait, quos Anachoritas vocant qui de cœnobiis exeuntes pane & sale ad deserta nihil perfe-
runt amplius: cuius vitæ autor Paulus, illustrator Antonius. talem antẽ virum Hieremias describit, Thre
norum 3, Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius & tacebit, quia le
uabit se super se, ad contemplanda cælestia videlicet. Quo loco vtrorũq; vita Hieronymo plurimũ pro-
C batur. ¶ Hic paulisper gradũ sistant oro, qui male consulti hoc sanctioris vitę propositum, & monasticę
disciplinæ institutum exibilant, probro ducunt, & explodere moliuntur. quorum mores, & incunabula
Hieronymus locis iam inductis apte depinxit: & vt rem paulo altius repetamus, Basilius Magnus hoc vi
uendi genus velut præstantissimum & pene diuinum tractatu qui de laudibus cœnobitarum inscribitur
extulit. Primum quidem ii qui societatem inter se, ait, vitamque seruauit communem, ad antiquum secũ-
dum naturam reuerti bonum videntur. Hác ego appello in qua possessionum proprietas abiicitur, sen
tentiarum dissensio ac pugna remouetur, deniq; turbatio omnis & lis, & contentio expellitur. Commu
nia sunt omnia, animi sententiæ, corpora, & ea quę corpora nutriunt & curant. Communis deus, pieta-
tis administratio, salus, certamẽ, labor. Communes, inquam, animę, vbi multi sunt vnus, & vnus nõ so-
lus sed in pluribus. Quid igitur huic vitæ par? quid beatius? quid coniunctione in vna serie & vnitate fir — Monasticæ laus & vtilitas.
mius ac tutius? quid morum ac mentium conspiratione iucundius? Homines diuersis moribus & diuer-
sis patriis venientes in tantum venire consensum, vt vnam animam pluribus corporibus, & multa corpo
ra vnius sententiæ organa conspicere liceat? Harmonia concordiæ quadam eos conciliante. Deinde ali
quibus interpositis adiecit. Tales ab initio deus esse nos voluit ac constituit, tales inquam, antiquũ in or-
be patris nostri Adam, qui nos eo priuauit, renouantes bonum. Diuisio náq; & discordia, & bellũ in ho-
minibus non essent, nisi peccatum naturam violasset. Hi demum Saluatoris nostri institutum imitãtur.
Velut enim ille qui discipulos sibi delegit, communia his fecit omnia, communemq; se Apostolis tradi-
D dit, & hi magistro obtemperantes fuere, sic & ii pulcherrimæ vitæ formulam custodientes, & apostolo-
rum, & domini institutum diligentissime seruant. Quin & angelorum vitam æmulantur. Non est in an-
gelis contentio, non lis, non iurgium, sed quilibet ea quæ sunt omnium habet, & omnes apud se bona o-
mnia de communi promunt. Hæc Basilius. Qui viuendi regulam cœnobitis luculenter præscripsit, vt se
quenti tractatu constat. Quod autem naturæ integræ præcepta, prout hominis sufferre conditio, huiusce
mundi homines obseruant: id argumento est, ꝙ statu illo perseuerante omnibus omnia communia fuissẽt,
quemadmodum & ipsis, vt Damascenus refert lib. 2, cap. 12. Nempe super bonorũ diuisione nihil sacris
scripturis proditum est, donec diluuii inundatio terrá vniuersam peruasisset. Genesis quippe 10 legim⁹,
Ab his diuisę sunt insulæ gentium in regionibus suis, vnusquisque secundũ linguam suam, & familias in
nationibus suis. Quod non nisi hominum malitia, & habendi immoderata cupiditate, dominandiq; ef-
frenata libidine inoleuit. Idcirco q̃ plures castimoniæ studio lacessiti, quo auaritię ignem hunc inextin-
guibilem effugerent, & deo expeditius vacarent, hoc tam saluberrimum institutum, etiam ante Christũ
incarnatum, amplexari totis viribus desudarunt. Filii enim prophetarum, ait Hieronymus dicta episto-
la ad Rusticum monachũ, quos monachos in veteri instrumento legimus, ædificabant sibi casulas pro-

Esseni. pe fluenta Iordanis, & turbis vrbium derelictis polenta, & herbis agestibus viuebát. ¶ De Essenis quoq; E
qui inter Iudæorum philosophos præcipui habebantur, refert Iosephus lib.18 antiquitatú, cap.2, & lib.
2 de bello Iudaico, cap.7. Quod Iudęi erant mutuo inter se amore cóiunctissimi. qui & præter cæteros
voluptates quasi quædam maleficia vitabant, qui & diuitiarum contemptores erant, apud quos rerum
Rechabitæ. communio admirationi habebatur. ¶ Præterea núquid legimus de Rechabitis, quorú iam meminim⁹, ꝙ
religiosę præ cæteris degentes, nullius rei possessione tenebantur obstricti: quo liberius philosopharen-
Nazarei. tur, & deo intenderét, vt Hieremiæ 35 habetur. ¶ Erant insuper Nazarei deo addictissimi, quorum nó-
nulli ad tempus illi se consecrabant. De quibus Numer.6, Alii perpetuo voto obstrictos sese deo offere
bant, cuiusmodi fuit Samuel, 1 Reg.1, & Samson Iudicú 13. De his scribens Origenes, homil.24 in lib.
Numerorum ait, Ille vero qui appellatur Nazareus, semetipsum deo deuouit, hoc est enim votum Naza
rei, quod est super omne votum. Nam filium offerre, aut filiam, pecus, aut prædium, hoc totum extra nos
est: Semetipsum deo offerre, & non alieno labore sed proprio placere, hoc est perfectius & eminentius
omnibus votis. quod qui facit verus Christi imitator est. Qui dedit homini terram, mare, & omnia quæ
in eis sunt in obsequium: post hæc autem semetipsum. Et rursus homil.26. Cósidera, inquit, alios esse pa-
ratos, vt nullis omnino se implicent negociis secularibus, vt placere possint ei cui se probarunt. Qui hu
iusmodi sunt, summa bellatorum nuncupantur: quod de communi numero bellatorum dictum non est,
sed de his de quibus scriptum est, Erat autem credentium cor & anima vna: nec quisquam eorú aliquid F
proprium dicebat, sed erant eis omnia communia. His accedit Chrysostom. qui homil.69 in Matth. ait,
Quid enim præsentium rerum iucundum est? Quid porro voluptuosum? Liberius enim vos hodierno
alloqui die constitui. Ferte igitur obsecro, vt facile videatis monachorú, & crucifixorum vitam, quę one
rosior vobis ac molestior solet videri. Multo hac tenera, molli, & flexibili, iucúdiorem esse. Cuius rei vos
ipsos audeo testes citare. Qui in periculis nonnunquam vestris, ne in calamitates, & ęrumnas incidatis
mortem optastis, & illos qui in montibus & speluncis degút. Qui cęlibem vitam & minime negotiosam
viuunt, beatos vere ac ex animo appellastis. Et pleraq; id genus eo loco scripsit. Quæ ne lectoris stoma
cho officiam pertranseo. Quodque idem Chrysost. vt facundo ac venusto, idque more suo, ita erudito
stylo prolixius scripsit tribus illis libris, quos aduersus vitæ monasticæ vituperatores scripsit. Et homil.
illa 56, & sequéti, quibus titulum prętulit de vita monastica. Subiiceo deniq; quod August. pertractauit,
epistola 190, vitæ illi normam præstituens. Quæ similiter lib.8 cófessionum, cap.6 super hac re scri-
psit, & lib.1 de moribus ecclesię catholicę cap.31. Necnon lib.3 contra literas Petiliani Donatistæ cap.
41. Quo Iq; tractatu illo cui titulum indidit regula Augustini, tametsi eo loco quispiá in suo epitoma-
te, illum non esse Augustini, saltem eiusdem 1 & 3 caput dicat. Multo tamen aliter senties, si sermones
6 priores ad fratres in eremo eiusdé Augustini accuratius perlegeris. Quodque Possidonius dixit in vi-
ta eius describenda cap.11. Quod si scripturæ testimonia requiras, habes in primis locum illum Act.4, G
Multitudinis credétium erat cor vnum & anima vna &c. Quem ad hoc inducit Origenes dicta homil.
26 in librum Numerorum, & Chrysost. dicta, homil.69 in Matth. & cæteri doctores. Quód auté textus
ille intelligendus sit, de his qui se Christo consecrarant, & non de omnibus Iudæis apparet: ex his q̄ su-
pra cap. proximo dictum est, Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis. Quod Paulus dixit
Iudæos alloquens in Christú credentes, Ex quibus liquet sicut eo loco annotauimus: non omnes Iudęos
Christi fidem profitentes, bonis & patrimonio cessisse. Alioqui quid Paulus super huiuscemodi toleran
tia direptionis bonorum eos commendaret? Ad idem est illud Matth.4, & Luc.5, Relictis omnibus se-
cuti sunt dominum vbi paupertatem simul & obedientiam designauit. De castitate vero habes id Mat-
thæi 19, & Marci 10, vbi Christus alloquens discipulos dixit, Amen dico vobis, ꝙ vos qui sequuti estis
me, in regeneratióe cú sederit fili⁹ hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super duodecim sedes
iudicantes duodecim tribus Israel. & omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patré, aut
matrem, aut vxorem, aut filios &c. Constat ergo ob Christum etiam vxores non accepisse discipulos,
quos Christus alloquebatur, vt etiam notat Hieronymus lib.1 aduersus Iouinianum. Ideo non abs re
August. lib.17 de ciuitate, cap.4 dixit apostolos tria illa solennia vota emisisse. Pene ociosum duxi recé-
sere Iohannem Hus in Concilio Constantiensi sessione 15 damnatum fuisse, quód institutum monasti-
cum culparet & reiiceret.

**Et hi omnes testimonio fidei probati núc non acceperunt repromissioné, H
deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis cósummarentur.**

¶ Nouissime ostendit quemadmodú tametsi pene innumeris malis affecti quod in certiorem spem ve-
nerant, adepturos se tandé bona perpetua: & idcirco pœnas tam acerbas animęquiores tolerabant. [Et
hi omnes, ait, quos iam recensuit, fidei testimonio probati, nunc non acceperunt repromissionem] quia
vita functi sui laboris præmium præstolabátur, donec Christus incarnatus esset, passus, & à morte excita
tus in cælum concessisset: qui initiauit nobis viam nouam & viuentem. & ita glo. hunc locum interpre-
tatur. Aliter vero Theophylactus & glo. interlinearis, quód nondum perfectam & consummatam glo-
riam adepti sint, quorum corpora in cineres resoluta iacent: animæ autem certissimum gloriæ & hono
ris pignus consequuntur. sed futuro iudicio mortale hoc corpus induet immortalitatem, 1 Corinth.15.
Et hoc [Deo pro nobis aliquid melius prouidente, vt non sine nobis consummaréntur.] hoc est, perfectá
vtriusque animæ & corporis gloriam sine nobis non adipiscantur: ne, teste Theophylacto, nostra videá-
tur hic vendicare, si coronantur priores. Vnum enim omnibus coronandis dominus statuit tempus. Cui
interpretationi suffragatur illud Apoc.6, Et datæ sunt illis (martyribus videlicet Christi causa interem-
ptis, ait August. homil.5 in Apocalypsim) singulæ stolæ albæ, seu animæ beatitudo: & dictum est illis, vt

A requiescant tempus adhuc modicum, donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum qui interfi-
ciendi sunt. quo videlicet tempore eorum corpora à tyrannis conscissa & dilaniata perenni immortali-
tate donabuntur. Potest & aliter iudicio meo exponi, salua tamen peritiorũ cẽsura. vt sensus sit, ii omnes
testimonio fidei probati, nunc non acceperunt repromissionem, id est præsenti vita sui laboris mercedẽ
consequuti non sunt. Nunc enim videmus in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, 1 Corint. 13. [Deo
pro nobis aliquid prouidẽte &c.] Qui futura vita quæ nos omnes manet, coronas multo præstantiores
q̃ hic contingere possint largietur. Expectantes enim sumus beatam spem, & aduentũ gloriæ magni dei,
& Saluatoris nostri Iesu Christi ad Titum 2. Huius literę occasione nonnulli erroris argumẽtũ accepe-
re. quem supra cap. 9 scripturæ testimoniis confutauimus.

EXPOSITIO CAP. XII.

Deoque & nos tantam habentes impositam nobis nubem testiũ deponentes omne pondus & circunstans nos peccatum.

I ¶ Post fidei commendationem, quam intermiserat, patientiæ exhortationẽ repetit, di-
cens, [Ideoq;] quia ii quorum meminimus, tot & tanta vitæ discrimina, fidei oculos
in deum intendentes, ęquiori animo sustinuere, [Et nos tantam habentes impositam
B nubem testium] hoc est, in exemplum fidei & bonorum operum testes pene innumeros habentes nõ so
lum noui, sed & veteris instrumenti: quos diuinæ constat perhibuisse magnitudini testimonium. Multi-
fariam enim multisq; modis olim deus patribus in prophetis locutus est. [Deponentes omne pondus
peccati] id est, terrenorum onus, & curarum ac studiorum molem, vt aiunt Chrysostomus & Theophy
lactus, & reliqua id genus, quæ ad praua facinora illiciunt. Qui enim amat periculum, peribit in illo, Ec
clesi. 3. Vel certe peccati pondus peccata minuta & venialia, quæ ad capitalem culpam inducunt, accipi
possunt. Illa siquidẽ, vt placet August. epist. 108 ad Celeuciã, si collecta cõtra nos fuerint, ita nos graua-
bunt & opprimẽt, sicut vnũ grãde peccatũ. Qui rursus psal. 106, & 129 ait, Congeriẽ minuta peccata, &
ingentẽ faciũt aceruũ. Nam & grana minuta sunt, & tamẽ faciũt aceruũ. & guttę minutę sunt, & faciũt
flumina, & mõtes obruũt. Ideo põdus hæc dicuntur. Quę prudẽti intellectu accipiẽda sunt, vbi videlicet
quis ea neglexerit, quibus se propẽsiorẽ ad deteriora peragẽda agnoscit. Sicq; qđ natura & re ipsa venia
le est, circũstãtia accedẽre grauiorib' flagitiis adnumeratur. Minuta sane peccata si negligũtur, occidũt,
vt ait August. tractatu 12 in Iohãnẽ. Huic nostrę assertioni suffragatur idem Agust. qui psal. 52 locum il
lum interpretatus, Sap. 2, Coronemus nos rosis antequam marcescant, Vbiq; relinquamus signa lætitię
nostrę inquit: Deinde quid sequatur aduerte, opprimamus iustum. Lenia videbantur loqui iãdudum di-
centes, coronemus nos rosis. Quid delicatius? quid ipsis lenius? sperares de hac lenitate cruces aut gla-
dios? Noli mirari. Lenes sunt radices spinarum, siquis eas contrectet non pungitur: sed quo pungeris in-
C de nascitur. Ita de veniali quod capitale vitiũ sibi asciuit sentiamus. ¶ Ex his quæstio illa sopita videtur,
qua nõnulli sciscitantur, sit ne in eum animaduertendũ censura ecclesiastica, qui peccato veniali tenetur
obnoxius? In Concilio quippe Agathensi, actione 3 in hunc modũ deliberatũ est. Episcopi vero si sacer-
dotali moderatione postposita, innocentes aut minimis causis culpabiles excõmunicare præsumpserint,
aut ad gratiam festinantes recipere fortasse noluerint, à vicinis episcopis moneantur: q̃ si parere nolue-
rint, communio illis vsque ad tempus synodi denegetur. Item in Concilio Aluernensi, cuius verba habẽ
tur in cap. Nullus, 11 quęst. 3 dicitur, Nullus sacerdotum quempiam pro paruis & leuibus culpis à com
munione suspẽdat. Et in Cõcilio Meldensi, de quo in cap. Nemo eadem quæst. Et causa excommunica-
tio non nisi pro mortali debet imponi crimine, & illis qui aliter non potuerint corrigi. Prætcrea excom-
municatus potestati satanę traditur, 1 Corinth. 5, Tradidi huiusmodi homiẽ satanę, vt spiritus eius sal-
uus sit in die iudicii. Sed veniale à dei gratia non excludit, ergo illo solũ irretitus potestati eius tradi ne-
quit: alioqui & Christi & satanę membrum censeretur. Contra illud Pauli 1 Corinth. 6, Nulla conuẽtio
Christi ad Belial. Idcirco ob venialem dũtaxat culpam hoc spiritali gladio nemo cõficiendus est. At vbi
veniale peccati & sceleris grauioris põdus esset, & ad ipsum pelliceret, huiuscemodi gladio spiritali ra-
tione talis circũstantiæ rescindi posset. Dicit itaq; Paulus deponẽtes omne pondus & circũstans nos pec
catũ. Quo loquendi tropo teste Chrysost. Paulus vtitur, qđ nos peccatũ facile circũueniat, siue q̃ ipsum
facile circũueniri possit. Magis enim hoc arbitror inquit, Liberũ quippe est nobis si velim' p̃ualere pec-
D catu. Ideo in exẽplari Gręco sic haberi, testatur Theophyl. Et facile circũdãs nos peccatũ. Est nãq; haud
difficile sed perfacile, si modo lubeat, praua quæque superare facinora. Quid ergo, dices, inquit beatus
Iohannes? Si dixerimus quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nõ est, 1 Io
han. 1. Quem locum edisserens August. lib. 14 de ciuitate cap. 9 ait, Non enim qualiũcunque hominum
vox est ista, sed maxime piorum multumque iustorum atque sanctorum. Nunc autem satis bene viuitur
sine crimine, id est mortali culpa. Sine peccato autem qui se viuere dicit non id agit vt peccatum nõ ha-
beat: sed vt veniam non accipiat. Ad idem est August. psal. 118, & lib. 1 retract. cap. 7, dicens, Feruorem
charitatis præsenti vita, non adeo perficere hominem vt nullum insit vitium: futura autem sic. Quem-
admodũ, ait, illud Ephe. 5, Christus dilexit ecclesiã, & tradidit semetipsum pro ea, mũdans eam lauacro
aquæ in verbo vitę, vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculã aut rugã, sed vt sancta
sit: cum tota ecclesia dicat, Dimitte nobis debita nostra: non hic erit aliquãdo sine macula, sed in futu-
ro seculo: fuit tamen tempore passionis cum in sola virgine tunc manserit ecclesia: quæ criminis prorsus
expers extitit. Ad idẽ est August. 19 eiusdem lib. & 2 retract. cap. 33, epistola quoq; 50 ad Bonifaciũ. His
responderi potest ex eiusdẽ August. sententia dicto psal. concione 2. Quod hic de mortali peccato aga-
tur, beatus Iohannes de veniali locutus sit. Erat nãque B. Iohannes dum hæc loqueretur, sicut & cæteri

apostoli in dei gratia obfirmatus,autore Paulo qoi Rom.8 inquit,Certus sum eoim q̃a neq; mors,neq; E
vita,neq; angeli,neq; principatus,neq; virtutes,oeque creatura aliqua poterit nos separare à charitate
dei,quæ est in Christo Iesu.Sed quodcunque veniale possit homo deuitare necne, plerisque subdubium
est.Verũtamen id homini concessum dei gratia vires suppeditante ,:verius percenserem. cũ August. lib.
2 de peccatorũ meritis & remissione cap.6,post multam digressionẽ,& prolixam huius rei disquisitio-
nem,tandẽ conelodat,Qui dicunt esse posse hominem in hac vita sine peccato,non est eis cõtinuo im-
pudenti temeritate obsistendum.Si enim posse esse negaoetimus,& hominis libero arbitrio qui hoc vo
lendo appetit,& dei virtuti,vel misericordiæ, qui hoc adiuuando efficit,derogabimus. Sed alia quæstio.
Vtrum esse possit,alia vtrum sit.ad priorem rursum respondens ait,Posse dei gratia & libero arbitrio id
contingere.Ad secundã vero nec esse,nec fuisse,aut futurum aliquem,excepto Christo & eius immacu
lata matre.Priores itaq; Augustini autoritates factum non possibilitatem indicant.Itẽ vt testatur Hiero
nymus lib.3 aduersus Pelagianos,in nostra positum est potestate peccare,vel non peccare, ad bonũ vel
malum manũ extendere,vt liberum seruetur arbitriom.Nam vt superius dixi cap.10, Voluntarie nobis
peccantibus non inuite aut coacte . Non igitur quis necessitate obstringitur veniali culpę:quod tamen
eueniret si omnia collectim sumpta homo vitare nequiret.At forsan proferes Hieron.qui in procemio
primi lib.aduersus Pelagianos inter errores Origenis hunc scripsisse videtur,ꝙ possibile dixerit cum se
quis ad meliora conuertit,ad tantam fortitudinem peruenire vt vltra peccare non posset. Longe tamen
secus est,dicebat nempe hominem Origenes liberi arbitrii virtute prędituum seclusa dei gratia id posse: F
velut docet idem Hierony.lib.1 adoersus Pelagianos.Qui eodem procemio Origeni succenset,quod di-
xerit impossibile esse humanam naturam à principio vsque finem non posse peccare.

Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in autorem fidei & cõsummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta,atque in dextera sedis dei sedet. ¶Vbi eos edocuit quid
agendum foret,quo expeditiores essent in certamine ineundo,omniaq; procul releganda quę nos prę-
pedire possent,quemadmodũ qui in agone contendunt ab omnibus se abstinent,1 Cor.9. Demũ ad spi-
ritale certamen eos cohortatur dicens, [Per patientiam] qua æquanimiter persecutiones sufferuntur,
[Curramus ad propositom nobis certamen],martyrii ait glo.interlin. Præsertim diuinę gratię confisi.
q.d.non solum mortem nobis ob Christi causam illatã perferamus:verũ vltro obuiam euntes pro Chri
sto nos victimã offeramus.Ex quo perspicuũ est,non omnia scripturis prodita pręcepo esse:sed nõnulla
consilii.Quanq̃ enim mortem ob fidẽ mihi oblatã ęquo animo sufferre tenear, nec tormentis cedere,vt
docet Aug.lib.10 de ciuitate cap.36,& satis id suadet Paulus 2 ad Timot.4,dicẽs, Demas me dereliqt
tẽpore aduersitatis,ait glo.Diligens hoc seculũ,& abiit Thessalonicam vitę huius amore accitus. Ideir-
co probro illi datur.Attamen se vltro & sponte inimicorũ gladiis obiicere,id quod Paulus hoc lo co sug
gerit,cõsilii est.Legimus enim Paulum sępe aduersarios vitę eius iosidiãtes quandoq; fuga, Act.9,& 14 G
cap.nonnunquam prudentia, & sapienti consilio elusisse,vt Act.16,19,& 21,& duobus sequentibus ha-
betur.Quin Christus aliquoties ioimicis persecutoribus cessit,Iohã.8 & 10 cap.Subinde Christũ totius
patientiæ exemplar ob oculos ponit,quo cœptũ cursum liberios exequantur.[Aspicientes,inquit,& ocu
los fidei intendentes io autorem fidei & consummatorem Iesum]qoem haud secus spectemus ac solent,
qui artis alicuius fieri volunt peritiores,opificem ipsum vel operantem magistrum circũspecte attẽdũt.
Autorem fidei teste Chrysostomo idcirco Christum dixit:ꝙ ipsam infundat secundũ diuinę naturæ dis-
pensationem,qui Iohã.15 dixit,Non enim me elegistis,sed ego vos elegi.Fidei sacramẽtorũ participes:
& Ephe.1,qui elegit nos in ipso Christo ante mundi cõstitutionẽ:vt essemus mũdi & immaculati in cõ
spectu eius.Secũdũ vero inferioris & humanę naturæ dispensationẽ fidei dogmata prædicando aposto-
los edocuit:quorũ scripturis super his qoę fide tenẽda sunt instruimor.Deus enim locutus est nobis in fi
lio soo,supra cap.1. & Iohã.1,Vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit nobis . Qui etiã cõsumma-
tor dicitur:Vel ꝙ credentibus cõsummatam & perfectã gloriam largiturus sit,1 Pet.3, Deglutiuit mor-
tem vt vitæ æternę hęredes efficeremur.Et Iohã.3,Qui credit io eum habet vitã ęternam:Vel certe con
summator dicitur,quia fidem nostram variis prodigiis,& miraculis illustrem effecit. Qui Iohã.10 aie-
bat,Si mihi nõ vultis credere operibus credite,& cap.14,Propter opera ipsa credite.& sequenti Si ope-
ra non fecissem in eis,quæ nemo alius fecit peccatũ non haberent. Qui insuper proposito gaudio susti-
nuit crucem,quia sponte & volens crucis mortem subiit.Non enim si libuisset huiusmodi mortẽ perpes- H
sus fuisset,Potestatem enim dicebat,Iohan.10, habeo ponendi animam meam,& iterum sumẽdi eam.
cũmque mors illi acceptior foret,confusionem & ignominiam omnẽ spreuit.¶Sed quid ait Paulus con
fusione & non potius tristitia contempta?Respon.Chrysostomus & Theophylactus,quia nec inoitus &
mœrens aut cum tristitia,sed gaudens & volens mortem sustulit. Attamen si res ita se habet , quomodo
igitur stabit id quod Matth.26 habetur?Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedęi cœpit contristari
& mœstus esse:& ait illis, Tristis est anima mea vsque ad mortem . Quomodo igitur non cum tristitia
Christus mortem substinuit?Fateor eqoidem ꝙ summa mœstitia Christus moriens affectus est,vt textu
illo aperte ostenditur.Quem August.psal.94 enarrans ait,Qoicquid de illo scriptũ est fratres vere fa-
ctum est:ergo tristis fuit,prorsus tristis,sed voluntate suscipiens tristitiam,quomodo volũtate suscipiens
carnem.Quomodo voluntate carnẽ veram,sic volontate tristitiam veram. Verũtamen nõ propter mor
tem absolute recusatã seu nolitam tristatos est,vt testatur Origenes homil.35 in Matth.dicens,Hic non
est tristatus tristitia passionis eius.Ad idem Augustinus libro vnico contra Felicianom Arrianom cap.
decimoquinto,Non initium mœroris Christi mors illi fuit,sed finis. Vnde ergo tanta Christo tristitia?

A Vtiq; teste Hierony.in Matthæum cap.26,quia contristatus erat non timore patiendi,qui ad hoc vene
rat vt pateretur,& Petrũ timiditatis arguerat:sed propter infelicissimũ Iudam & scandalum omniũ apo
stolorum,& reiectionẽ populi Iudæorum,& euersionẽ miserę Hierusalẽ.Contraxit insuper hanc mœsti-
tiam Christus,ꝙ hominis assumpta natura naturaliter,teste Origene,& Hieronymo,mortem perhor-
resceret.Dominus enim,ait Hieronymus,vt veritatẽ probaret assumpti hominis, vere quidẽ cõtristatus
est:sed ne passio in animo eius dominaretur per propassionẽ cœpit cõtristari.Quæ suapte natura homi-
ni inest.Inter passionẽ quippe & propassionem,teste Hieronymo,Matth.5,hoc interest,ꝙ passio repnta
tur in vitiũ.Propassio aũt licet vitii culpá habeat,id est,in nobis causam & originẽ à culpa ducat,nõ ta-
men tenetur in crimine:quia naturaliter nascitur.Ergo qui viderit mulierem,& anima eius fuerit titilla-
ta,hic propassione percussus est.Si vero consenserit,& de cogitatione affectũ fecerit, sicut scriptum est
psal.72,Trãsierũt in affectũ cordis,de propassione transit ad passionem & huic nõ volũtas peccãdi de-
est sed occasio.Quòd si rursum quis obiiciat id quod psal.78 habetur,Repleta est malis anima mea.Au
gust.tristitia : quid igitur illi cum gaudio cõmune esse potuit?cum qualitates cõtrarię,si philosophis as-
sentiamus,gradibus summe intensis non cohęreãt?Dico qualitates spiritales nequaq̃ inuicem pugna-
re,nisi ab eisdem causis deducantur quas necessario consequitur.Ne quis autem diuexatus animo con-
cidat adiecit [Atq; in dextera dei sedet.] vbi videlicet crucis ignominiam pertulit quod supra cap.& 10
B disseruimus.

Passio & propassio

Recogitate enim eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semet-
ipsum contradictionem,vt non fatigemini animis vestris deficientes.

❡Quoniã si conseruorũ tormenta quis secũ animo reputet,in his quæ sustinet consolatur,& multo ma
gis si domini repetat cõtradictionẽ:Ideo subintulit,[Recogitate eum Christum,qui talem sustinuit con
tradictionẽ à peccatoribꝰ]qđ sane indignũ erat,& res opprobrii plena[Aduersus semetipsum]iuxta Si-
meonis prophetiá, Hic erit in signũ cui cõtradicetur à multis,Luc.2.❡Sed quid cõtradictionẽ dicit Pau
lus?Proculdubio irrisiones,conuitia,opprobria, & reliqua id genus,quæ illi bene monenti obiicieban-
tur.Super quo dominus cõquestus Isa.65,vt refert Paulus Rom.10,aiebat,Expandi manus meas ad po
pulum non credentem, sed contradicentem mihi.Cuius tota vita teste Chrysost.cum multa iniuria fuit.
Quod minutatim explicás ait,Primũ ex genere illi detrahebant dicentes , Vnde illi sapiẽtia hæc,& vir-
tutes?nonne hic est fabri filius?nonne mater eius Maria?& fratres eius Iacobus,Ioseph,Simon,& Iudas?
vnde ergo huic omnia ista?Intantũ enim cernebant hominẽ Christũ, vt eum fabri filium putarent , qui
nec minus ob patriam ipsum subsannabãt. Nonne hic Iesus,aiebant,propheta à Nazareth? qui vt Iohã.
1 habetur,dicebant,A Nazareth potest aliquid boni nasci?Vitę quoq; eius, licet integerrimę, cõuitiaban
tur.vt Matth.11,& 27.Iohan.quoque 8 scriptum est.Qui cum malediceretur,nõ maledicebat: eum pa-
teretur,non comminabatur,1 Petr.2.Hæc omnia,ait Paulus,sedulo animo animaduertite & recogitate,
C eademque crebrius animo voluite[Vt non fatigemini animis vestris,]neve quis vestrũ pressuris succũ-
bat,At animæquiores cruciatus hos sustinete.❡Pleraq; etenim vt martyrii coronã quis referat teste Au
gust.psal.66 necessaria sunt.Primum quidem iustitia est,& veritas,pro qua Christus mortem obiit , vt
patet Isa.63.Quare rubrũ est vestimentum tuum sicut calcantium in torculari:ego qui & veritatem lo
cutus sum.Quod Augustinus lib.1 contra epistolam Parmeniani cap.7 pertractans inquit, Fur qui ob
crimen proprium patitur,quantũcunque æquo animo mortem accipiat,non tamen martyr censetur.Et
rursus epistola 167 ad Faustum,ait,Quid autem infelicius atque peruersius,sicut Donatistæ faciũt,qui
se persecutionẽ perpeti gloriantur,quàm de coertione iniquitatis suæ non solũ nescire confundi: sed etiã
velle laudari,ignorantes cęcitate mirabili ꝙ martyres veros non facit pœna sed causa.Idem quoque sen
tit epistola 61 ad Dultium tribunum.Ad idem est illud 1 Petr.4,Nemo ergo vestrum patiatur quasi ho
micida,aut fur,aut maledicus,aut alienorum appetitor.Idcirco nec bonus latro martyrum albo conscri
bitur.Qui vt Lucæ 23 habetur,aiebat,& quidem iuste damnati sumus videlicet.Nam digna factis rece-
pimus,hic vero nĩl mali fecit.Idipsum autem testatur August.psal.152.Secundum est,vt ait August.for
titudo seu perseuerantia,quemadmodum hoc loco habetur.Tertium & præcipuum charitas vt deũ spe-
ctet,nec humanam laudem aucupetur,emolumentumve temporale aspiciat , velut testatur Augustinus
sermone 15 de verbis Apostoli,dicens,Nec tu poteris communicare Christi passionibus sine amore,sed
quæro quo amore?non sit cupiditas,sed sit charitas.Si enim tradidero corpus meum ita vt ardeã, & cha
D ritatem nõ habeam,nihil mihi prodest.Quod Hierony.apertius docuit ad Gala.5,dicẽs,Vide quãtũ bo
nũ sit charitas.Si ita martyriũ fecerimus, vt nostras velimus ab hominibus reliquias venerari,si opinio-
nẽ vulgi sectãtes,intrepidi sanguinẽ fuderimus,huic operi non tam præmium q̃ pœna debetur, & perfi
dię magis tormẽta sunt,q̃ corona victorum.Et rursus circa finẽ capitis eiusdem,Quod & dudum timeo
dicere,sed dicẽdũ est:Si ideo fiat vt admirationi & laudi habeamur à fratribꝰ,frustra sanguis effusus est,
loquatur apostolus,loquatur vas electionis,Si tradidero corpus meũ &c.Hæc tamẽ difficultatẽ nõ me-
diocrẽ ꝑferre videtur.Quippecũ hominis volũtas soli deo innotescat(Prauũ est enim cor hominis,& qs
cognoscet illud?Ego dominꝰ scrutãs renes & corda Hiere.17.Primę quoq; ad Cor.2 dicitur,Quis enim
scit hominũ,q̃ sunt hominis,nisi spũs qui in ipso est?)Sanctorũ canonizatio anceps & subdubia relinqui
videtur.Potest enim quis laudis & glorię studio tractus ob Christi causam defensandã se fidei inimicis
obiicere:erroris ne ecclesia tũc incusabitur ,'q̃ talẽ velut martyrii laurea dignum veneratur? Tantũ sane
abest,vt id fateamur:cũ ecclesia colũna sit & firmamẽtũ veritatis,1 ad Timot.3.Quę vbi officio suo ꝑ-
functa fuerit,à domino sęp veritate certior efficietur: qui enim spũm occulte apparentẽ probãdũ dixit,1
Iohã.4, veritatẽ tãdẽ subministraturus.quiq; omnib.ipsum pura mẽte colẽtib.ꝑsentissimꝰ est.Nõ enim

Ad martyrii coronã quæ requirantur.

De canonizatione sanctorũ.

aiebat Iohannes, necesse habetis vt quispiã vos edoceat, sed vnctio docebit vos de omnibus, 1 Ioã. 2. Suffe B
ret ne ecclesiam sponsam suam non habeotem maculam aut rugam errore conspurcari, quæ columna-
& firmamentũ est veritatis, vt iam pręmisimus. Non igitur iniuria ait glo. Iudith 8, Quæcunq; loquitur
ecclesia in confessionem fidei, in doctrina religionis, laudabilia & irreprehensibilia sunt.

Nõdum enim vsque ad sanguinẽ restitistis aduersus peccatũ repugnãtes.

¶ Patiẽtiæ præcepta illis præstituens, nondum graue aliquod & vrgens malũ perpessos ostẽdit. [Nõdũ
enim, ait, vsq; ad sanguinẽ restiuistis aduersus peccatũ repugnãtes.] Perinde teste Chrysost. homil. 29 in
hanc epistolã, ac diceret, Necdum mortẽ sustinoistis, peccato & fidei inimicis reluctãtes: Pecuniatũ vo-
bis tantum cõtigit damnum, aut glorię humanæ: exagitati tantum estis, vel leuẽ & modicã persecutionẽ
passi. Christus autẽ pro vobis sanguinẽ fudit: vos autẽ pro vobismetipsis necdũ tale aliquid passi estis.
Ille vsq; ad mortem pro veritate certatus est pugnans pro vobis: vos autẽ necdũ ad pericula peueni-
Oratiõis species duæ. stis, quæ minantur interitũ. ¶ Hoc loco Paulus flosculis rhetoricis lusit, tametsi nõnulli artis rhetorices
imperitię scriptores canonicos impudentius reprehendant. Duę equidẽ, ait Chrysost. sunt orationũ spe-
cies quæ sibimet putantur cõtrariæ, maxime tamen hęrent inuicem, quibus Paulus vtitur: Vna quãdo
dicimus aliquos plura perpessos. Anima enim tunc requiescit & mœroribus confecta recreatur, quando
suarum passionum plurimos habuerit testes. Quo colore & hortationis genere supra vsus est cap. 10, di F
cens, Rememoramini aũt pristinos dies, in quibus illuminati magnũ certamẽ passionũ sustinuistis: in al-
tero quidẽ opprobriis & tribularionibus spectaculũ facti. Altera vero species est, vbi dicimus ꝙ nihil ma
gni sustulir homo, quę animam negligentẽ & supinã excitat, & ex arrogãtia retrahit. Ne ergo ex illa te-
stificatione superbia oriatur, ostendit eos nondũ memorandum aliquod & egregium facious subiisse di
cens, Nondũ enim vsq; ad sanguinẽ &c. Quàm prudenter autẽ & consulte id agat Paulus considerãdũ
est. Cũ eoim veteres illos commemorasset qui sanctimonia fuere præclari, & mala ingentia tolerassent,
simul & Christi meminisset, tunc demũ aperit nullius esse momẽti, quę ipsi tulerũt mala aliorum com-
paratione. Pręterea non hoc tantum locn lepido sermone vsus est Paulus, qui hanc epistolam coloribus
rhetoricis eousq; depinxit: vt non esse Pauli ob styli sermonisq; venustatẽ aliquibus placuerit, vt testis
est Hieron. lib. illustriũ virorũ, in vita Pauli describenda. Qui & aliis epistolis verborũ elegantiã nõ ex-
horruit. quemadmodũ aliquot scripturę Pauli testimoniis Aug. lib. 4 de doctrina Christiana cap. 7 lu-
culenter demõstrat. Proferens id quod Rom. 7 scribitur, Gloriamur in tribulationibus, scientes ꝙ tribu-
latio patientiam operatur: patientia autẽ probationẽ: probatio vero spem: spes autẽ non confundit, vbi
Paulus gradatione vsus est, quę fit cum verba vel sensa connectuntur, & alterũ ex altero pendet. Quo lo
co August. rei huius multo plura exẽpla produxit: germanãq; sacris literis inesse eloquentiam explicat.
¶ Quòd si obiicias Paulum 2 Corinth. 11 dicẽtem, Etsi imperitus sermone, non tamen scientia: respon. G
idem August. Paulum quasi concedendo obtrectatoribus sic locutũ, & non tanq̃ id verũ agnosceret con
fessum. Vel certe dici potest, vt idẽ August. testatur lib. vnico de magistro cap. 5 fieri posse, vt apostolus
q̃q̃ dixerit præceperitq; rectissime, minus tamen recte locutus sit, quia præpeditę linguæ fuerat, quẽad-
modum de Moyse legimus ꝙ pręeditæ linguæ esset, Exod. 4. & de Isaia, cap. eiusdẽ 6. Vel secũdũ Am
bro. 2 Corinth. 11, Non se eloquentię ignarũ dicere voluit, sed propter eos qui nõ per fidẽ sed per eloquẽ
tiam commendari volebant. Quamobrem spreta eloquentia id agebat vt fides teste virtute acceptabilis
esset, & grata. Fidem quoque eloquẽtia nõ cõmendaret, sed ipsa virtus cui cedit eloquẽtia. Huic interpre
tationi accedit id quod 1 Cor. 2 dicitur, Et ego cum venissem ad vos fratres, non veni in sublimitate ser
monis, aut sapientiæ annuncians vobis testimonium Christi, & sermo meus & prædicatio mea non in
persuasibilibus humanæ sapientię verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis, vt fides vestra nõ sit in sa-
pientia hominum, sed in virtute dei. Pro loco autem & tempore, nõ ostentationis suæ causa, sed raro &
prout loci & temporis opportunitas exigebat id egit. Nec mirum, eloquẽtia quippe scripturã sacrã per-
tractantibus dissimulanda est, quibus vulgaris sermo & triuialis accõmodatior est, teste Hieronymo in
procemio tertii cõmentarii super Amos prophetã, In explanatione sanctarũ scripturarum, ait, non ver-
ba composita & oratoris floribus adornata, sed eruditio & simplicitas quęritur veritatis. Qui rursus in
epistola ad Pãmachiũ inquit, Ecclesiastica interpretatio si habet eloquii venustatẽ, eã dissimulare debet
& fugere, vt nõ ociosis philosophorũ scholis paucisq; discipulis sed vniuerso loquatur hominũ generi. H

Et obliti estis consolationis quæ vobis tanquam filiis loquitur, dicens, Fili mi noli negligere disciplinam domini, neq; fatigeris dum ab eo argueris: quẽ enim diligit deus castigat. Flagellat autem omnem filium quem recipit. in disciplina perseuerate. tanquam filiis offert vobis se deus. Quis enim filius quẽ non corripiat pater? quòd si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & non filii estis.

¶ Postquam ex rebus ipsis hortatus est eos, oune
ex abundanti scripturæ testimoniis eos adhortatur dicens, [Et obliti estis cõsolationis, quæ vobis tanq̃
filiis loquitur,] Scripturæ videlicet sacrę vos subleuantis & cõmonentis, qua deus nos tanquam filios al-
loquitur, pressuris & aduersitatibus patrociniũ suppeditãdo. Velut 2 Corinth. 1 dicitur, Benedictus deus
& pater domini nostri Iesu Christi: qui cõsolatur nos in omni tribulatione nostra. Quomodo vero de'
nos alloquatur adiecit [Fili mi noli negligere disciplinã domini, neq; fatigeris dũ ab eo argueris. Quæ
autoritas, Prouerb. 3 habetur, cuius sensum nõ verba Paulus protulit. Eo nempe loco dicitur, Disciplinã
domini fili mi ne abiicias, nec deficias cum ab eo corriperis. quem enim diligit dominus corripit &c. ait

A itaq; Paulus, Fili mi noli oegſigere diſciplioam domini, id eſt correptionem quæ fit tribulationibus aut perſecutionibus oe abiicias velut malam & noxiam. Sapientiam enim & diſciplinam qui abiicit infelix eſt, Sap.3. [Neque fatigeris, per impatieotiam, dum ab eo argueris,] & repreheoſus fueris: ſed fronte ſerena animoque pacato hæc ſuſcipito, quemadmodnm Paulus & ſui coapoſtoli, qui 1 Corinth.4 aiebat, Perſecutionem patimur, & ſuſtinemus. Et 2 Corinth.4, Io omnibus tribulationem patimur, ſed nõ anguſtiamur: aporiamur, id eſt adeo pauperes ſumus vt deſint neceſſaria, ſed noo deſtituimur à deo: perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur. Tãdem ſubiunxit, Sed licet is qui foris eſt homo corrumpatur, tamen is qui interius eſt renouatur de die in diem. Ex qoibus liquido conſtat eas diuini amoris indicium eſſe, vt Pauli contextus docet. [Quem eoim diligit deus caſtigat, flagellas autem omnem filium quem recipit] & hoc teſte Hieronymo Iſa.c4, quando nos quaſi filios erudit, quãdo viſitat in virga iniquitates noſtras, & in flagellis peccata ooſtra: vt nõ auferat miſericordiam ſuam à nobis. Tãto ergo, ait idem Hierooymus, Prouerb.3, minus de flagello quo caſtigamur murmurare debemus: quaoto certius in eo paternæ dilectiõis pignus tenemᵘ: vnde & ipſe ait Apoc.3, Ego quos amo arguo & caſtigo. ¶ Hieronymus quoque Prouerb.3 teſtatur Paulum hic 70 interpretes ſequutum, oon autem veritatẽ Hebraicam: ꝙ illi admirationi eſt non modicæ: cum ipſe Hebraice hãc ſcripſerit epiſtolam. At cum Paulus vt Hebraici ita Græci ſermonis peritiam ſibi vẽdicet: qui cęteras epiſtolas Gręce conſcripſit, potuit 70 interpretum editione abuti, ne illius neſcius iudicaretur. vel quatenus eorum ſtudiũ & pius labor illi pro-
B baretur. quod non tantum hoc loco egit, ſed & aliis locis, ſicuti annotauimus ſupra cap.10, locum illum explicantes, Quod ſi ſubſtraxerit ſe non placebit animæ meæ. Matthæus inſuper licet Hebraice ſcripſerit, autore tamen Hieronymo in epiſtola ad Algaſium, quæſtio.2, non ſemper veritatem Hebraicã ſecutus eſt, veteris interpretationis autoritate non conſtrictus. Liberum igitur Paulo extitit aliuode teſtimonia producere velut & Mattheo. Subiode ex his quæ illi argumento ſibi ipſis eſſe exiſtimabant ſeſe iam fuiſſe à deo deſtitutos, oſtendit ob id curę hos deo eſſe dicens, [In diſciplina perſeuerate] æquanimiter ſufferendo quæcũque aduerſa ob Chriſti fidem. Tanꝙ enim filiis ſeſe vobis offert deus, vos corripiendo & affligendo. [Quis enim filius quem non corripit pater?] q.d. Nullus ſyncęro caſtoq; amore filio afficitur, quem non eũdem caſtiget. Qui enim parcit virgę odit filium. Qui autem diligit, inſtanter erudit, Prouerb.3.& Epheſiorũ 6, Vos patres nolite ad iracũdiam prouocare filios veſtros, ſed educate illos in diſciplina & correptiõe domini. Idcirco vus qui hæc grauia incõmoda perpeſſi eſtis, id præcipuũ amoris argumentum perceuſete: veluti reiectionis indicium eſt, Si qois perditè viuens hic impune agat. Nam [Si extra diſciplinam eſtis] ait Paulus, & à deo ob perpetrata facinora non correcti, cuius diſciplinæ facti ſunt omnes filii dei participes] Omnes enim qui pie viuere volũt cũ Chriſto perſecutionem patientur, 2 ad Timoth.3, Quod ſupra cap. proximo multis exemplis teſtificatum eſt. [Adulteri, ſeu illegitimi, filii eſtis] q.d. ſi eſſetis preſſurarum expertes, videremini hauddubie ſpurii, nothi, & oon filii. Vos itaque cum his eſtis malis oppreſſi, id ſane ex his lucri obuenit, vt vitam hanc non effuſe & indecore agatis,
C nec ſecus quidem quàm iuſtiores illi & ſanctiſſimi viri, quos paulo ante memorauimus. Idcirco domini diſciplinam amplexemini, exoſculemini, illiq; obuiis manibᵘ occurrite. Diſciplina autem teſte Auguſt. lib.14 de trioitate cap.1, pro iis ꝗ pro peccatis ſuis vnoſquiſq; mala patitur vt corrigatur, vel vt eius vita pręclarior ſit, & deo acceptior, ab apoſtolo accipitur. ¶ Hoc loco ſurda aure pertrãſeũdũ nõ eſt, quẽpiam hunc Pauli textum improſpecte enarraſſe: qui tractatu de reſolutione indulgẽtiarum, concluſione 5 ait, Multiplex pœna à deo ioſligitur. Prior eſt gehenoa, de qua Rom.6, Stipendia peccati mors. Secunda eſt purgatorii, ſicq; purgatorii ignem non diffitetur. Alia eſt, inquit, caſtigatoria & dei flagellatio, de qua pſal.89, Si autẽ peccauerint filii eius, & legem meam non cuſtodierint, viſitabo in virga ioiquitates eorum. Et Hebr.12, Flagellat oẽm filiũ quem recipit. Quòd ſi pontifex hãc remittere vellet, aut peccatori remitti crederet etiã virtute indulgẽtiarũ, certe futurũ eſt, vt adulterioi & ſpurii fierẽt, vt Hebr.12 habetur, Si extra diſciplinã eſtis &c. Hãc enim Iohãnes Baptiſta & ſanctiſſimi tulerũt. Hęc ille. Cui interpretationi Paulũ reclamare facile conüicitur. Cũ flagella ipſa ob cõmiſſorũ correptionẽ à deo infligi teſtetur, quod & ille fatetur. Pœna vero peccatis debita modo nihil horũ quę officii noſtri ſunt ꝑermittamus, indulgẽtiarũ virtute cõdonatur, vt cõſtat ex Cõcilio generali, cuius meminit cap. Cum ex iniuncto, de pœnit. & remiſsio. & Cõcilio Conſtantiẽ. ſeſsione 45 & vltima. Ex quibus cõpertiſsimũ eſt ſummũ põtificẽ plenariã remiſsionẽ omnibus illic exiſtẽtibus contuliſſe. Et in Cõcilio Baſilien. ſeſsione 35. Quod autẽ in modũ obiectionis inquit, Alioqui ſi ſacerdos eccleſię ſiue ſummus, ſiue iofimus, poteſt hãc
D pœnã poteſtate clauiũ ſoluere, pellat peſtes, pellat ſeditiones, terręmotus, iocendia, & cętera id genus: facile refelli poteſt, cũ perſecutiones quę ob cõmiſſa noſtra infliguntur illis ſublatę ſint, quæ vero aliã ob cauſam cõtingunt adhuc imminent ſiue ob probationẽ, & virtutis augmẽtũ, aut perſeuerantiã, dei ſecreto cõſilio viris ſanctis euenitit: iuxta textum quẽ ad hoc inducit Hieremiæ 49, Ecce quibus nõ erat iudiciũ vt biberẽt calicẽ, bibẽtes bibẽt. Eſt etiã id 1 Pet. 4, Nũc tẽpus iochoandi iudiciũ à domo dei. Quòd ſi primum à nobis, quis finis eorum qui non crediderunt euangelio? Et hoc loco Paulus, flagellat autem omnem filium quem recipit.

Deinde patres quidem carnis noſtræ habuimus eruditores, & reuerebamur eos: num multo magis obtemperabimus patri ſpirituum & viuemus?

¶ Ex his rurſum quę nobis natura ſuggerit officiis, arguit habẽdã omnino hanc perſeuerãtiam. [Deinde quidem patres, ait, carnis noſtræ habuimus eruditores,] qui idcirco carnis parentes cẽſeotur quia anima à ſolo deo proficiſcitur, 2 Maccabęo.7, Neque enim animam aut ſpiritum donaui vobis: ſed mundi creator, qui format hominis natiuitatẽ. Et Eccle. vltimo, Spũs redit ad deũ qui dedit illũ, & reuerebamur

eos eorum iusfa ęquo animo perferentes,& imperiis obsequeutes,velut à déo præceptum est, Exod.20. E
Nuuquid igitur multo magis obtemperabimus patri spirituũ deo videlicet,qui animarum parens est,& viuemus vita æterna. Factus est enim omnibus ei obtemperantibus causa salutis æternæ supra cap.7.& Iohannis 3,Sic deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret,vt omnis qui credit in eum non pereat,sed habeat vitam æternam. Consideremus tamen quanquam inter spiritũ & animam teste Hieronymo,Ezechielis 1,& ad Galat.5, hoc intersit,quia anima inter carnem spiritumq; consistit:quę quãdo se tradiderit carni,caro dicitur:quãdo spiritui honesta suggeréti,spiritus appelletur. Hic autẽ spiritus nomine vt glosę interlineari placet desumitur:quia non ex materia est veluti corpora,sed ex nihilo creata,spiritualis & incorporea. Nõ me tamen præterit,aliquos multo aliter sensisse,quemadmodum docet August.lib.2 retractationum cap.56,dicens, Verũtamen scire oportet animam non corpus esse sed spiritum:& contra ista docendo ꝙ non sit corpus,scripsi ad Petrum Hispanum presbyterum duos libellos. qui hanc rem diffusius pertractat lib.vnico de quantitate animæ,cap.1.& epistola 28 ad Hieronymum, Copiosissime vero lib.7 de Genesi ad literam,qui post rei huius longam concertationẽ cap.finali eiusdem subintulit,Anima ex deo sic est,vt non sit substantia dei:& sic incorporea,vt non sit corpus,sed spiritus à deo factus:nec ita factus,vt in eius naturam natura vlla corporis, vel irrationalis animæ verteretur:ac per hoc de nihilo. ¶Quod nõnullis repugnat,qui eã ex quinto quodã eleméto prodiisse insipiéter asseuerabant. Contra quos eiusdem libri,cap.21 scripsit. Hic tamen perurgere videtur quod Eccle.18 habetur, Qui viuit inæternum,creauit omnia simul. Quomodo autem omnia simul creata dicuntur,ait, August.cap.28 & finali eiusdem libri, quorũ creatio spatiis temporalibus distat, nõ horarum tãtùm, sed etiam dierum, nisi harum aliquid à deo simul productum precesserit. Quòd si quispiam ad corporeas substantias id pertinere dicat,huic aduersatur glo.eo loco dicens, Rerum substantia simul creata est,sed non simul per species formata. Cũq; factum cælum terraq; describitur,simul spiritalia & corporalia,& quicquid de cælo vel terra producitur indicatur. De vtraque ergo substãtia hæc intelligenda sunt. Quod vtique fateor,modo substantia illa completa sit,non autem incompleta. Cuiusmodi anima est,quæ cum corpore hominem constituit. Cui rei argumento sunt accidentia quorum nihil creationẽ præcessit. F

Et illi quidem in tempore paucorum dierum secundum voluntatem suam erudiebant nos.hic autẽ ad id quod vtile est in recipiẽdo sanctificationẽ eius.

¶Hic inter patrem carnalem & spiritualem discreuit. [Illi siquidem in tempore paucorum dierũ erudiebãt nos].q.d.secundũ Chrysost.non enim carnis parentes ad perfectionem vsque erudire nos possunt:quandoquidem vel horum interitus, vel filii prouectior ætas,vel eorũdẽ contumacia,& morũ peruersitas castigationi finem factura sit. At deus quia sempiternus,& omnipotens,perfectos potest castigãdo efficere reluctantes:velut Act.9 de Paulo dictum est, Durum est tibi cõtra stimulũ calcitrare. Secũdũ discrimen est,quia [Secundum voluntatem suam,illi nos erudiebant]& nobis frequentius noxia suggerebant:non enim quodcunque patris arbitrium conducit & liberis. Nam & malas artes hos plerunque erudiunt genitores. Hinc 4 Reg.8 habetur, Quomodo Ioram quod malũ est in conspectu domini egerit,patrum vestigia secutus. Idem quoque de Ochozia filio eius,cap.eodẽ. Deus vero [Id quod vtile est] nobis,nos erudit,Isa.48,Ego dominus docens te vtilia. Sed quomodo vtilia? [In recipiẽdo sanctificationem eius] id est gratiam sanctificantem:qua vitam æternã adipiscimur,Rom.6,Gratia dei vita ęterna. G

Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudii, sed mœroris.postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. ¶Hic à communi hominum opinione causas eruditionis desumpsit,inquiens, [Omnis autẽ disciplina] siue humana,siue diuina. [In præsenti quidem] id est dum infligitur [Videtur non esse gaudii,sed mœroris] Vbi Chrysost.homil.30 in hanc epistolam. Bene autẽ dicit videtur,quia non est res tristis disciplina. Non enim verum illa affert mœrorem,sed solum apparentem. Ideo 2 Corinth.6 dicitur, Quasi tristes,semper autem gaudentes. Et paulo ante, Quasi morientes, & ecce viuimus,vt castigati & non mortificati:ac si diceret, Licet à deo per flagella castigemur:tamen à morte per eum eripimur,& idcirco placido animo illa sufferenda sunt,quamuis ad horã amarulenta videantur. Quæ postea & futura vita fructum pacatissimum,& omni quiete possidendũ afferet,Isa.32,Sedebit populus meus in pulchritudine pacis,in tabernaculis fiduciæ,in requie opulenta. Et Iohã.16,Tristitia vestra vertetur in gaudiũ: & gaudium vestrũ nemo tollet à vobis. Sed quibus id præmii dominus largietur? Vtique exercitatis per eam disciplinam. Quippe exercitationẽ disciplinam appellat : qua fideles ipsos tanq̃ athletas quosdam confirmet,& validiores efficiat. Cum infirmor, tunc fortior sum,aiebat Paulus 2 Corinth.12. Quid vero causę sit,vt hęc conferat? sane nostra iustitia. [Iustitiæ enim reddet] id est iustis & sanctis operibus quæ dei gratia nitũtur mercedem cõgruã. Quemadmodũ supra cap.10 docuim⁹. ¶Huius loci structurã solicitius attẽdere exoratos velim,qui eorũ laborẽ pene ociosum & superuacaneũ iudicãt,quib⁹ id curę est, vt fidei nostrę secretiora variis argumentis & ratiocinationibus disquirant. Quis quęso vel talpa cęcior, quod in texendis argumentis Paulo nonnihil laboris impensum sit,oleũ & operã perdidisse illi succenseat? qui teste Chrysosto.homil.29 in hanc epistolam, Ex communi & publica cõsuetudine agere cum eis instituit, & vndique argumẽta deducit,ex rebus,ex scripturis,ex ratiocinationibus propriis,ex similitudinibus,exẽplis,& vitę cõmunis conuersatione. quę omnia ex contextu liquido cõstant. Non igitur probro & cõtemptui theologi habendi sunt,qui Pauli imitatores,diuersis argumẽtis,& rationib⁹ nonnũq̃ ex philosopho cõquisitis,fidei nostrę sacramẽta ptractãt. Queadmodũ cuipiã videtur,qui in scholiis suis super epistolã Hierony.ad Eustochiũ de virginitate seruanda, eos ridiculosos haberi contendit:qui cum H

Anima.

Fidem & argumenta & quęstiões admittere.

A Scotico ſtylo quæſtiones ſcripſerunt,quibus rationes vtrinque texútur:adiiciens,nec Paulum,nec prophetas,aut omnino quenquam veterum ac vere Chriſtum ſpirantium,ad iſtum ſcripſiſſe modum:nec ipſum quidem Ariſtotelem hominem ethnicum,qui talium argutiarum pater,nũquam tam ſophiſtice,ait,nugatus eſt,quàm nugantur iſti qui ſe diuinarum literarũ doctores & interpretes vocant.Hoc ipſum alius quiſpiam epiſtola ad Leonem decimum,noſtris obiicit.Veruntamen,quid aliud egit Hieronymus Chriſtũ & ſanctimoniam maiorem in modum ſpirans,in dialogo orthodoxi & luciferiani quàm theologi noſtri?qui ingenii exercitandi gratia,modo in inficiatoriam partem,modo in aſſertoriam contendit:& paulo poſt quodam verborum compendio,quid res ipſa ſuper qua agitur veritatis habeat,manifeſtat.Quod diffuſius fictis nominibus,tribus libris aduerſus Pelagianos,quos in morem dialogorum ſcripſit,obſeruat.Ad idem Auguſtinus in dialogo eccleſiæ altercationis & ſynagogæ,& dialogo Oroſii.Attamen vt res paulo altius repetatur,quid toto libro Iob pene aliud agitur?& Eccle.2,vbi ſapientis & ſtulti inuicem contendentium Salomon argumenta deducit:inſipientis rationes diluens.Iſaiæ quoque 26,& ſequenti capite hæc eadem comperies.❡Quòd ſi quis opponat Chryſoſtomũ homil.1 in priorem epiſtolam ad Timotheum dicentem,fidem quæſtiones non admittere.De his proculdubio loquitur Chryſoſtomus, velut ſcriptura illius docet,qui ſuper iis quæ fide tenenda ſunt ſubdubii & nutabundi quæſtiones proponunt.Fides nanq; teſte Hieronymo dubium nõ admittit.qui in dialogo orthodoxi & luciferiani ait,Fidei aſſẽſus debet eſſe
B firmus,certus,& indubitatus.vt etiam docet Chryſoſtomus,locũ illum ſupra cap.10,Quòd ſi ſe ſubſtraxerit non placebit animæ meæ,pertractans.Quæſtiones vero fidei quæ eò producuntur,vt ipſa lucidior appareat,minime explodendæ ſunt,vt iam docuimus.

Propter quod remiſſas manus & ſoluta genua erigite, & greſſus rectos facite pedibus veſtris, vt non claudicans quis erret magis autem ſanetur.

❡Eos qui ſegnitiei & torpedini ſeſe dederant,ad animi magnitudinem ſeruandam cohortatur, dicẽs,[Propter quod] id eſt,quia diſciplina fructum pacatiſsimum exercitatis per eam pollicetur,[Remiſsas manus & ſoluta genua erigite.] Vbi alludit ſententiæ quæ Iſaiæ 35 habetur,Confortate manus diſſolutas,& genua debilia roborate.vbi Hieronymus,Qui prius manibus diſſolutis & remiſsis opus dei facere non poterant,& aridam habebant dexteram,inertia quadam & deſidia laborantes,depulſo ocio ad bona opera eam extendant:& qui antea preſſuris exagitati præ nimia debilitate pene ſuccumbebant,firmo ſuper veritatem incedant gradu,& greſſus rectos faciant pedibus ſuis.Theophylactus,Sint viæ veſtræ leuiores & planæ,nihilque quod durum triſteve ſit & tortuoſum animis veſtris inſideat.vbi Paulus commiſsionis(quod aiunt) peccatum interdicit:quemadmodum omiſsionis priori litera.Idem habetur Iſaiæ 40,Rectas facite ſemitas dei noſtri.Vbi Hieronymus,Eccleſiarum clamant magiſtri,vt rectas faciamus vias & ſemitas in cordibus noſtris,impleamurque virtutibus,praua mutemus in recta,aſpera vertamus in mollia.Vel vt gloſſe ordinariæ placet,Ille recto greſſu incedit,cuius intentio deum expectat,quæ in agō
C dis ſummopere attendenda eſt.Hinc Matth.7 dicitur,Lucerna corporis tui eſt oculus ſeu intentio.Quemadmodum enim oculo corpus dirigitur,ſic opera noſtra fide ſyncera & pura.Dicit itaque Paulus,[Rectos facite greſſus,vt non claudicans quis] à rectitudinis via,& recte viuendi regula, timore aut affectu noxio [Erret:magis autem ſanetur] vbi lapſus fuerit,deiq; imperiis ſe ſubdat.hæc enim via recta eſt,qua eſt incedendum,Iſaiæ 30.Aliter Chryſoſtomus textum hunc interpretatur,inquiens,Greſſus rectos facite,ne videlicet circa futurorum bonorum fidem & ſpem è vobis quiſpiam inconſtantior ſit.Nam ſi aliqua cuiquam fiat ad ingenitam timiditatem(quæ Iudæis erat) acceſſio,diffidentiæ ſeſe permittit:& tandem in deſperationis præcipitium ſe adiget,vnde erui haud facile poterit.Nec abs re.nempe deſperãtes,ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis,Ephe.4.Alia eſt Ambroſii expoſitio.qui pſal.47 hanc literam explicans de iis qui caſtigatione & corporis ſui maceratione ipſum ſpiritui ſubiiciunt intellexit.Eſt enim,inquit,ſpiritus conſilii atque virtutis,vt nimia abſtinentia diſſoluat corpus ſuum,quo omnes eius euacuant voluptates:vt dicatur illis,conualeſcite manus remiſſę & genua diſſoluta huiuſcemodi abſtinẽtia.Sicut Paulus corpus ſuum caſtigabat,& in ſeruitutem redigebat,quò ſpiritus eius libertate donaretur,1 Corint.9.Verum quia his modeſtia adhibenda eſt,vt Rom.12 habetur,Rationabile ſit obſequium veſtrum:ideirco adiecit,Rectos greſſus facite pedibus veſtris,ne quis claudicãs erret,partem alteram plus æquo amplexando.

D Pacem ſequimini cum omnibus & ſanctimoniam,ſine qua nemo videbit deum. ❡Tandem eos commonefacit vt mutuam charitatem obſeruent,non tantum erga domeſticos & beneuolos,ſed & hoſtes & inimicos,dicens, [Pacem ſequimini cum omnibus,] dilectionem & concordiam fouendo,etiam cum his qui vos opprimunt.Rom.12,Si fieri poteſt cum omnibus hominibus pacem habentes.Nec iniuria hanc præ cæteris rebus habendam præcepit.Plurima ſiquidem ſunt,ait Chryſoſtomus homil.31 in hanc epiſtolam,quæ formam & ſpeciem chriſtianitatis præferunt,ſed plus omnibus ac melius mutuæ charitatis affectus,& pax quæ hominum corda conſociatur.Propterea Chriſtus aiebat,Pacem meam do vobis,pacem meam relinquo vobis,Iohan,14.& cap.præcedenti,In hoc cognoſcẽt omnes quia mei eſtis diſcipuli,ſi dilexeritis inuicem.Nimirum itaque dixit Paulus,Pacem habete,& deus pax erit vobiſcum,2 Corint.13 Quæ charitatis fructus cenſetur,ad Gala.5,Fructus autẽ ſpiritus ſunt charitas,gaudium,& pax.[Sanctimoniam] adiecit Paulus,id eſt,bonorum morum honeſtatem & pudicitiã,vt interpretatur Chryſoſtomus.Vel vt inquit gloſa interlinearis,perfectionem in operibus bonis,quia ſola fides non ſufficit.❡Quæ põderanda eſt contra nõnullos qui hanc propoſitionem,Sola fides ſufficit,nihil fidei officere volunt.Contra quos Chryſoſtomum,& gloſam huic ſimilem aliquando protuli.Necnõ

A euenire,vt à peccatorum laqueis eruamur,& ad dominum redeamus,vt Paulo contigit Act.9.Matthæo,
Matth.9,& aliis plerisque.Rem quoque sanctam esse,& à deo enixe deposcēdam,vt hoc ipsum post ad-
missa crimina nobis largiatur,sicut psal.6 docetur,Coouertere domine & eripe me.& Hieremiæ 31,Con
uerte me domine,& cōuertar ad te.Quod autē,ait ille,eos cum Pelagio sentire qui à sua dissident sētē-
tia:Salua tanti viri pace dixerim,nihil tam alienum est à veritate, quemadmodum ex Hieronymo facile
comprobari potest,qui lib.1 aduersus Pelagianos eorundem errorem describēs dixit,Pelagium sensisse ex
arbitrii libertate datum esse homini quodcunque peccatum vitare:nec alia opus nobis esse gratia,nisi ea
qua à deo libertate arbitrii donati sumus.

**Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam in-
quinentur multi.** ¶Iuxta Chrysostomi interpretationem pacis violatores abscindendos admo-
net,inquiens,Contemplantes [Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat] pacem videlicet,
& reipublicę tranquillitatem,quam habendam præcepit.Vbi ex quadam metaphora argumentum desu-
mit,quæ Deuter.29 habetur,Non sit inter vos radix germinans fel & amaritudinem.Perinde ac dicere-
tur,Nemo permittatur in aliorum perniciem praue agere,sed præscindenda est amaritudinis radix seu
peccati,ne producat ramusculos,[Et per illam] si creuerit [Inquinentur multi,] & inficiantur,perdite vi
B uentium exemplo.Modicum enim fermentū totam massam corrumpit,1 Corinth.5.& ad Galat.5.Pec-
catum autem amaritudinis radix idcirco appellatur,quia nihil eo amarulētius,nec quicquam eousque ani
mo insipidum est,Oseę 12,Ad iracundiam me prouocauit Effraim in amaritudinibus suis.Actuum quo-
que 8 aiebat Petrus Simoni Mago simoniæ lepra laboranti,In felle amaritudinis & obligatione iniquita-
tis video te esse.¶Sed cur Paulus homines facinorosos,& qui deprauatis moribus inseruiunt eruēdos prę
cipit?cū Matth.13 seruis sciscitantibus,Vis imus & colligimus zizania:dominus dixerit,Nō:ne forte col-
ligentes zizania eradicetis simul cum eis & triticum:sinite vtraque crescere vsque ad messem.in tempore
messis dicam messoribus,Colligite primum zizania,& alligate ea in fasciculos ad comburendum:triticū
autem congregate in horreum meum.Quem locum Chrysostomus homil.47 in Matthæum explicans,
ait,Quid est autem quod eradicabitis simul cum ipsis frumēta?Certe aut quia si arma capitis,necesse est
vt cum hæreticos trucidatis,multos sanctorum simul interimere:aut quia ab ipsis zizaniis multa commu-
tata in frumenti conditionem seipsa conuerterent.Si ergo præuenientes euellitis ea,frumēta deperibunt,
quæ à commutatis zizaniis prouenirent.Non prohibet autem conciliabula hæreticorum dissipare, ora
obstruere:verum interficere ac trucidare.Cuius sententiæ suffragatur Augustinus lib.vnico quæstionū ex
Matthæo,cap.12.Qui huic quæstioni occurrens lib.3 contra literas Petiliani,cap.3,& 4,& lib.2 contra
Cresconium Grāmaticum,cap.36 & duobus sequentibus,necnon lib.vnico contra Donatistas post colla
tionem,cap.6,& 20,cuius verba habentur in cap.quidem 23,quæst.4.Dixit ob verba illa Christi nō ne
C gligendam esse ecclesiasticam disciplinam,nec permittendus est vnusquisque facere quod velit sine vlla
correptione,& medicinali vindicta:iuxta id 1 ad Thessal.5,Corripite inquietos,consolamini pusillanimes,
suscipite infirmos,videte ne quis malum pro malo reddat.Satis enim,inquit,ostendit non esse pro malo
mali redditionem corripere inquietos,quanuis pro culpa inquietudinis reddatur pœna correptionis.Ob-
seruatur tamē saluatoris sententia,secundum quam vbi ex malorum correptione amplior pacis turbatio
surgeret,essent ii diuino iudicio relinquendi.Ad idem est Chrysostomus homil.nunc inducta,Quare,ait,
etsi punire eos vultis,& frumentis nequaquam officere,opportunitas temporis congrua à vobis spectāda
est.His similiter accedit Ambrosius,cuius verba habentur in cap.quod Christus,23 quæst.4.Alia est glo
sæ ordinariæ & interlinearis expositio,vt de noxia cogitatione hæc intelligantur:quæ sursum germinans
à salute consequenda hominem auocat.Hæc enim frequentius letalis est, velut Rom.1 scribitur,Quia
cum cognouissent deum,non sicut deum glorificauerunt,aut gratias egerunt:sed euanuerunt in cogita-
tionibus suis,& obscuratum est insipiens cor eorum.Et cap.sequenti,Testimonium reddente illis cōscien
tia ipsorum,& inter se cogitationum inuicem accusantium,aut etiam defendentium in die cum iudicabit
dominus occulta hominum.Matth.quoque 15,De corde enim exeunt cogitationes malæ,homicidia,adul
teria,fornicationes,furta.Quæ autem cogitationes innocuæ sint,quæ minuta peccata aut grauia,ex Hie-
ronymo liquet,qui cogitationis gradus 4 Ezechielis 19 descripsit.Primum gradum leuem punctum sen-
suum & incentiua vitiorum definit,vt sunt motus primi illecebrę.Secundum si cogitatio peccatum con-
D ceperit.Tertium gradum si quod cogitaueris atque mente conceperis,opere perpetraueris.Quartum si
non solum quis egerit quod malum est,& peruersum,sed in suis sceleribus glorietur.Secundum id quod
Prouer.18 scriptū est,Impios cum in profundū peccatorū venerit,veniam contemnit.Deus igitur,inquit,
primos & secundos stimulos cogitationū,quos Gręci propathias vocāt,sine quibus nullus hominum esse
potest,nequaquam punit,sed si cogitata facere decreuerit,aut ipsa quę fecerit noluerit corrigere pœnitē-
tia.Huius tamen distinctionis membrum secundum intelligendum percenserem,vbi sola esset criminis ap
prehensio,nec quis illi diutius immoraretur delectationis gratia.Alioqui tametsi id quod mente quis per-
tractat exequi non contenderet,letali culpa teneretur obstrictus:vt habetur in cap.finali §.ponderosus,
49 dist.Ponderosus ergo est,qui totis cogitationibus ad lasciuiam defluens,pondus turpitudinis gestat in
corde:& quanuis praua non exerceat opera,ab iis tamen non auellitur mente,nec ad vsum boni operis
in aperto valet assurgere.hæc ibidem.Augustinus vero lib.2 de Genesi contra Manichæos,tres solū gra-
dus scripsit,inquiens,Primo fit suggestio siue per cogitationem,siue per sensus corporis,vel videndo,vel
tangendo,vel audiendo,vel gustando,vel olfaciendo.Quæ suggestio cum facta fuerit, & apprehensum
obiectum,si cupiditas nostra non moueatur ad peccandum,& appetitus non prosequitur obiectum,exclu
detur serpentis astutia:si autem mota fuerit,quasi mulieri iam persuasum erit.Deinde sequitur, sed ali-

quando ratio viriliter etiam commotam cupiditatem refrenat atque compescit: quod cum fit nō labimur in peccatum, sed cum lucta coronamur. Si vero ratio consentiat, & quod libido commonet faciendū esse decernat, iam peccatum imputatur, etiam si non subsequatur factum: quoniam rea tenetur in consensum conscientia ipsa. B

Ne quis fornicator aut prophanus vt Esau, qui propter vnam escam vendidit primitiua sua: scitote enim quoniam & postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est: non enim inuenit pœnitentiæ locum, quāquam cum lachrymis inquisisset eam. ¶ Fornicationis crimen incessit atque execratur, quo tanto malo mederetur quod eorum nonnullos peruaserat: quos tamen non retegit, quin potius eius rei ignarum se esse simulat, vt corrigantur nondum patefacti, dicens, Contemplantes [Ne quis] vestrum [Fornicator] sit, & rei Venereę deditus, cum vitium hoc deo sit infensum, hominique plurimum officiat, vt Paulus docet 1 Corint. 6, Fugite, ait, fornicationem. omne enim peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. An nescitis quoniā membra vestra templū sunt spiritussancti, qui in vobis est? Considerantes etiam ne quis [Prophanus] sit inter vos, id est procul à phano seu sacro, & à religione Christiana alienus: quemadmodum teste Chrysostomo sunt helunnes & gulę dediti, qui suo ventri non deo obtemperant. Ad Philip. 3, Multi ambulant quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimici crucis Christi: quorum deus venter est, & gloria in confusione ipsorū qui terrena sapiunt. Cuiusmodi erat [Esau] qui fornicator extitit contrà præceptum patris, alienigenas in vxores ducens, Gene. 36, Esau accepit vxores de filiabus Chanaan, Ada filiam Elon Ethei, & Oolibama filiam Anę filii Sebeon Euei. quod patri eius ingratum erat, velut Gene. 28 habetur. Fuit item ventri addictus, [Qui propter vnam escam vendidit primitiua sua,] vel vt Theophylactus legit primogenita. Esau enim primogenituræ honorem sibi delatum, cibi gratia fratri contulit, Gene. 25, Iurauit Esau & vendidit primogenita, & sic accepto pane & lentis edulio comedit & bibit, & abiit paruipendens quod primogenita vendidisset. quod non sine scelere actum est. Iuri quippe primogenituræ sacerdotalis dignitas annectebatur, sicut supra cap. 7 post Hieronymū annotauimus, sicque in simonię crimē prolapsus est. ¶ Num autem & Iacob eiusdem criminis conscius extitit? non enim vendentes duntaxat sed emētes spiritalia ambitus insimulantur. hinc Act. 8 Simoni Mago dictum est, Pecunia tua tecum sit in perditionem: quia existimasti pecunia donum dei possidere. Sane nequaquā. nempe teste Augustino lib. 16 de ciuitate dei, cap. 37, Primatus maioris transfunditur in minorem ex pacto & placito inter illos, illesa Iacob consciētia, qui nullius doli aut fraudis particeps fuit. Ad quem vt restatur cap. præcedenti, necnon Petrus Comestor in Genesim, cap. 66, ius primogenituræ diuino nutu delatum est. quod hinc conÿcere licet quòd Gene. 25 scriptum sit, Maior seruiet minori. Non igitur super iure spiritali assequendo paciscebatur, qui suæ vexationi redimendæ tantum intendebat. Sed quorsum hæc, cum in cap. Matthæus, extra de simonia decretū sit, eum qui antea rite & canonice electus fuerat nonnullis tamen repugnantibus, quo eorum animos sibi conciliaret pecuniam elargiri consenserit, beneficio cui præfectus erat cedere. Non igitur ęquum aut cōsentaneum videtur, etiam ob redimendam vexationem munera erogare. Quod vtique percenserem vbi de oppressi iustitia nondum plene innotuisset: cuiusmodi erat ius de quo dicto cap. Matthæus habetur. Possunt enim etiā canonice electo pleraque quæ eligentes latent postmodū obÿci: vbi autem illa testibus idoneis comprobata fuerint, à primatus dignitate is deÿciendus est. Cuiusmodi sunt suspensio, irregularitas, excommunicatio, & alia id genus, de quibus in cap. 1, extra de postulādo. & cap. constitutus primo, extra de appella. & cap. cum in cunctis, extra de electione. Idcirco in cap. constitutus. & cap. super eo. extra de transac. Transactio super re sacra interdicitur: quod sit pactio non gratuita, super re subdubia & incerta, vt notatur dicto cap. super eo. & l. 1. ff. de transactionibus. At vbi quis super iustitia sua & alterius iniustitia certior esset, quemadmodum Iacob: tunc pacis incundæ gratia minus aliquod rei temporalis offerre licebit, vt hic habetur. Subinde quòd Esau tanti sceleris conscius non impune egerit demonstrans inquit, [Scitote quòd postea cupiens hæreditare] seu consequi [Benedictionem] quæ primogenito debita erat [Reprobatus est,] & à patre reiectus: qui dei arbitrio id egit, ab ipso edoctus, ius illud ad Iacob delatum, vt ait Theophylactus hoc loco. & Augustinus dicto lib. de ciuitate dei, cap. 27, Benedictionem impartitam Iacob, ait, non reuocauit Isaac, quin potius firmauit, dicens quod Gene. 27 habetur, Benedixi ei, & erit benedictus. Et paulo post, Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres eius seruituti illius subieci. Sicque [Non inuenit pœnitentiæ locum,] hoc est, quanquam prioris facti cum pœniteret, non tamen benedictionem quām cum lachrymis requisiuit nactus est. Hāc interpretationem affert Theophylactus, qui alteram adiecit, quæ est Chrysostomi, quam glosa ordinaria & Lyranus sequuntur. vt de Esau à deo reprobato hic Pauli locus intelligatur. vbi Chrysostomus, Num pœnitentiā Paulus excludit? Nequaquam. quomodo ergo dicit quòd non inuenit pœnitentiæ locum, si culpauit semetipsum quòd ius illud transtulisset in fratrem, si gemitibus se afflixit? Quoniam non erat illa vera pœnitentia. nam etsi lachrymas fuderit, non tamen erant pœnitentiæ, sed liuoris & odii & exacerbati animi: qui minus æquo animo toleraret præferri sibi germanum, & rei terrenæ incommoda, nō deum offensum prospiciebat. Ex quo perspicuum est eius pœnitentiam infructuosam fuisse. Quæ enim secundum deum tristitia est, pœnitentiā in salutem stabilem operatur: seculi autem tristitia mortem operatur, quæ ex rei temporalis (cui quis peruerse afficitur) emergit, 2 Corint. 7. Præterea quomodo pœnitentia peccatum diluisset, qui capitali odio germanum prosequebatur? Dixit enim, Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum, Gene. 27. Apte itaq; Theophylactus inquit, quemadmodum nec mœror quidem quem Cain ille vultu prętulerat, non pœni-

Margin notes: "De simonia." (beside "…ctebatur, sicut supra cap. 7…"); "De dupli ci pœnitē tia." (beside "hic Pauli locus intelligatur…"). Section letters in right margin: F (beside "…autem & flens dico…"), G (beside "…sit, eum qui antea rite…"), H (beside "[Non inuenit pœnitentiæ locum,]…").

A tentis fuerat, sed inuidentis, de quo Gene. 4, ita nec Esau. Si enim permanent opera, frustra voce assumi-
tur pœnitentia, teste Hieronymo Matth. 27. Vera itaque pœnitentia exigit, quatenus homo omnia com-
missa, quæ secundum deum est tristitia tegat, dicente Chrysostomo, Non igitur negemus obsecro pecca-
ta nostra, neque nos impudentia duros efficiat. sponte nostra peccata puniamus, ne pendamus non sponte
supplicia. Persuadeamus igitur nobis nos peccasse, nec hoc sola lingua pronunciet, sed etiam conscientia:
nec tantum nos peccatores esse dicamus, sed etiam ipsa peccata specialiter singula computemus: non tibi
dicę vt te prodas in publicum, neque vt te apud alios accuses: sed obedire volo prophetę dicenti, Reuela
domino viam tuam. ante deũ ergo tua confitere peccata, apud verum iudicem cum oratione delicta tua
pronuncia, non lingua, sed consciẽtiæ tuæ memoria. Quę Chrysostomi sententia de peccatorum contri-
tione intelligenda est, vna ex pœnitentiæ partibus, tres siquidem ab ipsomet, cuius verba habentur in cap.
Perfecta de pœniten. dist. 3 describũtur, In corde contritio, ait, reperitur, in ore confessio, in opere tota hu
militas. hæc est enim fructifera pœnitentia. Hæc ille. Non autem confessionem inficiatur quæ necessaria
est, vt cap. 1 supra annotauimus.

Non enim accessistis ad tractabilem & accessibilem ignem, & turbinem,
& caliginem, & procellam, & tubæ sonum, & vocem verborum, quam qui
audierunt excusauerunt se ne eis fieret verbum. non enim portabant quod
B dicebatur, Et si bestia tetigerit mõtem, lapidabitur: & ita terribile erat quod
videbatur, Moyses dixit, Exterritus sum & tremebundus. ¶Postquam hoc no
strum testamentum vetus illud excedere magnitudine pluribus patefecit, tandem arguit ipsum altero lon
ge mitius & leuius esse. [Non enim, ait, accessistis ad tractabilem & accessibilem ignem &c.] id est, non
hæc signa horrenda & pertimescenda Christus euangelium concessurus præmisit: quæ in monte Sina ge
sta sunt, dum lex Moysi daretur. Quæ autem singula illa fuerint pertractat: quia non ad ignem tractabi-
lem seu palpabilem: ignis enim qui eo tempore in monte apparuit, corporalis erat, & accessibilis, qui &
palpari & tangi poterat, vt patet Exod. 19, vbi hæc enarrantur. [Nec ad turbinem] & ventum vehemen
tissimũ: turbo quippe ventus est frigori admixtus, permaxime omnia eradicans & prosternens. [Nec ad
caliginem & procellam] accessistis ex turbine suscitatam, nec ad [Tubæ sonum] seu buccinæ, non qua-
lemcunque, sed prolixiorem & tremendum, Exod. 19, Eratque mons omnis terribilis, & sonitus buccinæ
paulatim crescebat in maius, & prolixius tendebatur. Nec accessistis ad [Vocẽ verborum] angeli Moysen
in persona dei alloquentis. [Quam] quidẽ vocem [Qui audierunt] timore percussi [Excusauerunt se, ne
audirent verbũ,] & angelũ in persona dei talia verba resonantẽ. Populus siquidem ad Moysen conuersus
dixit, Loquere tu nobis, & audiemus te: non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur, Exod. 20. Mul-
tæ enim vt testis est Chrysostomus, & tam varię rerum imagines dationi legis infuere: vt harum contem-
C platione populus obstupesceret: nec auderet legem transgredi tormentorum metu. Ignis autem eò appa-
ruit, vt legum lator inductas præferret pœnas: de quibus supra cap. 10, Irritam quis faciens legem Moysi,
sub duobus aut tribus testibus moritur &c. Nebula vero aut caligo testamentum illud vetus præfigura-
bat opertum adhuc permanere: necdum fuisse tunc reuelatum, 2 Corinth. 3, Vsque in hodiernum diem
cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. Procella vero excitabat Hebræos qui tardio-
res erant, vt dei dictis & rebus cælestibus intenderent. Quod beatus Stephanus illis improperans Act. 7
aiebat, Dura ceruice & incircuncisi cordibus, vos semper restitistis spiritui sancto, sicut & patres vestri.
Tubæ vero sonus adesse regẽ & deum significabat, sicut & secundo aduentu, vt Matth. 24 habetur, Mit
tet angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabũt electos eius. Cur autem potius Moysen quàm
angelum in dei persona loquentem audire maluerint, subintulit, [Non enim portabant quod dicebatur,]
hoc est, quod à dei ore prodibat, tremefacti & perterriti nequibant auribus sustinere, ob id maxime quod
deus præceperat. [Si bestia montẽ tetigisset, lapidibus obrueretur,] Exod. 19, Manus nõ tanget eum, sed
lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis, siue iumentum fuerit, siue homo. Quod sane argumẽto est,
vetus illud testamentum formidini & terrori plurimum illis fuisse. [Et ita terribile erat quod videbatur]
& audiebatur, vt [Moyses] qui diuinis colloquiis assuetus erat, (ore enim ad os cum deo loquebatur tan-
quam amicus cum amico Exod. 33) dixerit, [Exterritus sum & tremebũdus.] quasi dicat, si Moyses dei
amicus ita expauit, quo tremore quave animi formidine populus expauit? ¶Sed quo iure Paulus vetus
D stamentum proferens, citat quæ nusquam ibidem reperiuntur? nimirum ea auctoritate suffultus, qua supra
cap. 9 aliqua arca recludi scripsit, quorum vetus testamentum non meminit, veluti eo loco admonuimus.
Quòd si rursum quis proponat id quod Act. 2 dicitur, Factus est repente de cælo sonus tanquam adue-
nientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes, & apparuerunt illis dispartitæ
linguæ tanquam ignis: quomodo ergo inter vtrunque testamentum ita discreuit Paulus, quod vetus il-
lud portentis & prodigiis confirmatum sit, & non reliquum? Consideret ille quemadmodum glosa ordi-
naria & interlinearis testificantur Act. 2, sonum illum, aut ignem, de quo ibidem, nulli fuisse formidini, si-
cut tempore legis datæ contigerat, quo plebs perterrita procul aberat. In die vero pentecostes discipuli
quadam necessitudine coniuncti simul aderant, vt contextus docet. Interim tamen discamus sub priori te
stamento bruta animantia in sceleris horrorem & detestationem affecta fuisse: vt etiam cõstat Exod. 21.
Quod causa perurgente teste Lyrano 1 ad Timot. 1, princeps non inique decerneret.

Sed accessistis ad Sion montem & ciuitatem dei viuentis Hierusalem cæ-
lestem, & multorum millium angelorum frequentiam, & ecclesiam primi-

De vtriusque testaméti differentia.

tiuorum,qui conſcripti ſunt in cælis,& iudicem omnium deum & ſpiritum E
iuſtorum perfectorum & teſtamenti noui mediatorem Ieſum,& ſanguinis
aſperſionem melius loquentem quàm Abel. ¶Quantom nouũ & noſtrum veteri te
ſtamẽto præſtet explicat.Quia [Acceſsiſtis] inquit,Chriſti fide ſuſcepta [Ad Sion montẽ & ciuitatẽ dei
viuentis Hieruſalẽ.] hoc eſt,paradiſum ipſam contẽplandam,quã dominus exercituum inhabitat.Cuius
mons Sion figurã prætulit,teſte Hiero.qui textũ hunc interpretatus eſt Iſaiæ 8,& Ezechiel.28.Quo lo-
co Paulos ſenſu anagogico luſit,quẽadmodũ & aliis ſenſibus myſticis,vt ſupra cap.1 effuſe diſseruimus.
Acceſsiſtis etiam [Ad multorum angelorũ frequentiam,] quorũ gloriæ futuri eſtis participes.De electis
nãque Matth.22,& Marc.12 ſcriptũ eſt,Erunt ſicut angeli dei.Perinde ac diceret,Pro populo angelorũ
iam adepti ſumus innumerabilẽ comitatũ,& pro timore iam ſumus lætitiã aſsequuti.2 ad Timot.1,Non
enim dedit nobis deus ſpiritũ timoris,ſed virtutis & dilectionis.Idcirco autem,vt cõiicio,Paulus angelorũ
numerũ minime certum ſcripſit,quòd ille nobis ſit incognitus,& incertus,vt teſtificatur Hieronymus lo-
cum illum Daniel.7 explicans,Millia millium miniſtrabant ei,& decies millies centena:Non quò iſte mi-
niſtrorum dei numerus,ait,definitus ſit, ſed quô maiorem multitudinem humanus ſermo explicare ne-
quierit.Iſta ſunt millia & iſtæ milliades,de quibus pſal.67 legimus,Currus dei decem millibus multiplex
millia lætantium in eis.Hieronymo conſentit Auguſtinus lib.15 de ciuitate dei,cap.1.Acceſsiſtis etiam ad F
[Ecclesiam primitiuorum] ſeu apoſtolorum congregationem,vt gloſę interlineari placet,qui Chriſto no
biſcum agenti primi adhæſere:& ſuper eos Chriſti fundata eſt eccleſia,teſte Hieronymo in dialogo or-
thodoxi & Luciferiani,In illa eccleſia permanẽdum eſt,ait,quæ ab apoſtolis fundata vſque ad diem hunc
durat:& ab eorum temporibus credentium multitudo,eccleſia chriſtiana appellata eſt:iuxta Iſaię ora cu-
lum,qui 65 cap.dixit,Seruos ſuos vocauit nomine alieno:in quo qui benedictus eſt ſuper terram, benedi-
cetur.vbi Hieronymus,Nomen autem nouum ſuæ eccleſiæ nullum eſt,niſi quod ex Chriſti nomine de-
riuatur:vt nequaquam vocetur populus dei Iacob,Iudas,Iſrael,& Effraim,ſed Chriſtianus.Cœpit autem
fidelium cœtus,qui Chriſti nomine cenſetur,teſte Euſebio lib.2 eccleſiaſticæ hiſtoriæ,cap.2,ſub Tyberio
poſt paſsum Chriſtum hoc nomine appellari.qui cap.ſequenti inquit,Apud Antiochiã poſt Chriſti aſcen
ſionem congregata fuit eccleſia florentiſsime:in qua erant etiam prophetici ordinis viri quamplurimi,cũ
quibus & Barnabas,& Paulus,quibus omnibus pariter in dei gratia & vnanimiter degẽtibus,ibi primum
diſcipuli veluti ex perenni ſonte,ſumpto vocabulo,Chriſtiani dicti ſunt.A monte tamen Sion religionis
chriſtianæ initium ſumpſiſse teſtatur Hieronymus:qui Iſaiæ 58 locum illum enarrans inquit,Dicitur hoc
ad eccleſiam quæ primum per apoſtolos congregata eſt in Sion:de quibus & in Actibus apoſtolorum le-
gimus quòd de vniuerſo orbe terrarum viri religioſi fuerunt in Hieruſalem.Hieronymo conſentit Augu-
ſtinus tractatu 113 in Iohannem,& lib.18 de ciuitate,cap.45,quibus ſuffragatur id quod Iſaiæ 2 dicitur, G
De Sion exibit lex & verbum domini de Hieruſalem.Vel vt dicunt Chryſoſtomus & Theophylactus,
Paulus hoc loco primitiuos fideles appellat:qui vt deo iam dedicati ſanctiores euaſere, quorum nomina
in libro vitæ conſcripta ſunt,ſiue in cælis conſcripti illi dicuntur,de quibus Luc.10,In hoc gaudete, quo-
niam nomina veſtra ſcripta ſunt in libro vitæ.Acceſsiſtis item [Ad iudicem omnium deum,] quod ait,ne
abſque timore viuant:cum omnium non Iudæorum modo & fidelium,ſed & infidelium futurum iudicẽ
deum dixit.Oportet enim nos ante tribunal Chriſti comparere,vt recipiat vnoſquiſque propria corporis
prout geſsit,ſiue bonum ſiue malum,2 Corinth.5.Acceſsiſtis præterea [Ad ſpiritum iuſtorum perfecto-
rum,] id eſt ſpiritum ſanctum qui nos deo dignos efficit,Rom.5,Charitas dei diffuſa eſt in cordibus ve-
ſtris,per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis.Vel ſecundum Chryſoſtomum,Theophylactũ,& gloſam,
Acceſsiſtis ad ſpiritum &c.id eſt,ad proborum & ſanctorum animas,qui dum nobiſcum agerent ſancti-
moniam maiorem in modum ſpirabant:ac ſi diceret,his eritis & vos haud dubie æternæ felicitatis con-
ſortes,ſi eorum fueritis vitam ſectati.Idcirco Paulus 1 ad Corinth.11 aiebat,Imitatores mei eſtote , ſicut
& ego Chriſti.vt ſupra cap.6 dictum eſt,Non ſegnes efficiamini,verum imitatores eorum,qui fide & pa
tientia hæreditabunt promiſsiones.Acceſsiſtis inſuper [Ad teſtamenti noui mediatorem Ieſum,] non ad
Moyſen,qui medius & ſequeſter ſub priori teſtamento extitit:Chriſtus vero perfectioris mediator eſt,vt
ſupra cap.8 habetur.Nunc autem melius ſortitus eſt miniſterium,quantum & melioris teſtamẽti media-
tor eſt:quod & in melioribus repromiſsionibus ſancitum eſt.Mediator autem dicitur,quòd nos redeme- H
rit,& pacis reſormatæ pignus retulerit.Ipſe enim eſt pax noſtra,qui fecit vtraque vnum,Ephe.2.Eſt &
mediator & intercesſor.aſcendit quippe in cælũ,vt appareat vultui dei pro nobis.Sancti vero in hunc mo
dum duntaxat mediatores cenſentur:Chriſtus vtroque modo,vt ſupra cap.8 admonuimus.Ex quibus li-
quet quomodo gloſ.hoc loco accipienda ſit,inquiens,Non ſolum ſcriptura hominibus fecit vt crederent,
ſed etiam fidei ſuæ poſuit mediatorem:non quẽlibet principalem,vel angelum:ſed dei filium, cuius ſan-
guine commiſsa noſtra abluta ſunt.Ideo adiecit Paulus,Acceſsiſtis [Ad ſanguinis aſperſionem] ſeu Chri
ſti ſanguinem effuſum:qui conſcientiarum noſtrarum maculas deterſit,Rom.3,Quem propoſuit deus
propitiatorem per fidem,etiam per ſanguinem.& Ephe.1,In quo habemus redemptionem per ſanguinẽ
eius.Qui [Melius loquitur quàm ſanguis Abel.] Nempe vt dicunt Chryſoſtomus & Theophylactus,Li
cet ſanguis Abel fama & nomine apud omnes celebretur:nòn tamen ille nos mundos & ſanctiores effi-
cit,quemadmodum Chriſti ſanguis,idcirco melius loquitur quàm ſanguis Abel.Vel vt idem ſentit Theo
phylactus,ſanguis Chriſti cum mentem inuadit quam integram reperit,eandem excitat,& loqui compel
lit,Rom.8,Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus,ſeu interpellare nos edocet.Aut quẽ
admodum gloſæ interlineari,& quibuſdam aliis placet:ſanguis Abel obclamitabat in germanum , quòd
ab eo peruerſe effuſus ſit,Gene.4,Ecce vox fratris tui clamat ad me de terra.Quam interpretationẽ ſu-

A pra cap. proximo explicauimus. Sanguis vero Christi scelerum veniam deposcit, & assequitur. Si enim
sanguis vitulorum, aut hircorũ, & cinis vitulæ aspersus, coinquinatos sanctificat ad emundationem car
nis, quãto magis sanguis Christi emũdabit conscientiã nostrã ab operibus mortuis, supra cap. 9. ¶ Sed
forsan sciscitaberis, si sanguis Christi effusus nos puriores & mundiores efficit, nũquid post huius vitæ
exitum merito locus esse videtur? cum è sacro Christi corpore vita functi sanguis effluxerit, vt Iohan.
19 scribitur, Ad ipsum autẽ cum venissent, vt viderunt eum iam mortuũ, non fregerunt eius crura, sed
vnus militũ lancea latus eius aperuit: & cõtinuo exiuit sanguis & aqua. Ne cui autem videatur, Christi
sanguine viuentis nos tantum redemptos, paulisper Augustino aurẽ præbeamus. Qui tractatu 120 in
Iohannem inquit, Vigilanti verbo euangelista vsus est: vt non diceret, latus eius percussit aut vulnera-
uit, aut quid huiuscemodi, sed aperuit, vt illic quodammodo vitæ ostium panderetur, vnde sacramenta
ecclesiæ manauerunt: sine quibus ad vitam quæ vera est non intratur. Ille sanguis in remissionem fusus
est peccatorum, aqua illa salutare temperat poculum, lauacrũ præstat, & potum. Et sermone 14 de san
ctis, Insultetis nobis, ait, ꝙ credimus in crucifixũ occisum, plane in occisum, sed de quo nisi sanguis ma
naret, chirographũ peccatorũ nostrorũ adhuc maneret. Verum ne his plus ęquo immorer, dico Christi
voluntate, qua salutis nostræ gratia sibi cõplacuit sanguinẽ propriũ effundere, etiã vbi è vita migrauit,
nos peccatorũ remissionẽ consequutos, vt supra cap. 10 patuit, In capite libri scriptum est de me, vt fa-
B ciam voluntatẽ tuã, deus meus volui: tunc dixi, Ecce venio. In qua voluntate sanctificati sumus omnes.
Quòd autem August. inde sacramenta fluxisse dixit, si hunc Hieronymo contuleris, quidnam ipse ve
lit plane intelliges. Ait nempe Hieronymus psal. 68, locum illum explanãs, Quoniam quẽ tu percussi-
sti, ipsi persequuti sunt: De se hæc Christus ad patrẽ loquitur. Percussus est enim, vt nos resurgeremus:
vulneratus est, vt nos sanaret: sed & sanguis & aqua quę de vulnere lateris eius exiit, martyrii baptismi-
que prætulit typum. Sicque à sanguine illo fluxere: quod horum figurã gesserit. Ad idem est Chrysost.
homil. 84 in Iohannẽ, dicẽs, Non & casu simpliciter, hi fontes sanguinis videlicet & aquę scaturierũt.
Sed quoniam ex ambobus ecclesia cõstituta est, sentiũt hoc initiati. per aquam enim regenerati, sangui-
ne & carne nutriti sunt. Hinc mysteria ortũ habent: vt quotiens ad accipiendum calicem accedis, tanq̃
ab ipso latere hauriens accedas. Tantũ enim abest vt Christum vbi ab hac vita migrauit nobis quippiã
meruisse fateamur: ne illius errori assentiri videamur, qui resolutione de virtute indulgentiarũ merito
post hanc vitam locum esse voluit: cum Iohan. 9 scriptum sit, Operamini dum dies est: venit enim nox
seu mors, quando nemo potest operari. Eccle. quoque 9, Viuentes enim sciunt se esse morituros: mor-
tui vero nihil nouerunt amplius: nec habent vltra mercedẽ. Quòd si obiicias Paulum Rom. 4 dicẽtem,
Christus traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram: animaduer-
tas Christum idcirco resurrexisse, vt nũc appareat vultui dei pro nobis. supra cap. 9, Meritum antiquũ
non nouum nostri causa deo patri offerendo: Vnde & saluare in perpetuũ potest, accedens per semet-
C ipsum ad deum interpellandũ pro nobis, supra cap. 7. Superest alteri quęstioni occurramus. Nempe si
vetus instrumentum à nouo distat, ꝙ ille minus sibi obsequentes ac tardiores pœnæ metu solicitiores
efficeret: hoc vero amore, & cælestiũ contemplatione, nos ad virtutis studia cõmoueret: quid in Chri-
stum credentes ita Paulus affatur ad Philip. 2 dicens? Cum metu & tremore salutẽ vestram operamini.
Quę ad animi & corporis humilitatẽ tantũ pertinere censenda non sunt, vt testatur Hiero. Ephe. 2 di-
cens, Porro si quis timorẽ pro reuerentia dictũ putet, arctabitur ex eo, quod additus est timori tremor.
Vbi enim tremor est, metus nõ sonabit reuerentiam, sed timorem. Nonnulla tamẽ subiunxit quę huius
nodi dissolutionem pręstant, Quicunque, ait, crediderit in deũ, & needum ad scientiæ summam perue
nerit, non indecens est hunc domino seruire cũ timore & tremore in simplicitate cordis. Perfecti itaq;
viri est, & consummatę virtutis, vt Hiero. sentit, euangelium amore obseruare. His vero qui nondũ fir-
mioris gressus sunt, sed imbelli animo, timor & tremor conducũt: nam dempta formidine vix quicquã
ab illis peragi potest. ideo psal. 2 dicitur, Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Quem
perfecta charitas foras mittit, 1 Iohan. 2. His tamen rursus officere videtur quod 1 ad Timo. 1 scribitur,
Iusto lex non est posita. vbi glos. & Theophyl. Iustum autem hoc loco intellige, qui virtutẽ est assequu-
tus, qui nulla legis formidine, sed ex officio nequitiam odit, & virtutem complectitur, & in eo superat le
gem, quia haudquaquam dignatur pro instructrice hanc ipsam habere, quæ & flagra sibi intẽdat si la-
batur, & supplicia comminetur. Qui textus Pauli de Mosaica lege intelligendus est, vt aperte ex con-
D textu loci illius Ambrosius docet. Cum igitur amor & timor sub vtraque lege eisdem dominetur, su-
peruacanea hæc legis & euangelii differentia videtur. Multo tamen aliter est. qui enim legem trans-
greditur, sub duobus aut tribus testibus, sine vlla miseratione moritur: idcirco timoris lex illa cense-
tur: hæc vero amoris, quia toties commissa condonat, quoties id efflagitamus, vt Matthęi decimoocta-
uo constat.

Videte ne recusetis loquentem. si enim illi non effugierunt recusantes eum qui super terram loquebatur, multo magis nos qui de cælo loquentem nobis auertimus. ¶ Hos tandem hortatur, vt Christo monenti aurem facilem præbeant. [Videte] ait, quia sanguis Christi melius loquitur quàm Abel, [Ne recusetis loquentem] Christum. Cuiusmodi sunt ii qui eius promissis diffidunt: de quo tamen Matthæi decimoseptimo scribitur, Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Quod si quispiam eius imperia neglexerit, non id impune aget. Nempe [Si antiqui illi] patres [Non effugierunt] supplicium, & perditionem, [Recusantes eum qui super terram loquebatur,] hoc est, angelo minime obtemperantes, qui in dei persona in monte Sina monita Moysi præstabat à populo obseruanda, vt Actuum septimo habetur,

Vel ipſimet Moyſi,qui dei iuſsa ad populum pertulit, vt Exod.15 habetur,[Mulko magis nos] pœnam E
aut ſupplicium non effugiemus,[Qui de cælo loquentem Chriſtum à nobis auertimus,]& ab ipſo deſciſcimus,legẽ eius abiicientes.Si enim qui per angelos dictus eſt ſermo,factus eſt firmus:& omnis prævaricatio & inobedientia accepit iuſtam mercedis retributionem : quomodo nos effugiemus ſi tantam neglexerimus ſalutem?ſupra cap.ſecundo. ¶Sed quid nos de cælo Chriſtum affatum dixit,qui in terris agens euangelium docuit,Matthæi quinto,Videns Ieſus turbas aſcendit in montem:& cum acceſsiſſent diſcipuli eius, aperiens os ſuum docebat eos. Et Marci ſexto dicitur,Cœpit Ieſus in ſynagogis docere. Idem quoque Lucæ quarto & ſequenti capite habetur. Reſpondet gloſ. Chriſtum de cælo loquutum, quia cæleſtia non terrena repromiſit.Hæc tamen expoſitio myſtica eſt.Ideo plus mihi arrident Chryſoſtomus & Theophylactus dicentes, Chriſtum de cælo loquutum,quia vbi in cælum eſt receptus,legem nobis per ſpiritum dedit,& fidei dogmata ſaluti noſtræ conducentia:& vbi vrget vtilitas adhuc elargitur,velut Iohannis decimoquarto prædixerat,Paracletus autem ſpiritus ſanctus quem mittet pater in nomine meo,ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis Et rurſum cap.decimoſexto,Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem:non enim loquetur à ſemetipſo,ſed quæcunque audiet loquetur,& quæ ventura ſunt annũciabit vobis. ¶Videmus tamẽ nonnullos ſatanæ aſtutia huc deuolutos,vt nil quod ſcripturis proditum non ſit,fide tenendum putent:his teſtimoniis parum attendentes.Super quo prolixiorem ſermonem ſuprà cap.octauo edidimus.Aſciſcunt in huius erroris teſtimonium id quod Deutero- F
nomii quarto habetur,Non addetis ad verbum quod loquor vobis,nec auferetis.& cap.12,Non addas quicquam nec minuas.Veruntamen hoc de Moyſi lege dictum eſt,non euangelii.Illa nimirum ſcriptura,hæc vero reuelatione nititur,vt poſt Hieremiam Paulus ſupra cap.octauo & decimo edocuit. ¶Quid eſt igitur in cauſa dices quòd ad Galatas primo ſcriptũ eſt?Sed licet nos aut angelus de cælo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus,anathema ſit.Nempe vt pſeudo apoſtolorum dogmata incuſaret:quæ euangelii limites prætergrediebantur, & rectæ fidei minus conueniebant. Præmiſerat enim Paulus,Miror quomodo ſic tam cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Chriſti,in aliud euangelium.quod non eſt aliud,niſi quod ſunt aliqui qui vos conturbant & volunt conuertere euangelium Chriſti.Vbi Ambroſius, Apertum eſt quia hoc agebant vt conuerterent euangelium Chriſti:iactantes traditiones,vt ſub nomine Chriſti etiam Iudæi conuerterent Chriſti euangelium in legem Moſaicam.Idcirco ſubintulit Paulus,Sed licet nos aut angelus &c.Hæret quippe ſibi ſermo diuinus,& ſequentia priora manifeſtant.Recte igitur gloſ.interlinearis eo loco inquit, Non abs re dixit,præterquam,non autem plus.

Cuius vox mouit terram tunc,nunc autem repromittit dicens,Adhuc ſemel & ego mouebo non ſolum terram,ſed etiam cælum.Quòd autem adhuc ſemel dixit,declarat mobilium translationem tanquam factorum, G
vt maneant ea quæ ſunt immobilia. ¶Quòd autem diuinæ poteſtati ſubſit euangelii tranſgreſſores ſuppliciis afficere manifeſtat,inquiens,[Cuius vox mouit terram,] tempore datæ legis, vt terrore concuterentur, & eum pertimeſcerent,vt Exodi decimonono habetur.& pſalmo ſexageſimoſeptimo,Terra mota eſt,etenim cæli diſtillauerũt à facie dei Sinai,à facie dei Iſrael.[Nunc autem] & euangelii tempore [Repromittit] idem ſe facturum.Hinc perſpicuum eſt teſte Chryſoſtomo,eundem fuiſſe qui tunc loquebatur,& qui nunc nobis è cælo profatur,Chriſtum videlicet, verum deum & hominem:cuius natura ſuperior & diuina æterna eſt,Iohannis octauo,Antequam fieret Abraham ego ſum.& infra cap.proximo,Chriſtus Ieſus heri hodie & ante ſecula.Sicut ergo illi ſui ſceleris pœnas non euaſere,ita nec nos deo repugnantes, iuſtitiam eius ſubterfugiemus.Quòd autem vel terram concuſſerit,aut ſit concuſſurus,quo perdite viuentes timore conficiat, probat Aggei teſtimonio qui cap.ſecundo ait, [Adhuc ſemel,& ego mouebo non ſolum terram,ſed etiam cælum.] Quod vtique contigit,vt teſtis eſt Chryſoſtomus, quando verbum caro factum eſt,& Chriſtus mundum ingreſſus.Commota eſt enim tunc omnis Hieroſolyma,& cælum ſimiliter, ob nouæ ſtellæ apparitionem,vt Matthæi ſecundo habetur.Et tunc quatiebantur manufacta AEgypti ſeu ſimulacra,quæ ſublata fuere ne ſuos deciperent cultores,deiectaque eſt eorum potentia. Vel vt ait Auguſtinus libro decimooctauo de ciuitate dei,cap.triceſimonono,hanc literam explanans,Hæc prophetia partim iam H
completa cernitur,partim ſperatur in fine complenda.Mouit enim cælum angelorum & ſyderum teſtimonio,quando incarnatus eſt Chriſtus:mouit terram ingenti miraculo ipſo virginis partu: mouit mare & aridam,cum & in inſulis & in toto orbe Chriſtus annunciatur: ita moueri videmus omnes gentes ad fidem.Vel certe vt placet Hieronymo in epiſtola ad Hediblam,quæſtione octaua,hæc ad primum ſaluatoris aduentum,& eius paſsionis diem pertinere dignoſcuntur.Qui Aggei ſecundo ait, Hoc factum cernimus in aduentu domini ſaluatoris.tempore quippe paſsionis eius fugiente ſole cælum motum eſt,& tenebræ factæ ſunt ſuper terram ab hora ſexta vſque ad horam nonam.Mota eſt terra,& ſaxa ſciſſa ſunt, & ſepulchra reſerata,Matthæi viceſimoſeptimo.& Lucæ viceſimotertio. In hoc autem vniuerſitatis tremore inquit,idem Hieronymus, commotæ ſunt etiam omnes gentes,quia in omnem terram exiuit ſonus apoſtolorum,pſal.decimooctauo.& verba eorum penetrauerunt vſque ad terminos orbis.Poſſunt & de ſecundo ſaluatoris aduentu hæc interpretari,vt oſtendit Ambroſius textum hunc explicans,pſal.ſexageſimoprimo. Cuius ſententiæ Theophylactus ſuffragans hic ait,Cũ autem ſemel dicit,poſt ſecundam arguit & tertiam fore terræ quaſſationem,hoc eſt,cum ſeculum hoc

A euerteretur, cum immutata omnia à corruptione ad immortalitatem denique transferuntur. Quibus sequens textus suffragatur, vbi Paulus id apertius insinuans inquit, Quod autem adhuc semel dixit, declarat mobilium translationem, hoc est, incorruptibilis naturæ immutationem. Tunc enim omnia igne cõflagrabuntur: cælum autem & terra immutabuntur, iuxta id Isaiæ 65, Ecce ego creo nouos cælos & nouam terram. Nõ per substantiæ eorum corruptionem, ait Hieronymus eo loco, sed per qualitatum nouarum susceptionem & alterationem, illesa substantia. Ait itaque, Quod semel dixit, declarat mobiliũ seu mutabilium translationem, tanquam factorum, & quæ vt aliquid essent, principium sumpsere: vnde necessario sunt finem habitura. De deo autem dictum est 1 Timoth. 6, Solus habet immortalitatem, vel immutabilitatem, & lucem habitat inaccessibilem. Si solus, consequens est vt omne quod conditum est, finem sit habiturum. ¶ Sed dices animam & angelũ perpetua esse, nec mutabilitati huiuscemodi obnoxia. Hoc sane non inficior, nequaquã tamẽ sunt natura perpetui: quippe qui nec principio careant, per gratiã tamen sunt immortalitatem adepti. De quibus subintulit, [Vt maneant ea quæ sunt immobilia.] id est bona cælestia sanctis affutura, quæ æterna sunt dei promissione. ibunt enim ii in vitam æternam, Matth. 25. Vel nomine immobilium, lex euangelica intelligitur: quæ perpetuo permansura est, Matth. 24, Cęlum & terra transibunt, verba autem mea non pręteribunt.

B Itaque fratres regnum immobile suscipientes habemus gratiam, per quam seruiamus placentes deo cum metu & reuerentia. Etenim deus noster ignis consumens est. ¶ Ne Christi beneficiorum immemores ingratitudinis insimulemur, vt gratiarum actiones deo rependamus nos commonefacit, inquiens, [Itaque fratres regnum immobile] & cæleste quod æternũ est, Danielis tertio, Regnum eius regnum æternũ [Suscipientes] per firmam spem & certam expectationem: quæ nos dei promissorum compotes, & in his vt plane versemur effecit, cuius tanta virtus vt cælestes efficiat qui terram inhabitant. Confugimus enim ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam atque firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis. Cui innixi [Habemus gratiam per quam seruiamus deo placentes,] id est, si qua dicendi incessit cupido, singula verba in agendis gratiis proferantur, quo in futuro à deo beneficia fidentius postulemus: alioqui quis nisi impudens, qui pro acceptis beneficiis nihil præ se gratitudinis tulit, ad deum accedet? Ideo secundæ ad Thessalonicenses secundo dicitur, Nos autem debemus gratias agere deo semper, quòd elegerit nos primitias in salutem in sanctificationem spiritus, & fidem veritatis. Sunt itaque pro vniuersis quæ nobis obtigerint, siue prospera siue aduersa sint illa, deo gratiæ agendæ. Qui illi seruientes bonum incomprehensibile propediem consequemur. Lucæ vicesimoprimo, Scitote quia prope est regnum dei. In hunc modum Chrysostomus & Theophylactus hunc locum explicant: glosa vero aliter, vt per gratiam quam habendam Paulus hortatur charitatem intellexerit, quæ nobis cælum ipsum
C suppeditat, Romanorum sexto, Gratia dei vita æterna. Qua dempta nullum obsequium nostrum deus superum præmio dignatur, primæ Corinthiorum decimotertio, Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum & corpus meum, ita vt ardeam nihil mihi prodest. Habeamus itaque hanc gratiam per quam deo placentes seruiamus illi [Cũ metu & reuerentia.] Vbi Theophylactus, Nil imprudẽter vel petulanter loquamur: quin præferat velim exterior facies erga homines verecundiam, & in deum reuerentiam & pietatem. Aut sane vtrunque deo impendendum est, cuius iudicia pertimescenda, velut eius incomprehensibilis bonitas suspicienda, Malachiæ secundo, Si ego dominus, vbi timor meus? si pater, vbi est amor meus? Et ad Philippenses secundo, Cum metu & tremore salutem vestram operamini. Quòd autem dei gratia cælum nancisci nobis perfacile sit: ad quod propriis viribus fisi nequaquam concederemus, docet scripturæ testimonio, quod Deuteronomij quarto habetur, [Etenim deus noster ignis consumens est.] perinde iuxta glosam interlinearem, ac diceret, Quemadmodũ igne auri excrementa consumuntur, ipsumque depuratur, atque splendescit: Ita deus commissa quæ excrementorum nomine censentur, in nihilum redigit, Isaiæ quadragesimotertio, Ego ipse sum qui deleo iniquitates tuas. Et ad Colossenses secundo, Delens aduersum nos chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. Purgat item & nos mundiores efficit, supra capite primo, qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens. Et Malachiæ tertio, Ipse enim quasi ignis conflans purgabit filios Leui. Studia quoque nostra, quæ gratia relegata tenebris obducta erant, & deo ingrata, nitidiora & deo digna ipsa accedente redduntur, Romanorum quinto, Accessum habe-
D mus per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum dei. Cui interpretationi consentit Augustinus libro vnico contra Adimantum Manichæi discipulum, capite decimotertio, inquiens, Consumit enim veterem vitam diuinus amor: & innouat hominem, vt ex eo quod deus ignis consumens est siue edax, vt ipse legit, faciat vt nos eum amemus, ex eo autem quod ęmuletur ipse nos amet. nolite ergo timere ignem qui est deus, sed quem ipse parauit reprobis. Hæc ille. Vel secundum Theophylactum, potest hic locus aliter interpretari, vt sit perdite viuentibus formidini: & vitæ sanctimonia præclaris, & à perfidis oppressis solatio. Deus nanque hic noster, ait, cum ignis sit subinde consumens, erit à nobis omnino verendus, ne veluti contemptores, & sui nullam habentes rationẽ, tollamur è medio, hoc igne absumpti. His præterea dictis & iustos consolatur, perinde ac diceret, Talem sumus dominum assecuti, qui possit aduersarios nostros vt ignis absumere. Terribilis quædam expectatio iudicii & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios,

CHaritas fraternitatis maneat in vobis, & hoſpitalitatem nolite obliuiſci. per hanc enim placuerunt quidam angelis hoſpitio receptis. ¶Vbi hortatus eſt eos ad animi conſtantiam & magnitudinem contra perſecutiones ab infidelibus illis excitatas, tandem hoc cap. nouiſsimo agendæ vitæ dogmata illis præſtituit. Cum autem charitati cæteræ virtutes cedant, 1 Corinth. 13, Nunc manent fides, ſpes, charitas, tria hæc: maior autem horum eſt charitas. Per hanc etiam reliquę conſtant virtutes, velut eodem cap. docetur: ideo illius initio meminit, dicens, [Charitas fraternitatis maneat in vobis,] ſitiſque mutua beneuolentia & neceſsitudine inuicem colligati. Non quòd ab ipſa excidiſſent, qua teſte Chryſoſtomo homil. 33 in hanc epiſtolam, potiebantur: ſed cum frequentioribus vrgerentur preſſuris, in diſcrimen propemodum veniebant. Idcirco ne de cætero hanc & reliquas virtutes negligentius exercerent, eò commonefacit vt mutuæ dilectioni incumberent. verum quoniam vera dilectio non affectu tantum, ſed effectu penſatur, vt 1 Iohan. 3 ſcribitur, Non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere & veritate, adiecit, [Et hoſpitalitatem nolite obliuiſci.] at peregrinis hoſpitio ſuſcipiendis ſtudete. Fieri enim poterat ſecundum Theophylactum, vt hi cum bonis fortunæ eſſent priuati, parcius forſan & raro hoſpites & peregrinos exciperent. Eos igitur hortatur, vt prius cœperant, hoſpitalitatem hanc proſequantur F
cum deo plurimum probetur. [Per hanc enim placuerunt deo quidam,] Abraham & Loth videlicet, velut Gene. 18 & ſequenti capite habetur. Poteſt iuxta gloſam ordinariam poſt Auguſtinum & Theophylactum in hunc modum legi, Per hanc quidam neſcientes, [Hoſpitio angelos receperunt,] iuxta Græci nominis ſignificantiam. Quod in eorum commendationem non parum facit qui eo proceſſerant, vt hoſpitalitatis officium ignotis impenderent, velut ex ſerie textus Geneſeos liquet, Illis quippe Abraham obuius eſcas obtulit, quibus angelis nequaquam opus eſſe perſpicuum erat. Cui tamen angelos eſſe poſtmodum innotuit, vt teſtatur Auguſtinus ſermone 1 & 45, inquiens, Et angelos & in angelis deum trinum & vnum intellexit: tribus ergo occurrit Abraham, & vnum adorauit: eò autem quòd tres vidit, trinitatis myſterium intellexit: quòd autem quaſi vnum adorauit, in tribus perſonis vnum deum eſſe cognouit. Idem quoque ſentit ſermone 46 ad fratres in eremo. eiuſque muneris hoſpitalitatis iure Loth participem fuiſſe ſcripſit, in oratione quæ quinque hæreſeos aut de quinque hæreſibus inſcribitur. Quod paucis admodum antea contigerat, prius enim erat vnius dei fides prædicanda, quàm trinitas reuelanda, vt idem ait lib. quæſtionum noui teſtamenti, quæſt. 87, & lib. quæſtionum veteris teſtamẽti, quæſt. 9. ¶Hic locus contra eos pugnat, qui peregrinationibus ob deum ſuſceptis aduerſantur, & eas ſubſannant. Quid enim eos qui hoſpitalitatis officio intendunt, ſuntque peregrinis obſequio, Apoſtolus tanti faceret, ni hæc virtus deo plurimum probaretur? qui rurſus Rom. 12 inquit, Neceſsitatibus ſanctorum communicantes, hoſpitalitatem ſectantes. Et 1 Petri 4, Hoſpitales inuicem ſine murmuratione. Super his autem plura diſſeruimus ſupra cap. proximo. G

Mementote vinctorum tanquam ſimul vincti: & laborantium tanquam & ipſi in corpore morantes. ¶Demum alia charitatis officia non prætermittenda ſuadet, inquiens, [Mementote vinctorum tanquam ſimul vincti,] id eſt his qui vobiſcum charitate connectuntur, id obſequii impendite, quod vobis iure præſtari contenditis, Matth. 7, Quæ vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite. Qui enim cuiquam vinctus eſt charitate & fide, vel volens initæ neceſsitudinis obliuiſci, nequit. Vel mementote vinctorum, inquit, eorum videlicet qui ob Chriſti fidem carceribus tenerentur concluſi. Id enim deo magnopere acceptum eſt, vt Matth. 25 conſtat. Mementote præterea, ait, [Laborantium tanquam & ipſi in corpore morantes.] hoc eſt, eorum quibus imminet neceſsitas, eis benefaciendo, ſi ſiti, inedia, aut alia quauis preſſura laborant: tanquam & ipſi in carne paſsibili exiſtentes. Verendum eſt enim ne quis noſtrum à deo derelictus, in grauiora prolabatur. Idcirco apte nos commonet ſapiens Eccle. 31, Intellige quæ ſunt proximi ex teipſo. Nos inſuper pulchre excitat Paulus ne torpedine reſolutos animarum futuro ſeculo purgandarum, nos ſubeat obliuio. Vinctæ enim ſunt, & dei iuſtitiæ carceribus tenentur obſtrictæ. quibus ſi antiquæ neceſsitudinis reminiſcimur, iure optimo cõpatimur. H
Sancta nanque & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur, 2 Machab. 12. De his prolixius ſcripſi ſupra cap. 3.

Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus: fornicatores enim & adulteros iudicabit deus. ¶Fornicatores & laſciuiæ deditos non impune agere, oſtendere percupiens, quatenus id manifeſtius educeret ſententiã quæ inſequitur pmiſit, [Honorabile connubium in omnibus,] vbi Chryſoſtomus, Si enim connubium conceſſum eſt, iuſte fornicator ſupplicijs afficitur, iuſte puniuntur adulteri. tandem adiiciens, Hic autem aduerſus hæreticos dimicat, Tatianum videlicet, Eucratitarum principem: qui teſte Hieronymo in apologia ad Pammachium pro libris aduerſus Iouinianum abiiciebat matrimonia. necnon contra Manichæum, qui vt ait Auguſtinus libro primo de moribus eccleſiæ catholicæ, matrimonia fidelibus interdicta, infidelibus vero conceſſa aiebat. Contra quos Paulus inquit, Honorabile connubium in omnibus. & 1 Corinth. 7, Si nupſerit virgo, non peccauit. Legimus inſuper virginem Mariam criminis prorſus expertam, ſancto Ioſeph nupſiſſe, Matth. 1, Cum deſponſata eſſet mater Ieſu Maria, Ioſeph, antequam conuenirent inuenta eſt habens in vtero de ſpiritu ſancto. Sed quid cauſæ eſt vt inter tam apertæ ſcripturæ teſtimonia huiuſcemodi viri in hunc errorẽ pro-

A lapsi sint?Sane existimo ob Pauli auctoritatem,perperam ab ipsis intellectam,1 Corinth.7.quæ huic lite-
ræ aduersari videtur,Propter fornicationem autem,vitandam scilicet,vnusquisque suam habeat vxorem,
& vnaquæque virum suum.Videntur itaque nuptiæ quędam minoris mali tolerantia,ne deterius suboria-
tur:sicut Moyses libellum repudii concessit,ne vxores neci passim darentur,vt Matth.19 dicitur.Cui in-
terpretationi accedere videtur quod eodem cap.scribitur,Hoc autem secundum indulgentiam dico, non
secundum imperium.vbi glosa interlinearis,Ideo non peccat qui aliter agit,imo peccat qui sic agit,sed le
uius.Cui glosa ordinaria consentit.Hieronymus præterea locum illum interpretatus lib.1 aduersus Ioui-
nianum inquit,Bonum est,ait Paulus,hominem mulierem non tangere:Si bonum est,malum est ergo tan
gere:nihil enim bono contrarium est nisi malum.si enim malum est & ignoscitur,ideo conceditur,ne ma
lo quid deterius fiat.Quale autem illud bonum est quod conditione deterioris conceditur,nunquã autem
subiecisset,Vnusquisque vxorem suam habeat,nisi præmisisset,Propter fornicationem.tolle fornicationẽ,
& non dicet, Vnusquisque vxorẽ suam habeat.Et paulo post,Oro quale illud bonum quod orare prohi-
bet,quod corpus Christi accipi non permittit?quandiu impleo mariti officium,non impleo christiani.Iu-
bet idem Apostolus alio loco vt semper oremus:si semper orandum, nunquam ergo coniugio seruien-
dum: quoniam quotienscunque vxori debitum reddo,orare non possum.Et rursum nonnullis inter-
iectis illud explicans,Volo autem omnes homines esse sicut meipsum:Beatus,ait,qui Paulo similis est:fe-
lix,qui audit Paulum præcipientem,non ignoscentem:Hoc,inquit,volo,hoc desidero,vt imitatores mei
sitis,sicut & ego Christi.Si præcepta virginitas,nuptiæ interdictæ videntur.Verum quatenus obiectionis
B huius dissolutio facilior sit,perdiscendum ex Augustino lib.vnico de bono coniugali,cap.24,& lib.9 de
Genesi ad literam,cap.7,Tria bona matrimonii esse fidem,prolem,& sacramentum.In fide,ait,attendi-
tur,ne præter vinculũ coniugale cũ altera vel altero concubetur.In prole,vt amãter suscipiatur,benigne
nutriatur,& religiose educetur.In sacramento autem,vt coniugium non separetur.Matrimonium autem
quod his tribus donis decorum est,honorabile connubium & deo acceptum est.Nonunquam tamen con
tingit vt vir aut mulier non prolis suscipiendæ gratia,aut debiti reddendi,sed libidinis explendæ aut refre
nandæ alteri commisceatur:qui congressus teste glosa ordinaria post Augustinum locis nunc inductis,
veniali culpæ non capitali obnoxius est.sicque Paulum eo casu intelligendum coniicio,dicentem,Propter
fornicationem autem vitandam vnusquisque &c.Tunc quippe matrimonium vt minus malum,quia ve-
niale toleratur,ne fornicatio in lucem prodeat.Ita similiter disserendum est, quod eodem cap.habetur,
Nolite fraudare inuicem,nisi forte ex cõsensu ad tempus,vt vacetis orationi.& iterum,Reuertimini in id
ipsum,ne tentet vos satanas propter incontinentiam vestram.hoc autem secũdum indulgentiam dico,nõ
secundum imperium:minus malum videlicet indulgendo,& sufferendo,ne per incontinentiam in dete-
rius incidatis.Quòd autem vxorem cognoscere explendæ libidinis causa peccatum sit,minutum tamẽ te-
statur Augustinus sermone 244,Sed dices,ait,vxorem excepto desiderio filiorum agnoscere peccatum
non est.Intantum peccatum est,vt propheta pœnitens clamet,In iniquitatibus conceptus sum,& delictis
C peperit me mater mea.Ad idem Augustinus lib.vnico de bono coniugali, cap.6 & sequenti, multo ex-
pressius,Hieronymus quoque lib.1 aduersus Iouinianum,& Ezechielis 18,cuius verba habentur in cap.
Origo,& cap.Liberorum 32,quæst.4,Liberorum ergo causa vt diximus,inquit,in matrimonio concessa
sunt opera,voluptates autem quæ de meretricum amplexibus capiuntur,damnatæ sunt.Quod autẽ Hie-
ronymus affirmans id Pauli,Volo vos esse sicut meipsum &c.præceptum esse,id intelligendum existimo
quod consultius foret semetipsum perpetuæ continentiæ consecrare,quàm matrimonium hoc fine libidi-
nis explendæ,videlicet contrahere,aut peccato consentire.Præcipit igitur ne hoc modo contrahatur,non
matrimonium interdicit,qui ibidem inquit,Sed quoniam in ecclesia diuersa dona sunt,concedo nuptias,
ne videar dãnare naturam,simulque consydera quòd aliud donum virginitatis,& aliud nuptiarũ:& rur-
sus cõcedo nuptias donũ dei esse:sed inter donũ & donum magna diuersitas est.Idõ quoque in apologia
ad Pammachium pro libris aduersus Iouinianum eis satisfaciens,qui iniquo animo acceperãt quæ priori
loco dixerat,contra Iouinianũ disputando,Aperiant quæso,ait,aures obtrectatores mei,& videant me se
cundas & tertias nuptias concessisse in domino.Qui secundas & tertias nuptias non damnaui, primum
potui damnare matrimonium?Et paulo post,Ita virginitatem pretulimus, vt nuptiarum ordinem serua-
remus.Si virginitatẽ dominus imperasset,videbatur nuptias dominus condẽnare,& hominum auferre se-
minariũ,vnde & ipsa virginitas nascitur.Et rursus,In fine quoque comparationis nuptarum & virginum,
disputationem nostram hoc sermone cõclusimus, Vbi bonum & melius est,ibi boni & melioris nõ vnum
D est præmium,& per consequens ibi vtique dona diuersa.Tantũ igitur interest inter nuptias & virginita-
tem,quantum inter non peccare & bene facere:imo vt leuius dicam, quantum inter bonum & melius.
Hæc Hieronymus.¶Ex quibus constat quempiã delusum fuisse,nec Hieronymum,quem eo loco inter-
pretatur,vigilantius inspexisse,qui in antidoto epistolæ Hieronymi ad Geruntiam de monogamia ait,
Hodie quoque theologi quidam plus satis meo iudicio laxant habenas coniugatis,cum Hiero. interprete
tur cubile immaculatũ,quoties vir & vxor studio castitatis in matrimonio virginitatẽ imitantur.Consyde-
ret tamen ille velim Hiero.eo loco monogamiã bigamiæ prætulisse:simulque docuisse,perfectius fore vir
ginitatẽ obseruare q̃ matrimonio cõiungi.Si enim eã prefert quę vni nupsit ei quę pluribus,non eã dãnat,
imo nec eas quæ pluribus,velut iam docuimus.Preterea nunquid Hieronymus ad quẽ super hac re remit-
tit lib.1 aduersus Iouinianum dixit,Legimus primam dei sententiam,Crescite,& multiplicamini,& reple
te terram.Sed ita nuptias recipimus,vt virginitatem quæ de nuptiis nascitur præferamus.Subinde quoq;
adiecit,Centesimus & sexagesimus & tricesimus fructus,quanuis de vna terra,& de vna semente nasca-
tur,tamen multum differũt in numero.Trecesimus refertur ad nuptias,porro centesimus numerus virgi-
nitatis coronam exprimit:nõ ergo pari præmio censentur virgines & coniugatæ:non igitur coniugia si-

Matrimonii bona tria.

cut nec cœlibatus à deo reprobantur,cum vtrisque deus præmium polliceatur. Vrget præterea hic locus E
contra eundem qui eo loco,& in antidoto epistolæ eiusdem Hieronymi ad Eustochiū de virginitate ser-
nanda inquit,Sunt & alia,quæ si quis inique excutiat,seu non æqua lance appendat,dissentire videntur à
vulgata theologorum opinione,qui matrimonium faciunt vnum ex septem sacramentis. Verum hæc o-
De sacramentis. mnia si quo animo scripsit Hieronymus,eo legantur,nihil habent quod quenquam offendat.Hæc tamen
septem sacramentorum traditio theologorum opinione duntaxat non nititur quæ fide tenenda est,velut
posthac apertius ostendam,alteram eiusdem sententiam confutando,qui super dicta epistola ad Gerun-
tiam inquit,Haud scio an illa ætate,Hieronymi videlicet,ecclesia matrimonium numerauerit inter sacra-
menta.vbi aperte decipitur.Iam enim aliquoties docuimus super his quæ fidei sunt,nihil hæsitandum esse:
omnemque animi trepidationem à fide alienam esse.Quod autem matrimonium ecclesiæ sacramentum
sit,ex Paulo constat:qui honorabile connubium dixit,vel quod deus dignatur honore.Sed quid hoc quæ-
so,nisi matrimonium ipsum coram deo gratia dignum censeri,iuxta illud Eccle.1,Dilectio dei honora-
bilis coram illo.Sed quomodo honorabilis?Sane quòd dei gratia coronanda sit.Iohan.15,Si quis diligit
me,sermonem meum seruabit:& pater meus diliget eum,& ad eum veniemus.Et Iohan.12,Si quis mihi
ministrauerit,honorificabit eum pater meus:gratiam in præsenti,& gloriam in futuro illi conferēdo.Item
Rom.2,Gloria,honor,& pax,omni operanti bonum.Nemo tamen ob id omnem actum gratia dignum
sacramentum pereenseat.Sacramentis nanque gratiæ conferendæ virtus inest:idcirco ratione operis ope
rati,vt aiunt,gratiam largiuntur:quod in paruulis baptizatis,quibus nec ratio nec prudentia inest , com- F
probatur.Quicūque enim in Christo baptizati estis,Christum induistis,ad Galat.3.Huc accedit id quod
Ephe.5 scribitur,Propter hoc relinquet homo patrem & matrem,& erunt duo in carne vna,sacramen-
tum hoc magnum est.Quod licet per allegoriam in Christo & ecclesia interpretetur Paulus,dicens,Ego
autem dico in Christo & ecclesia,vt Adam,autore Hieronymo,Christum,& Eua ecclesiam præfigura-
ret.Factus est enim nouissimus Adam in spiritum viuificantem,1 Corinth.15.Et quomodo de Adam &
vxore eius omne nascitur hominum genus:sic de Christo & ecclesia omnis credentium multitudo gene-
rata est.Cum ergo iuxta allegoriā hæc Paulus interpretetur,alius sensus & historicus illi supponitur:si-
cut ex eiusdem Hieronymi sententia Amos 4,& Origenis homil.2 in Genesim constat.Apparet igitur
quòd iuxta historiam de matrimonii sacramento inter virum & vxorem contracti,locus ille Pauli intelli-
gendus est.Ideo Hieronymus post Gregorium Nazianzenum eius præceptorem,virum in scripturis ap-
prime eruditum,ait,Quod Apostolus in Christo & ecclesia locū illum interpretans,non se ita asserit ex-
pressisse,vt testimonii dignitas postulabat:sed quodammodo dixerit,Scio quia locus iste ineffabilibus ple
nus sit sacramentis,& diuinum cor quærit interpretis:ego autem pro pusillitate sensus mei,in Christo in-
terim & ecclesia intelligendum puto.Constat ergo quòd præter sensum quem affert Paulus,alios habet
reconditos,quorum hic vnus est,quē protulimus.¶Item dicere non esse septem ecclesiæ sacramenta, er-
ror damnatus est in Concilio Constantiensi,sessione 45.Non ergo in dubium reuocandum est,fuerit sa-
cramentum necne temporibus Hieronymi,cum omnia sacramenta à Christo processerint.Adde quod
Hieronymus & Augustinus contemporanei fuere,quemadmodum constat ex diuersis epistolis quas inui G
cem rescripsere.Augustinus autem matrimonium sacramentum esse pluribus locis testatus est.lib.vnico
videlicet,de fide & operibus cap.7,& lib.vnico de bono coniugali cap.7 & 18.& lib.1 de nuptiis & con-
cupiscentia,cap.10.Quomodo ergo tēporibus Hieronymi dicit ipsum non fuisse sacramentū?Pene omi-
seram eundem Augustinum lib.3 cōtra Donatistas,cap.10:& Chrysostomum,qui homil.63 in Matthæū
ait,Vt fixa stabiliorque lex permaneat,dixit deus,Quos deus coniunxit,homo nō separet.Deus enim ab
initio masculum & fœminam fecit eos.quid ergo Christus hoc recensuit,nisi indissolubilitati gratiā elar-
giretur?lex quippe per Moysen,gratia & veritas per Iesum Christū.Dicit itaque Paulus honorabile con-
nubium in omnibus,tam iunioribus videlicet quàm senioribus.Vbi Theophylactus,Non quia nuptiæ æta
te prouectioribus minus conueniant,adulescentulos admodū deceant,sed cunctis,ait,honori sunt.¶Quo
textu Cataphrygum & Tertuliani error refellitur,qui teste Augustino lib.ad quo vult deum,cap.86,
secundas nuptias velut stupra damnabat.Multo tamen aliter est,cum honorabile sit connubium in omni-
bus,sitque quibuslibet hominibus solutis tamen liberum coniugia inire.quibus etiam aperte aduersatur id
quod 1 Corinth.7 scribitur,Dico autem non viduis & nuptis bonū est si sic permaneāt sicut & ego:quòd
si se non contineant,nubant.Quem errorem nonnulli Hieronymo impudenter ascribere adnixi sunt,ob
id quod lib.1 aduersus Iouinianum,parum bigamiæ concesserit,cui iniquior esse videtur:cum in epistola
ad Saluiniam dicat,Concessit bigamiæ præcepta non bona apostolus,& iustificationes pessimas,ita se-
cundum indulgens maritum,vt & tertium,si libeat etiam vicesimum,vt scirent sibi non tam viros datos H
quàm adulteros amputatos.Quòd si viri dati non sunt,quomodo matrimonia secūda secura erunt?Idē in
epistola ad Furiā,Scio me ante hoc ferme biennium edidisse librum cōtra Iouinianum,quibus venientes
econtrario quæstiones,vbi Apostolus concedit secunda matrimonia,scripturarum auctoritate contriui.&
apertius in epistola ad Geruntiam,Non solum ab officio sacerdotali bigamus excluditur,sed & ab elee-
mosyna ecclesiæ dum indigna putatur stipe,quę ad secūda coniugia deuoluta est.Et paulo post,Porro eli
gūtur ex laicis sacerdotes,ergo & laicus tenetur mandato,per quod ad sacerdotium peruenitur.Aliud est
enim quod vult Apostolus,aliud quod velle cogitur.Vt concedat secunda matrimonia,meę est incontinē
tiæ,non illius voluntatis.Duæ enim sunt apostuli voluntates,vna qua præcipit,Dico autem non nuptis &
viduis,bonū est illis si sic permanserint sicut & ego.Altera qua indulget,Si autē non se continent,nubant.
Veruntamen eo loco secunda matrimonia se non abiecisse indicat , subiungens, Quid igitur damnamus
secunda matrimonia? minime: sed prima laudamus.Abiicimus de ecclesia digamos?absit,sed monoga-
mos ad continentiā prouocamus.Et in apologia ad Pammachium pro libris aduersus Iouinianū,Ego etiā

A nunc libera voce proclamo, non damnari in ecclesia digamiam, imo nec trigamiam, & ita licere quin-
to & sexto, quomodo & secundo marito nubere: sed quo modo non damnantur istæ nuptię, ita nec præ-
dicantur. Eos insuper ad Titum 1 hæreseωs incusat, qui secunda matrimonia sugillant. Montanus, inquit,
& qui Nouati schisma sequütur, nomẽ sibi munditiæ præsumpsere, putantque secũda matrimonia ab ec
clesiæ communione prohibenda: cum Apostolus de episcopis & presbyteris hoc præcipiens vtique in cæ
teris relaxarit. Perspicuum est igitur quæ Hieronymus protulit dicta fuisse, quo monogamiam suaderet
non vt digamiam prohiberet. Qui licet præcepti verbo vtatur, id tamen accipiẽdũ est viuente viro prio-
re. Vel ꝙ illi marito destitutę alteri citra matrimonium commisceri non permittitur, vt ipsemet dicta epi
stola ad Geruntiam manifestat. Quod vero ex indulgentia secunda & tertia matrimonia cõcessa dicit,
Isa. 16, Non hoc, ait, quasi minus vitium permiserit Apostolus, ne ii in deteriora prolaberentur: sed mi-
noris boni indulgentia est id quod eminentius est non præcipiendo continentiam vidualem videlicet,
vt ipsemet eo loco asseuerat. Vnde ait superflua noui hæretici reprehẽsio, qua docuimus digamiam & tri
gamiam non ex lege descendere sed indulgẽtia. Aliud est enim facere quod per se bonum, & laudabile:
Aliud ideo concedi ne peiora faciamus. Indulget ergo Christus minus bonum, ne perfectius præcipien
do plerisque laqueum iniiceret. Indulgentia quippe pro facilitate, & clementia accipitur, velut Cicero li
bro 3 Officiorum testatur, Magnus vir, ait, in primis & indulgẽs in patrem seu beneuolus & facilis: idẽ
B seuerus in filiũ. ¶ Sunt insuper nonnulli qui hunc Pauli locum perperam explicantes sacris ordinibus
initiatis & continentię voto obstrictis matrimonia concedunt. Cum Apostolus dicat, honorabile cõnu-
bium in omnibus. Quibus consentire videtur is qui in Antidoto suo super epistolam Hieronymi ad De
metriadem de virginitate seruanda, inquit, In calce huius epistolæ videtur permittere sacris virginibus,
vt si non continent nubãt. quibus inquit aperte dicendum est, vt aut nubant si non possint cõtinere, aut
contineant: nisi forte hoc sensit de virginibus quæ nondum acceperũt velum ab episcopo. Hæc ille. At-
tamen super hac re nullatenus hęsitandum est, cũ 1 ad Timot. 5 dicat Paulus adulescentulas viduas de-
uita. Cum enim luxuriatę fuerint nubere volunt in domino: habẽtes damnationem, quia primam fidem
irritam fecerunt. Ecclesiast. nempe cap. 5 dicitur, Si quid vouisti domino reddere ne moreris, displicet
enim ei infidelis & stulta promissio. Isaiæ quoque 19 scribitur, Vota vouebunt domino suo, & soluent. &
psal. 75, Vouete & reddite, domino vota vestra. Quis autem perpetuę continentiæ addictus hæc audiẽs
secura mente velut fœdifragus ducet vxorem? His accedit quod Matth. 19 scribitur, Sunt eunuchi q ex
matris vtero sic nati sunt, & sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus, & sunt eunuchi qui seipsos castra
uerunt propter regnum cælorum. Qui interprete Hieronymo, cum viri possent esse, & legitimo vti ma
trimonio se castrauerunt propter regnum cęlorum, coniugale officium à seipsis abdicantes. Quod vtiq;
sic intelligi necessum est. Cũ nemini liceat in semetipsum manus iniicere. Nemo enim, ait Paulus, Ephe.
5, Carnem suam vnquam odio habuit, sed eam fouet & nutrit. Ad Galat. 4, Testimonium perhibeo vo-
bis, quia si fieri potuisset oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi, imo ii qui semetipsos abscindũt à sa
C cerdotio procul esse iubentur, vt patet in Concilio Niceno, actione 1. Non igitur abs re in Conciliis de-
liberatum est eorum neminem qui sese deo consecrarunt, matrimonium contrahere, vt habetur in eodẽ
Concilio Niceno, actione 3, & Concilio Carthaginen. 2, actione 2, vbi hoc apostolos docuisse scriptum
est. & Carthaginen. 6, actione 3, & Arelaten. 2, actione 2. Chrysostomus itaque 1 ad Timot. 3, & Hiero
nymus lib. 1 aduersus Iouinianum locum illum Pauli, oportet episcopum vnius vxoris virum esse, disse-
rentes religiosius dixere eum in episcopum deligendum qui vnam habuerit vxorem, non autem habeat.
Huius autem rei causam sciscitanti, respõdet August. lib. quæstionum veteris testamẽti, quæst. 127, Quia
Christi antistitem puriorem cęteris esse oportet. Ipsius enim personam habere videtur, est & eius vica-
rius, vt quod cæteris licet illi non liceat: habet enim necesse quotidie Christi vicem agere, aut orare pro
populo, aut offerre: & non solum huic nõ licet, verum & eius ministro: quia ipse mundior esse debet cũ
sancta sint quæ ministrat. Hæc August. A quo nihil distat Hieronymus loco nũc inducto. ¶ Inter argu-
menta autem quibus nonnulli ab hac & fide tenenda sententia dissident, hoc vnum contorquent, quod
lib. 2 tripartitæ historię, cap. 14, & in capitulo Nicena, 31 distinctione habeatur, Quod surgens Pãnu-
tius honorabiles confessus nuptias, & castitatem dicens esse cum propria coniuge concubitum, Niceno
concilio suasit ne sacris ordinibus initiatis perpetuæ continentiæ legem indiceret: grauem esse asserens
causam, quæ aut ipsis aut eorum coniugibus occasio fornicationis existeret. Et hoc idem Pãnutius licet
nuptiarum esset inexpertus exposuit, synodusq; laudauit sententiam eius, & nihil ex hac parte sanciuit,
D sed hoc in vniuscuiusq; voluntate nõ necessitate permisit. Sed vt rem in pauca conferam, Norint ii inter
sacerdotes orientales, seu Græcos & occidentales cuiusmodi sumus hoc interesse: ꝙ illis coniugatis libe-
rum est ad ordinem sacrum promoueri, & matrimonio prius contracto vti, modo altari non inseruiant.
vt habetur in Concilio Carthaginensi 5, actione 3. Nobis vero id denegatum est, cap. 2, extra de clericis
coniugatis: humana dũtaxat prohibitione, alioqui nec Græcis liceret. Vtrisq; vero commune est vt post
sacrum ordinem susceptum vxorem non ducant, veluti scripturę testimoniis, quę protulimus, liquido cõ
stat. Præter hanc obiectionem maiorem in modum vrgere videtur quod in Concilio Ancirano, actione
10 scribitur, Diaconi si in ipsa ordinatione protestati sunt se velle vxores nec posse continere, hi postea
si ad nuptias venerint maneant in ministerio, propterea ꝙ his episcopus licentiam dederit. Quicũq; sa-
ne tacuerint & susceperint manus impositionẽ professi continentiam; si postea ad nuptias conuenerint,
à ministerio cessare debebunt. Hæc ibidem. Si igitur sacro ordine suscepto vbi quis ordinatur reclama-
uerit, impune contrahit, quid ita diuino iure diaconibus & sacerdotibus matrimonia interdicta procla-
mamus? Potest ne quicquam hominis protestatio in ius diuinum? Procul dubio eo loco super irregulari-
tate relaxãda agitur, quam quis in sacris constitutus matrimonium contrahens admisit, vt patet in cap.

Qnotquot,27 queſt.1.Nil autē ſuper huiuſcemodi matrimonio quod caſsum & irritū eſt pertractatur: E
illi autem qui reclamauit promptius indulgetur.iu Concilio quippe Chalcedonē.cuius meminit cap.Si
qua virgo,27 quæſt.1 habetur,ꝙ epiſcopus loci ſi ita probauerit,poteſt illis humanitatem elargiri cauſa
perſpecta videlicet irregularitatem condonando.Reliquum eſt igitur vt hoc apoſtoli dictū [Honorabi-
Torus le cōnubium in omnibus] de his iurelligatur,quibus nec vinculum aliud,ordo ſacer,aut aliquod impe-
qnis im- dimentum officit quominus cōtrahant,velut ſequēs textus indicat. [Et torus immaculatus]quod vtique
maculat'. fit teſte glo.interliueari,quando amore filiorum legitima dncitur vxor,temporibusq; certis ab ea abſti-
netur.Legitima vero ea habenda eſt,à qua ducenda nulla lege naturali videlicet diuina aut hnmana vir
arcetur.Lege autem naturali, ne filius matri aot filia patri cupuletur,interdictum eſt.Iuxta illud Gen.2,
Reliuquet homo patrem & matrem,& adhęrebit vxori ſuę.Quod de coniugali copula accipiēdum eſt
cum eorum auturitate & reuetencia ducti illis ſemper obſequendum ſit,& ab eorum obſeqnio nihil eſt
quod nos reuocet,vt Matth.15 conſtat.Frater quoque & ſorot licer initio vrgente neceſsitate inuicē cō-
traxerint,ca tamen ſublara, aut occulto dei conſilio,aut ęquitate uaturali ſuadenre,etiam ante legis Mo
ſaicæ tempora commiſceri vetati ſunt.Si Auguſt.creditur,qui lib.15 de ciuit.dei,cap.18 inquit, Nec eſ-
ſent vlli homines,niſi qui ex illis duobus nati fuiſſent, viri ſurores ſuas,coniuges ſuas accepiſsent. Quod
profecto quanto eſt antiquius compellēte neceſsitate,tanto poſtea factū eſt damnabilius religione pro-
hibente.Quod humano genere creſcente & multiplicaro eniam intet impios deorum multorum falſo-
rumq; cultores ſic obſeruari cernimus,vt etiam ſi peruerſis legibus permittantur fraterna coningia,me- F
lior tamen cunſuetudu ipſam mauult exhorrere licentiam.Hæc Auguſt.Si gentiles & idololatræ id ge-
nus matrimooii deteſtantur,quo iure niſi naturali id agitur?Gentes enim quæ legem uou habent natu-
raliter ca,quæ legis ſunt faciuot:eiuſmodi legem non habentes ipſi ſibi ſuut lex,qui uſtendūt opus legis
ſcriptum in cordibus ſuis,Rom.2.Huc pertinet Hieronymus,1 Cutinth.7 diecns,Si autem putas uobis
antiqua tempora in omnibus couuenire,imitare Adam qui filiam,vt ita dixerim,Euam ſcilicet de coſta
eius furmatam ſuam accepit vxorem.Caio ſimiliter,ſi non pudet,& cæteros qui proprias in matrimo-
nium accepere ſorores.quod ſi fieri non debet,omnia dominnm ſecundum præſcientiam ſuis tempori-
bus ordinaſſe credamus.Hæc Hieronymus.Diuino itaque iure non humano tantum frater & ſoror in-
uicem contrahere prohibētur.Sunt & alii gradus naturali iure interdicti,vt Lyranus docet,Exod.2.Sub
Moſaica vero lege deus multo plures gradus inhibuit,vt Lenitici 18 ſcribitur.Nunc vero hæc in manu
pontificis ſunt in cap.Non debet,extra de conſanguinitate & affinitate.Eſt & turus immaculatus:cum
procreaodnrum liberorum graria legitima ducitur vxor,teſte Auguſtino,qui lib.9 de Geneſi ad literam
cap.3 inquit,Si antem quęritur ad quam rem fieri opurtuerit hoc adiutoriū, nihil aliud probabiliter oc-
currit,quam propter filios procreandos:ſicut adiutorium ſemini terra eſt,vt virgultum ex vtroq; naſca-
tur.Non enim video quid prohibere potuerit , vt eſsent eis etiam io paradiſo honorabiles nuptiæ & to-
rus immaculatus.Hoc enim & in prima rerum cōditiune dictum erat,Maſculum & fœminam fecit eos,
& benedixit eis deus,dicens,Creſcite & multiplicamini & replete terram.Quæ ratiu conditionis & con G
iunctionis maſculi & fœminæ atque benedictio nec poſt peccatum defecit.Hæc Auguſt.Eſt inſuper mo
dus obſeruandus,vt operi nuptiarum honeſte & religioſe iotēdant.Nempe vt inquit Chryſoſtomus,ho
mil.55.Legitimum hoc poſtulat coniugium,vt iuxta dei leges cum caſtitate & honeſtate conuētus fiat.
Ad quod hortatur Paulus 1 ad Theſſ.4,Vnuſquiſque vas ſuū ſciat poſsidere iu honore & ſanctificatio-
ne,non iu paſsione deſiderii.Sunt & tempora pręſcripta quibus à prupriis couiugibus temperādum eſt,
vt teſtatur Hieronymus Ezech.18,dicens,Præcipitur ergo viris vt non ſolum in alienis mulieribus, ſed
in ſuis quoque quibus videntur lege coniungi,certa concubitus nurint tempora,quando coeundū,quan
du ab vxuribus abſtinendum ſit.Tempus enim amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus,Eccl.
3.Verbi gratia,tempore quo orationi vacandū eſt,1 Corioth.7,Nolite frandare inuicē,niſi forte ad tē-
pus vt vacetis orationi.Vel vbi partus diſpendii immineret,vt idem Hierony. ſcripſit,Ezech.18. Quid
vero periculi ſit alienæ cōmiſceri,ſubintulit [Fornicatores & adulteros iudicabit deus]& ſuppliciis affi
ciet,idque iure opnimo.Quippe ſi connubium conceſsum eſt,ait Theophylactus,ſi nnptię permiſsæ,nil
poterit fornicarius alignis vel adulter carnis illecebras excuſare,ſed iure excruciabuntur. Qno loco,te-
ſte Chryſoſt.aduerſus hæreticos Paulus digladiatur,qui ſimplicem fornicationē inter vitia capitalia nō
ſupputāt: hac vt exiſtimo ratione ducti,tametſi ieiuna admodum & frigida,ꝙ decalogi pcepta huius nō
De forni- meminerint.quibus id tantum præceptum videtur,ne quis ptuximi vxorem cuncupiſcat . Hi tamen q̃
cat nimium à veritate diſtant,vt docet Auguſtinus lib.quæſtiunum ſuper Deut.quæſt.37,lucum illum ex- H
plicans,Nun erit meretrix à filiabus Iſrael,& non erit fornicarius à filiis Iſrael. Ecce,inquit,vbi aperte
prohibuit ſornicari,& vitos & fœminas etiam cum oon alienis coniugibus peccatum eſſe demonſtrans
commiſceri nun coniugibus ſuis.In decalogo autem non videtur id aperte prohibuiſse,quoniā mœchia
non niſi adulterium intelligi ſolet.Verum adulteri uumē fornicatiuuem complectitur, quemadmodnm
è diuerſo,vt Matth.19 habetur.Dico autem vobis,quia quicunque dimiſerit vxnrem ſuam,niſi ob forni
cationem,& aliam duxerit,mœchatur.Vbi fornicationem mœchiam aperte dicit.Præter hunc locū ha-
bes id quod 1 Cnrinth.6 dicitur,Nolite errare:neque ſornicarii,neque idolis ſeruientes, neque adulteri
dei regnū poſsidebūt.vbi Paulus ſtudioſe vtrūq; expreſsit.Ad Galat.quoq; 5 dicitur,Manifeſta ſunt ope
ra carois,quæ ſunt fornicatio,immunditia,luxnria,idulurum ſeruitus,& his ſimilia: quæ prædico vnbis,
quoniam qui talia agunt,regnum dei nnn conſequentur.Et Ephe.5.Hoc autem ſcitute intelligcotes ꝙ
omnis fornicator,aut immundus non habet hæreditatem in regno Chriſti & dei. Horum calumniæ vt
obſiſtamus nihil expoſtulat.Hanc ſiquidem Auguſt.libro vnico de decem chordis,cap.10 erudire cōfu-
tat.Poſt fornicationem adulterium,quod deterius eſt,ſubiunxit: & eo graue malū,vt ob fidem inter cō-

A iuges ementitam & torum violatum diuortio inuicem coniuges separentur: matrimonii ligamen vincu-
lo perseuerante, tametsi quispiam matrimonii vinculum ob huiuscemodi scelua temere satis dissolui scri
psent. Cum Paulus 1 Corinth. 7 dicat. His autem qui matrimonio coniuncti sunt praecipio non ego, sed
dominus vxorem à viro non discedere. q̃ si discesserit causa fornicationis videlicet, manere innuptã aut
viro suo reconciliari. Et Matth. 19 dicatur, Qui dimissam vxorem, ob fornicationem videlicet, duxerit
mœchatur. Non igitur ruptum fuit vinculum, cum non nuptis nubere concessum sit, 1 Corinth. 7. Imo
nec marito, celebrato diuortio licet iuueni & innocenti priore repudiata vxore viuente, alteram ducere
permittitur, vt habetur in Concilio Arelaten. 1, actione 10. Qui ne dimissæ debitum reddat, diuino iure
constringitur. Ideo August. priorem illam sententiam qua lib. 1 sermonum domini. in monte dixerat, li-
cet ergo dimittere adulteram, quia non est præceptum domini vt dimittat, sed consiliũ apostoli lib. 1 re-
tractat. cap. 19 reuocauit. Vbi dixi, inquit, hoc permissum esse non iussum, parum attendi aliam scriptu-
ram dicentem, Qui tenet adulteram, stultus & impius est, Prouerb. 18. Cui consentit Hieronymus, Mat-
thæi 19, dicens, Sola fornicatio est quæ vxoris vincat affectum, imo cum illa vnam carnem in aliam di-
uiserit, & se fornicatione separauerit à marito, non debet teneri, ne virũ quoq; sub maledicto faciat: dicẽ-
te scriptura, Qui adulteram &c. Cuius verba habentur in cap. Dicit dominus, 32, quæst. 1. Eiusdem sen-
tentiæ est Chrysostomus, vt patet in cap. Si quis vxorem eadem quæst. & causa. Ita quoque decisum est
B in Concilio Arelaten. sicut scribitur in cap. Si vir, extra de adulteris & stupro. Non igitur mihi arridet
cuiusdam viri apprime eruditi sentẽtia, qui virum mulieri in adulterio occulto ab ipso deprehensę præ-
cipiente ecclesia coniugii iura reddere obnoxium scripsit. Cum maius præceptum minori cedere omni-
bus pro confesso sit: vbi ergo dei & hominis præcepta inuicem dissidẽt, vt hoc casu contingit dei præce-
ptum amplexemur operæprecium est, sicut habetur in cap. Inquisitioni, extra de senten. excom. & in ca.
Dominus ac redemptor noster, extra de secun. nup. Obedire enim oportet magis deo quàm hominibus
Actu. 5. At vbi huius criminis conscium pœnituisset nec futuræ probitatis argumenta deessent, tunc al-
teri coniugum liberum esset in pristinam amicitiam redire, & mariti officio incumbere, cap. De benedi-
cto, 32. q. 1. Idcirco eo casu dei præcepto sublato superioris imperiis teneretur obstrictus.

Sint mores sine auaritia contenti præsentibus. ipse enim dixit, Non te dese-
ram neque derelinquam ita vt confidenter dicamus, dominus mihi adiutor
est non timebo quid faciat mihi homo. ¶ Auaritiæ vitium velut deo magnopere infen
sum dissuadet, inquiens, [Sint mores sine auaritia] id est, sit vita vestra optimis & sanctis institutis præ-
dita, sitq; procul à vobis habendi cupiditas, ne videlicet his fluxis & caducis fortunę bonis affixi studium
omne circa ea ipsa impendatis. Apte autem sanctimoniam subgerendo auaritiam dissuasit. Radix quip
pe omnium malorum cupiditas est, quam quidam appetentes errauerunt à fide & immiscuerunt se dolo
C ribus multis, quod Basilius magnus, sermone 1 in diuites auaros pulchre explicans inquit, Sed quæ illius
partes? difficiles mores odium hominum proprii commodi respectus alieni nequaquam nec miser pro-
banti reddidit non communis meminit naturę, nec quæ supererant ei putauit egentibus distribui opor-
tere, nec vllam demum habuit de proximi charitate mandatorum rationem. Denique prophetæ oẽsque
magistri clamantes non sunt audiri, horrea eius dirupta sunt multitudine fructuũ grauata, cor eius sem
per inquietum & antiquis noua superaddens, & an eius prouentibus copiam augẽs in inextricabiles ani
mi difficultates incidit, vanaque eius consilia & curę inutiles. Hæc Basilius, Quæ vero sit auaritiæ fini-
tio seu diffinitio erudite docet August. lib. 3 de libero arbitrio cap. 17. Quam tunc à nobis propulsabi-
mus. Si præsentibus contenti fuerimus, ait Paulus, nec anhelemus ad maiora, neve cupidi simus non ha
bitorum. Nam teste Theophylacto, Qui plura quàm habeat inquisierit, & accessionem seu augmẽtum
rei familiaris facere studuerit, is plane auidior erit & pecuniæ cupidus. Hinc 1 ad Timot. 6 dicitur, Habẽ
tes alimenta, & quibus tegamur his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri incidunt in tentationẽ
& laqueũ diaboli, id est qui vltra tendũt, teste glo. interli. eo loco. Præter ergo vitæ subsidia, & necessa-
ria, nihil aliud expetendũ videtur. Hęc tamẽ intelligẽda duxi, vbi quis sibi ipsi non reipublicę, aut paupe
rum inopię subleuandæ studeret. Labor quippe, vt ait Hierony. Matth. 6, exercendus est, & solicitudo ni-
mia tollenda. Ephe. quoque 4 scribitur, Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret operando
manibus propriis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Sed cum hic dicat prę-
D sentium bonorum temporalium curam tantum habendam, & futura nõ prospicienda, posset quispiam
his dictis occurrere: quid ergo nobis erit agendum si necessariis rebus carebimus? quibus respondet Pau
lus, Non ita futurum, autoritati veteris instrumenti innixus. ipse enim deus dixit ad Iosue sui libri cap. 1,
[Non te deseram neque derelinquam] quin tibi largiar vitæ subsidia. Psal. quoque 36 dicitur, Iunior fui
etenim senui: nec vidi iustum derelictum, aut semen eius quęrẽs panem. ¶ Verum Paulus sibiipsi parum
consentire, imo pugnare videtur, qui supra cap. 11 ait, de viris iustis, Circuierunt in melotis & pellibus ca
prinis, egentes, angustiati, afflicti quibus dignus non erat mundus. & de seipso 2 Corinth. 11, In labore &
ęrũna, in vigiliis multis, in fame & siti, in ieiuniis in frigore & nuditate. Quomodo ergo deus illos non
deserit quos eo diuexatos legimus vt siti & inedia aliisq; vitæ huius incommodis periclitati sint. Huius
difficultatis pręscius August. dicto psal. inquit, Legimus angustatum Abraham iustum, & famem passum
in regione sua, & eandẽ mutasse, Gene. 20. Isaac similiter ob id in alias iisse regiones: idcirco hæc in per-
sona ecclesiæ intelligi voluit ei corpus Christi quod est ecclesia tanquam vnus quidam homo primo iu-
nior fuit, & ecce iam in fine seculi est, in senectute pingui. multiplicata est enim super omnes gentes, & ad
omnes dilatata, & ipsius vox est attendentis quasi vnius hominis primam ætatem suam & istam nouissi-
mam respicientis: quibus dominus per omnia prospicit. Panis autem verbum est dei, quodantequam ab

ore iusti discedit.Nam in capite suo,Christo videlicet,iustus tentatus respondit, Non in solo pane viuit E
homo,sed in omni verbo quod procedit de ore dei,Matt.4.Cui expositioni Hierony.glos.ordin . & in-
terlin.eo loco consentiunt.Hæc tamen interpretatio qoanquam vera , mystica est, non historialis : id-
circo locum illum iuxta literalem sensum aliter explanandū ex his quæ aliquoties diximus constat.Præ-
terea Paolus hic soper his quæ naturæ necessaria sunt,pertractat:ideo ita percenserem,ꝙ vel iustoa nō-
nunquam præsentium boonorum iacturam ad horam facere deus suffert,quatenus eorū inuictissimi ani-
mi magnitudinem periclitetur.Quibus tandem cum in extremum pene vitę discrimen inciderint, pro-
tinus occurrit,sicut Heliæ cuius vrgens inedia diuinitus subleuata est,3 Reg.17,Danieli etiam ferocis-
simis leonibus exposito & vitæ non mediocri dispendio diuina virtus non defuit, Danielis vltimo. Pau-
lo deniq; identidem, vt Actus apostolorum testificātur.Quòd si sanctos suppliciorum immanitate hinc
aliquando demigrare contingat,id occulto dei iodicio contigisse existimemus,vt testis est Augustinus,
psal.61 dicens,Quanuis iniquus quis occidat innocentē,non tamen hoc inique permittit deus:latet cau
sa in ipso qui id agit,quo eorū saluti prospiciat.Plerique siquidē nullius sceleris conscii in obsidione vr-
bis Hierosolymitanæ fame periclitati sunt, vt Thren.2 habetur,Effusum est in terra iecur meū super cō
tritione filię populi mei cum deficeret paruulus & lactans in plateis oppidi. Matribus dixerunt , vbi est
triticum,cum deficerent quasi vulnerati in plateis,in sinu matrum suarum . Quibus felicius snecessit,q̄
post adultam ætatem paternæ iniquitatis hæredibus æternis suppliciis affici. Quemadmodum innocen
tibus Herodis gladio ob Ghristum natum desęuiente è medio sublatis.Nondum enim ingressi infantiæ F
cunas,ait August.serm.9 de sanctis,iam perueneruot ad coronas.rapinntur quidem à complexibus ma
trum,sed redduntur gremiis angelorum.Cum igitur rebus etiā turbulentissimis nequeat obliuisci deus
iustorū velut repromisit, cuius certiora sont quæ loquitur & euentura:superest igitur vt fidentes omneq;
supplosa formidine,id quod psal.117 habetur,Dominus mihi adintor in omnibus pressuris & angustiis,
propterea [Non timebo quid faciat mihi homo] bona hæc temporalia ne dicam diripiendo, sed etiam
si vitam abstulerit,vt Christus admonuit,Matth.10 inquiens,Nolite timere eos qui occidunt corpus,ani
mam autem non possunt occidere,imo præcipuę charitatis indicium est Christi causa sanguinem pro-
prium effundere.Maiorem enim charitatem nemo habet,quàm vt animam suam ponat quis pro ami-
cis suis,Iohan.15.

Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum dei:
quorum intuentes exitum conuersationis imitamini fidem. ¶Vt ecclesiæ mini-
stros & eos qui sibi erudiendis præfecti essent beneficiis afficerent,hortatur dicens,[Mementote prępo-
sitorum vestrorum,seu prælatorum,qui vobis locuti sunt verbum dei]vt quemadmodum illi euāgelium
prædicando impartiuntur,ita & ipsis vitæ huius subsidia impēdite:quoniam qui in sacrario operantur,
quæ de sacrario sunt edunt: & qui altario deseruiunt,cum altario participant:ita dominus ordinauit hia
qui euangelium enunciant de euangelio viuere.Et Romanorum 15.Nam sicut spiritualium eorum par-
ticipes facti sunt gentiles,debent & in carnalibus ministrare eis.Ad Galat.quoqoe sexto,Communicet is G
qui catechizatur verbo,seu instruitur ei qui se catechizat in omnibus bonis.¶Ex q̄bus perspicuū est do
De donatione Cõstantini.
nationem illam,quam Constantinus vir vtique religiosissimus in ecclesiam contulit,non irrisui aut con
temptui habendam.Quam quispiam leui admodum ratiooe,tractatu de resolutione indulgentiarū,ridi
culosam habet:hanc tamen laudibus effert Cassiodorus lib.primo tripartitę historiæ cap.9.Quę simili-
ter commendatur in cap.Constantinus 96 distinct.& in cap.Futurū 12 q.1.Præterea ecclesiæ ministria
& episcopis hospitalitas pauperumq; subuentio demandata est,1 Timot.3,& ad Tit.1. Quis tamē egen
tium necessitati occurreret,vbi nulli ecclesiæ redditus suppeterent? In Concilio quoqne Braccharen.1,
actione 25, decretum est ecclesiæ bona quadrifariam partiri,quorum pars vna paoperum vsui foret.Et
in Concilio Toletano,vt habetur in cap.Sancimus,12 quæst.2,Pertranseo sententiam illam huic nostrę
repugnantem,in Concilio Cōstantien.sessione vltima damnatam fuisse.Porro ratio quam ad Galat.6.
idem addneit,ꝙ ecclesia quousq; imperia transferret,& mundi principatus conferre cœpisset,creuit vir-
tutibus:adiiciens, tunc cum pastoribus redditibus & opibus prouisum non esset,hæc quæ Paulus scripsit
præcepta fuisse:non admodum mecum pugnat, cum Hierony.in vita captini Malchi describēda dicat,
Ecclesia persecutionibꝰ creuit , martyriis coronata est.Sed postquam ad Christianos principes venit po
tentia quidem & diuitiis maior,sed virtutibus minor effecta est.Non tamen ob id statum ecclesiæ flocci
pendendum aut probro habendum voluit:nec ecclesiasticos redditus abiecit qui in epistola ad Rusticū
monachum,ait,Nec hæc culpa Christiani nominis est,si simulator religionis in vitio sit.Num quęso ob H
id criminandus Christus,ꝙ Iudę apostolo dispensandę pecuniæ prouinciam credidit,qua abusus est,Io-
han.12,For erat & loculos habens,& ea qoę mittebantur in corbanam portabat. Nōne incusandus deus
à quo Sauli regnandi potestas tradita est,1 Reg.10, si fuoestus illios extitit exitus. Quis insuper ipsum
sceleris insimulabit,ꝙ vnicuiq; nostrum liberum contulit arbitrium quo sæpe in deteriora labimur? An
deniq; diuina lex culpanda quam pleriqoe transgressi peccato tenētur irretiti.Nequaquam, vt aposto-
lo placet,qui Rom.7 ait,Nunc autem soluti sumus à lege mortis in qua detinebamur: ita vti seruiamus
in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ . Quid ergo dicemus lex peccatum est? absit . Sed pecca-
tum non cognoui,nisi per legem.& paolo post,Nam peccatum occasione accepta per mandatum sedu
xit me,& per illud occidit.Itaque lex qnidem sancta,& mandatum sanctum & iustum & bonum.Qood
ergo bonom est mihi factum est mors?absit.Sed peccatum vt appareat peccatum,per bonum operatum
est mihi mortem.Quod autem subiecit ministrorum subuentionem à Paulo præceptam fuisse, quandiu
ecclesiæ ministri paupertati illi extremæ addicti fuere.At vbi redditibus eorum statui prospectū est,hæc

E minime ligare. Parum attendit ille ꝙ ſicut ad omnes eccleſias, ita ad omnes omniũ hominũ ætates Pau-
lus ſcripſerit, vt docte oſtendit Ambro. ad Colloſſen. vltimo, proferens quod eo loco habetur, & cum le-
cta fuerit hæc epiſtola apud vos, facite, vt & in Laodicenſium eccleſia legatur: & quę Laodicenſium eſt
vobis legatur. Et vt rem in pauca conferam, Abraham Melchiſedech decimas, ex præcipuis & honora-
tioribus contulit, quanquam præpotentiſsimo & diuitiis affluenti. Rex quippe Salem erat ſacerdos dei
ſummi, vt ſupra capite ſeptimo dictum eſt, & Gene. 14. Præterea nunquid Scribæ & Phariſęi cæteros vt
dignitate ita opulẽtia longe anteibant, quibus tamen decimas & oblationes exoluendas Chriſtus præco
pit, Matt. 22 dicẽs, Reddite quę ſunt Cęſaris Cęſari, & quæ ſunt dei deo. Et ſequen. cap. Vęh vobis Scri-
bæ & Phariſæi qui decimatis mentã & anethum, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis, iudicium miſeri-
cordiam & fidem. hæc oportuit facere, & illa non omittere. Item quæ eccleſiæ miniſtris offeruntur pau-
peribus eroganda ſunt, vbi vitæ eorum neceſsitati proſpectum eſt, vt patet in canonibus apoſtolorũ, ca-
none 41, & in cap. Aurum, 12. q. 1. ¶Pene omiſerã, ꝙ Apoſtuli nihil huiuſcemodi conſecuti ſunt, omnia
ab ſe abdicantes, velut Math. 4, & Luc. 5 ſcribitur. Cum igitur epiſcopi & eccleſiæ paſtores ſe eorũ ſuc-
cęſſores palam proferant, quod cõcedimus, quid ab hoc eorum tam ſancto iuſtituto tantum abſunt, qui
quo pauperiores apoſtoli, eo hodie ditiores exiſtunt. Sane quemadmodum ſupra cap. 10, diximus locum
illum explicantes, Bonorum veſtrorum rapinã cum gaudio ſuſcepiſtis, non omnes etiam Iudæi in Chri-
ſtum credentes hanc arctam paupertatem profitebantur: licet Act. 4 ſcriptum ſit, Erant illis omnia cõ-
munia, & nihil eorum quæ quis poſsidebat quicquam ſuum eſſe dicebat: ita ſucceſſu temporis, nec oẽs
B ſacris ordinibus initiati inſtitutum illud apoſtolicum arripiebant, quod cœnobitis tandem demãdatum
eſt, vt eo loco diximus. & vt apertius loquar, dignitatis eorum nõ extremæ illius paupertatis ſucceſſores
ſunt, cum ſeſe voto illi non obſtrinxerint. hi itaque & officiis & muneribus à ſubiectis honorandi ſunt,
quorum ipſi exitum intuentes, & totam mentis aciem in eorum vitæ finem honeſtum intendentes, con
uerſationis imitentur fidem, & ſtudia optima à fide viua prodeuntia. vbi Chryſoſt. A fide integre viuen
di modus emanauit. niſi enim futuris bonis fidem hi præſtitiſſent, & nil hęſitaſſent, nunquam tam inte-
gre & ſine culpa vixiſſent.

Chriſtus Ieſus heri & hodie ipſe & in ſecula. ¶Ne cuiquam forſan tacita cogitatio
ſubrepat, ꝙ prior illa ſententia, Dominus mihi adiutor &c. in ſolius Ioſue perſona intelligenda ſit, adie-
cit, [Chriſtus Ieſus heri & hodie &c.] id eſt, qui antea fuit & Ioſue iuuit, hodie ſeu in præſenti idẽ eſt
[Et in ſecula] id eſt, imperpetuum. ideo quemadmodũ Ioſue tutatus eſt, ſic & vobis opem eſt allaturus,
qui Matth. vltimo dixit, Ecce vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi: quatenus proſpera quo-
que ſuccedant, nihilque ſaluti veſtræ officiat. quæ ſententia de Chriſto ſecundum ſuperiorem & diuinã
naturam accipienda eſt: quemadmodum & id quod Iohan. 8 ſcribitur, Amen amen dico vobis antequã
Abraham fieret, ego ſum. Aliter vero Chryſoſtomus & Theophylactus hunc locũ interpretantur, ipſum
contra Iudęos contorquẽtes, qui vt Chriſti fidem euertant, aſſerunt alium quempiam eſſe, non Chriſtũ
C ipſum venturum redemptorem, probro eum & contemptui habentes, 1 Corinth. 1, Prædicamus Ieſum
Chriſtum gentibus quidem ſtultitiam, Iudęis autem ſcandalum. eò præſertim ꝙ venerit mortalis paſsi-
bilis & abiectus. De quibus Iſa. 66, Dixerunt fratres veſtri qui oderunt vos, Iudei videlicet, ait Hierony.
& abiecerũt propter nomen meum, Glorificetur dominus, & videbim⁹ in lætitia. perinde ac ſi dicerent
ſecundum Hieronymũ, Quid nobis humilem introducitis deum? quid crucifixum? & virum ſcientẽ fer-
re infirmitates? volumus eum in ſua maieſtate conſpicere regnãtem, ſuſpiciemus & in ſua gloria trium-
phantem. humilem atque deiectum videre non poſſumus. Cõtra quos propheta mox intulit, Confun-
dantur qui dicunt talia, & alium expectant. Quibus Paulus ſimiliter hic aduerſatur, cuius teſtimonium à
nobis receptũ eſt, quia Chriſtus idem qui heri & hodie ipſe & in futura ſecula, nec alius præter hunc vẽ
turus eſt. Iudæi autem hac cęcitate percuſsi ſunt, ꝙ ſcripturam perperam explicent, quemadmodum eſt
illud Iſa. 14, Miſerebitur enim dominus Iacob, & eliget adhuc de Iſrael, & requieſcere eos faciet ſuper
humum ſuam. aduenier ad eos, & adhęrebit domui Iacob. Et erunt capientes eos qui ſe ceperũt, & ſubii
cient exactores ſuos. Quę omnia hac vita ſutura putant, quæ tamen ad beatitudinem pertinere pulchre
ex contextu docet Hierony. ibidem, qui Michęę 6 eorum figmenta & nęnias ſcripturæ teſtimoniis per-
docte confutat. Hunc denique locum Ambroſius libro de incarnationis dominicę ſacramento cap. 6
ediſſerens, contra eos inducit qui diuinam naturam humanam aſſumendo non immutabilem per-
manſiſſe temere aſſeuerant, Neque enim, ait, ſicut quidam interpretati ſunt, natura ipſa immuta-
D ta eſt verbi quæ immutabilis ſemper eſt: ſicut ipſe dixit Malachiæ 3, Videte me quia ego ſum, & non ſum
mutatus: ſed etiam Paulus dixit, Chriſtus Ieſus heri & hodie &c. hoc eſt, quia non ſecundum naturam
mutatus eſt diuinitatis, ſed immutabilis etiam in ipſa mutabili conditionis humanę qualitate permãſit.

**Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Optimum eſt enim gratia ſta-
bilire cor, non eſcis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis &c.**

¶[Doctrinas ſuſpectas & ęrrori patentes omni ſtudio deuitandas eſſe admonet inquiens, [Doctrinis va
riis & peregrinis nolite abduci] vbi Theophylactus, Doctrinæ tũc quidem varię videntur cum ab aliis
ſicẽ atq; ab aliis afferũtur. peregrinæ vero cum à dogmatis rectitudine & veritate alienæ ſunt. Poteſt nãq;
varia eſſe doctrina nec peregrina dici: eoq; nec improbanda. quæ vero à veritate abſunt, tunc ſummope-
re cauendę ſunt. cuiuſmodi ſunt illę de quibus Paulus 1 Timot. 4 ſcripſit, Spiritus manifeſte dicit, quia
in nouiſſimis diebus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in
hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam, prohibentium nu-
bere, abſtinere à cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus. Quo autem

antidoto aduersus tam pestifera inimici venena vtendũ sit, docet contextus ipse, quia [Optimũ est gra- E
tia stabilire cor] cæterisque virtutibus [Non escis] & ciborũ delectu seu obseruantia. vbi secundũ Chry-
sostomum eos percutit Paulus, qui Iudaicam ciborum abstinentiã ioduaerant, [Quæ non profuerũt am
bulaotibus in eis,] sed potius post Christum passum nocuerunt, qui cum euãgelio hæc obseruace contẽ-
dunt. Qui enim, ait Theophylactus, à cibis prçcauerint, & in eiuscemodi escarũ obseruatione semper in-
tendũt, perspicuom est nil hos profecisse, vt qui extra veros Iudçi terminos diuageotur, & legi inseruiãt
prorsus inuidi. hæc tamen de delectu ciborum io lege Mosaica obseruaodo accipienda sunt. de quo Le-
uitic. 11. qui à ciborum abstiocotia, quæ sub euaogelio obseruatur plutimum distat, veluti supra cap. 9
docuimus. Potest & hic locus de quibuslibet hominibus generaliter accipi, qui ab ea quam semel doctri-
nam sanam imbiberunt, male suasi desciscunt, & aliò diuertũt. quos incusans Paulus Ephe. 4 aiebar, Iam
non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni veoto doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia
satanç ad circunuentionem errotis: veritatem autem facientes in charitate crescamus. Nos quoque ad-
uersus huiuscemodi versutias præmuniens, 2 ad Thess. 2 dixit, Itaque fratres state & tenete traditiones
quas didicistis ab initio.

**Habemus altare de quo edere nõ habent potestatem qui tabernaculo de-
seruiunt &c.** ¶Quoniam cibaria minos esse obseruanda dixerat, & nostra perfacile cõtemni pos F
sent iostituta, quia nihil huiuscemodi caueant quod in lege Mosaica super ciborum discretioue, ostendit
obseruationem multo prçstautiorem nos assecutos fuisse, qui beatorum vescimur esca, io ata crucis obla
ta, quæ Christus est, dicẽs, [Habemus altare] glos. ordin. & sanctus Sedulius, sacrũ corpus Christi quod
in altari offertur, io cuius fide oblatæ preces, & actiões nostræ deo acceptæ sunt, Colos. 2. Sicut ergo ac-
cepistis Christum Iesum dominum oostrum, in ipso ambulate radicati & superædificati, in ipso & con-
firmati fide, sicut & didicistis habundantes in illo in gratiarum actione [De quo] altari, vel Christi
corpore in ipso oblati [Edere oon habent potestatem qui tabernaculo deseruiũt] glosa interlin. qui bel-
luinis voluptatibus, & ciborum affluentiæ seu crapulç deseruiunt, qui enim manducat & bibit indigne,
iudicium sibi manducat & bibit, ooo diiudicans corpus domini, 1 Corinth. 11. Hæc autem expositio my-
stica est & spiritalis: iuxta vero histotiam, vt Chrysostomus & Theophylactus aiunt, & contextus satis
indicat de veteribus legis sacerdotibus id accipiendum est, qui sacrameoti corporis & sanguinis Christi
participes ooo fuere. Non enim, ait Chrysostomus, qualia sunt apud Iudæos, talia etiam nostra sunt: ita
vt etiam nec pontifici liceat ea eis participẽ fieri. ¶Qui locus contra eos qui sacrosancti eucharistiç sa-
cramenti veritatem inficientur aperte pognat. Legis nempe sacerdotes pane benedicto, & sancto vesce-
baotur, cuiusmodi eraot panes propositioois. De quibus supra cap. 9, & Eaod. 25, Quòd aotem hi pa-
nes saocti essent, 1 Reg. 21 demõstratur, vbi respondẽs sacerdos Dauid dixit, Nõ habeo laicos panes, sed G
tãtum panem sanctũ: si mondi sunt pueri maxime à mulieribus maoducent. Nõ igitur panis sanctus dũ
taxat censendus est quo oos sacerdotes vescimur, cũ antiquæ legis sacerdotes illis vescerentur: super quo
effusius scripsi supra cap. 9.

**Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pon
tificem, horum corpora crementur extra castra: propter quod & Iesus vt san
ctificaret per suum sanguinem populum extra portam passus est.**

¶Ne vetus testamentum incusare videatur, quemadmodum nonnulli quorum meminit Hieronymus
Galat 5, vbi dixit, Ciborũ delectum minime obseruãdum esse arguit, quæ apud Iudços pro veris credun
tur, rerum esse figuram noo veritatem ipsam, velut supra cap. 10 dixerat, Vmbram enim habens lex fu-
turorum bonorum non ipsam imaginem rerum. & idcirco ne inotilia quis ea existimet, ad fidem nostrã
hanc conferre ostendere satagens, typum ipsum veritati componit. Cum autem inter figuram & rẽ, quæ
figura exprimitur, aliquid cõmune sit. tropologia nãq; ait Hieronymus Abacuc 1, libera est, his tamẽ le-
gibus conscripta, vt pietatem sequatur intelligentiæ sermonisq; contextum, nec in rebus multum inter
se contrariis copulandis violenta sit. Idem quoque Ionç 1 sentit. Idcirco Paulus ait, ꝙ quẽadmodum ani
maliom hircorum videlicet, & vitulorum Christum præfiguraotium, quorũ sanguis fundebatur in sao-
cta per pontificem pro peccatis demendis, velut supra cap. 9 disseruimus locum illum explicãtes, Si san- H
guis hircorum & vitulornm coinquinatos sanctificat ad emundationẽ carnis &c. [Horũ corpora (qui-
bus vesci nemini licebat) extra castra cremabãtur:] ita & Christus illis præsignatus ob id extra portã pas
sus est, & cruci affixus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum suum, & in ipsum credentes ab o-
mni scelere vindicaret, Rom. 3, Iustificati gratis per gratiam ipsius, & per redẽptionem, quæ est in Chri
sto Iesu, quẽ proposuit deus propitiatorem per fidem in sanguioe ipsius extra portam passos est, vt præ-
misimus quatenus res ipsa, & veritas figurç responderet. Mons quippe Caloariæ, à quo Christus ob salu
tem oostram mortem perpessus est, tunc à ciuitate distabat, vt Ioban. 19 dicitur. Quoniam autem post
passum Christum ciuitas fuoditus diruta est, & in ruinam versa, teste Hieronymo, qui Ioelis 1 ingr, Ro-
mani quarti & vltimi intantum oppressere Iudæos, vt de suis finibus eos pellerent. Helii quoq; Adriani
contra Iudæos expeditiooem legimus, qui ita Hierusalem murosq; subuertit, vt de vrbis reliquiis ac fa-
uillis sui nominis Heliam cooderet ciuitatem. Postmodũ vero vtcũq; instaurata. mons ciuitatis mœoibus
nunc interceptus est, in quo ab Adriani temporibus vsqoe ad Constantioi imperium per annos circiter
centum octoginta, sicut in loco resurrectionis simulacrum Iouis sic statua veneris ex marmore colebatur à gentibus, existimantibus vel hac oefanda arte fidem resurrectionis & crucis excidere, si loca saucta
per idola polluissent. Hæc Hierony. in epistola ad Paulinum de institutione monach. &c.

A **Exeamus ergo ad eum extra caſtra, improperium eius portantes. Nõ enim habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus.** ❡Chriſti exemplo ad
quæcũq; incõmoda ęquo animo perſerẽda commonefacit, [Exeamus ergo ad eum extra caſtra] hoc eſt
cõcedamus ad Chriſtũ extra mũdum, ipſius luxum & delitias calcãtes: cœlũ autẽ ſpectãtes, vt Ambro.
locũ hunc enarrans, epiſt.82 ait, quod ſupereſt chariſsimi conſiderate, quia Ieſus extra portã paſſus eſt,
egredimini de hac terrena ciuitate, quia ciuitas veſtra ſuperior eſt Hieruſalẽ: ibi conuerſamini, vt dicatis,
Noſtra autẽ cõuerſatio in cœlis eſt, Philip.3. Ideo Ieſus exiuit de ciuitate, vt vos exeuntes de hoc mũdo,
ſupra mundũ ſitis [Improperium Chriſti portãtes] Chryſoſt. & Theophyl. eadẽ ipſa perpetiẽtes, & cõ
municãtes ei in paſſionibus. Si enim cõpatimur Chriſto, & glorificabimur, Ro.8. Quis autẽ Chriſti paſ
ſionibus cõmunicat? Sane iuxta Paulũ, qui carnẽ ſuam cum vitiis & concupiſcẽtiis crucifixit, Galat.5. Et
quicquid aduerſi ingeritur, pacato animo excipit, autore Hierony. qui Ephe.5 ait, iuxta apoſtolũ, Hæc
virtus maxima eſt, vt in ipſis periculis atq; miſeriis deo gratiæ referãtur: & ſemper dicamus, benedictus
deus, minora neſcio ſuſtinere, q̃ mereo. Hęc ad mea pctã parua ſunt, nihil mihi dignum redditur. hic ani
mus Chriſtiani eſt, qui crucẽ ſuã tollens ſequitur Saluatorẽ, quẽ nec orbitas nec dãna debilitant. ❡Ap-
paret itaq; quempiam nõ prudẽter ſapuiſſe, qui in reſolutione de virtute indulgentiarũ concluſione 4 di
B xit, Omnis hominis vita eſt pœnitẽtia, & crux Chriſti non ſolũ in volũtariis afflictionibus, ſed etiã in tẽ-
tationibus diaboli, mũdi, & carnis, quinetiã in perſecutionib⁹ & paſsionibus: quippe nulla pœna niſi vo
luntario inflicta aut tolerata, Crux Chriſti dicitur, vt pręcedẽtia manifeſtant. 2 quoq; Corinth.9 ſcribi
tur, Non ex triſtitia aut neceſsitate, hilarẽ enim datorẽ diligit deus. & 1 Corinth.9, Vęh mihi, ſi nõ euan
gelizauero. Si enim volẽs hoc ago, mercedem habeo. Si autẽ inuitus, diſpẽſatio mihi credita eſt. etſi mer
cedem non conſequar, aliorũ nõ proprię ſtudens vtilitati. & ad Philemonẽ cap. vnico. Sine conſilio au-
tem tuo nihil volui facere. ne velut ex neceſsitate eſſet bonum tuum, ſed volũtarium. Huc accedit quod
Marc.8 dicitur. Si quis vult me ſequi, deneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuã, & ſequatur me. Sicq; niſi
volẽs quis Chriſtũ ſequitur. Ne quis tamen mihi obiiciat, Paulũ inuitũ & reclamantẽ Chriſti crucẽ detu
liſſe, vt Act.9 ſcribitur. Conſideret ille quæ tandẽ Paulus ſubiũxit cęcitate à deo percuſſus, inquiens, Do
mine quid vis me facere? vbi ſe deo obſequẽtiſsimũ obtulit. Hic tamen magnopere vrgere videtur, quod
Luc.14 ſcribitur, Exi in vicos ſepes & plateas & cõpelle eos intrare. Si inuiti & repugnantes intrare co
guntur, non ergo ſemper vltro & ſpõte quis deo obſequitur crucem eius perferẽdo. At teſte Aug. locum
illũ interpretante lib.2 cõtra epiſtolã Gaudẽtii cap.17, de his Saluator loquitur, qui cõminatione pœnę
illis facta, quo eã deuitẽt, ad deum redeunt: quibus tamen in manu eſt dilectione & charitate id agere. q
tamen timore cõpulſi pœnitentiam agũt, à deo ſuſcipiuntur, vt fuerũt Niniuitę, ait Aug. quibus vbi per
prophetã dictũ eſt, Adhuc 40 dies, & Niniue ſubuertitur, compuncti ad deũ rediere. Super quo proli-
C xius diſſeruimus ſupra cap.10. Cur autẽ ſit extra portã & mundũ hũc abeundũ, ſubinde inſinuat: [Non
enim, ait, habemus hic ciuitatẽ permanentẽ] id eſt pręſenti vita mãſionẽ ſtabilẽ & perpetuã, [Sed futu-
ram inquirimus,] & ideo nobis ex hac aliò eſt cõcedẽdũ, & futura cœli ciuitas cõquirẽda. quod & Moy
ſen ſupra cap. 11 factitaſſe legimus, qui negauit ſe eſſe filiũ Pharaonis potius eligẽs affligi cũ populo dei,
q̃ temporalis peccati iocũditatem habere. Fide enim aſpiciebat in remunerationẽ, quod & de pleriſque
aliis eo loco ſcribitur. Nobis inſuper omnibus ait Paulus Coloſ.3, Si conſurrexiſtis cũ Chriſto quæ ſur-
ſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextra dei ſedẽs: quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.

Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper deo, id eſt fructum labiorum confitentium nomini eius &c. ❡Quid vero nobis agẽdũ ſit vt futurã illã ciuitatem, &
cæleſtẽ nanciſcamur nos inſtruit, inquiẽs, [Per ipſum ergo] Chriſtũ tanq̃ per põtificẽ noſtrũ & mediato
rẽ qui noui teſtamẽti mediator eſt, vt ſupra cap.8 & 9 dictũ eſt, [Offeramus hoſtiã laudis,] ſeu gratiarũ
actiones, vt aiũt Chryſoſt. & Theophyl. Agendę itaq; per nos ſunt gratię deo patri, qꝫ filiũ ſuũ tradide-
rit, vt nobis ſanctimoniam, & æternam vitam largiretur. Sic enim deus dilexit mundum, vt filiũ ſuum
vnigenitũ daret, vt omnis qui credit in eũ nõ pereat, ſed habeat vitã ęternam, Iohã.3. Sunt itaq; deo gra-
tiæ agendę ſemper, ſiue proſperitas ſiue aduerſitas nos contigerit. Hinc Chryſoſt. In paupertate ſumus,
deo gratias agamus: in ęgritudine calũnias ſuſtinemus, aut aliquod incõmodũ, gratias illi agamus. Hoc
D enim nos deo proximos efficit, cum etiã deũ habemus debitorẽ. quando vero proſpera, nos illi debitores
exiſtimus. Sed quid nobis debitorẽ deum dixit, cum nulli ſit obnoxius, nec vlla obligatione obſtrictus? Id
ſuppoſita eius liberalitate, & ordinatione gratuita accipiendum eſt: Nõ enim ſumus ſufficientes ex no-
bis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt, 1 Cor.3. Idcirco debitum illud ad opera noſtra ex cha
ritate prodeuntia pertinet, quibus deus gratiã repromiſit. ei enim qui operatur, merces imputatur ſecũ-
dũ debitũ non ſecũdũ gratiã: nõ autẽ ad deũ referẽdũ eſt, qui teſte Hierony. Thren.2, nulli ſubiacet obli
gationi. Ne quis, ait, dicat patres noſtri ſuo merito placuerũt, ideo tanta ſunt à deo cõſecuti, intulit, non
meritis datum ſed quia ita ſit deo placitũ, cuius eſt gratuitũ omne quod pſtat. Nullo igitur debiti vincu-
lo obſtrictus quicq̃ agit. Chryſoſt. autẽ hoc loquẽdi tropo vſus eſt, vt promiſsionis diuinę veritatẽ nobis
indicaret, & eius promiſſi immobilitatẽ, quẽadmodũ Paulus egit ſupra cap.6 dicẽs, Cũ enim neminem
haberet per quẽ iuraret maiorẽ, interpoſuit iuſiurãdũ, vt per duas res quibus impoſsibile eſt deũ mẽtiri,
pollicitationis hęredibus oſtẽderet immobilitatẽ ſui cõſilii. Quid autẽ p hoſtiã laudis intellexerit, aptius
inſinuat dicẽs, [Id eſt fructũ labiorũ cõfitẽtiũ nomini eius.] Perinde ac ſi diceret, Iſtiuſmodi laudis hoſtia
& gratiarũ actio labiorũ ei cõfitẽtiũ fructus eſt, ſeu eorũ q ſimul corde & ore deũ cõfitẽtur & laudib⁹ ef
ferũt, qđ pcepit Paulus Rom.10, Corde autẽ creditur ad iuſtitiã, oris autẽ cõfeſsio fit ad ſalutẽ. Ex quib⁹

perspicuū est sentētiā illā inualidā esse, qua quispiā asseruit, Priuato, cui ex officio horas canonicas psol- E
uere nō incūbit, sat esse ad salutē deū corde dūtaxat extollere, nec oratione vocali opus esse: cū id Paulus ad oēs scribens, fructū labiorum in gratiarū actione, à nobis exquirat. Iccirco Augustinus locū illū Pauli Rom.10. nūc indoctū, libro vnico cōtra mēdaciū ad Cōsentiū c.6. explicās inquit, Veritatē autē catholicus sicut in corde loquit, quia ita credit: ita & in ore habere debet vt ita pdicet. Itē Esaię 51, Eius gaudiū & lętitia inuenieť in ea ecclesia, videlicet gratiarū actio, & vox laudis. Vbi Hieronym⁹ de viris sanctis & iustis hoc interptatur, qui hoc debēt in terra adhuc positi agere. Idē quoq; Hieronym⁹ locū illū Matth.6 Orātes nolite multū loqui, sicut Ethnici faciūt, interptatus inquit, Si Ethnicus in oratione multū loquit, ergo qui Christianus est, debet parū loqui. Et Aug. epist.121. c.ee ad Probā, Nobis ergo verba necessaria sunt, quibus cōmoueamur, & inspiciamus quid petamus: nō quibus dominū seu docēdū, seu flectēdū esse credamus. Et sermone 22 ad fratres in eremo, Clamate in eremo, vlulate in hac vasta solitudine, vociferari nō quiescatis, clamate orādo & nolite deficere. Clamate, nō solū voce, sed maxime mēte. His accedit Ambro. lib.6 de sacramētis, c.3, inquiēs. Nō ergo de labiis tuis tātū tua pcedat oratio, animo totus intēde. Intra in recessum pectoris tui. vbi vtrūq; expsit Ambr. Quod si quis insistat proferēs, quod 1. Cor. 14 habet, Orabo spiritu, orabo & mēte. Quē locū Aug. lib.12 de Gene. ad literā. c.8. & sequēti explicās dicit, Spiritū quādā vim animæ seu potētiā esse, vbi corporaliū rerū similitudines imprimūtur. Mens vero F
illa potētia est, quę intelligit id qđ p species illas animę impssas repsentat. Pharao quippe, vt Gene. 41 habet, rerū similitudines seu imagines vidit septē boues vcз, & totidē spicas: quid ısi ptēderēt nō agnouit. Ideo ei⁹ spū dūtaxat informatus est. Ioseph vero, cui deus verā rerū illarū significātiā cōtulit, mēte intellexit. Quid igitur oranti, verba cōducūt, si iuxta Pauli sensum spū recollecto, mēs eius in deū rapiat? Nimirū q̄ plurimū, vt iā docuimus. Paulus vero loco nūc pducto, qđ orōnis genus excellētius sit demōstrat, qui postq̄ pręmisit, Nā si orē lingua, spūs meus orat: mens aūt mea sine fructu est. Vbi Ambro. Si lingua mihi ignota, vt idiota & simplex latina, vel Latinus Gręca oret, tūc spūs, quo ad cælestia erigimur, simul cū lingua orabit, mens vero siue intelligētia sine fructu erit ob linguæ imperitiā. Demū qđ perfectius est adiecit, Quid ergo? orabo spū, orabo & mēte. i. affectu, intelligētia, & lingua simul, vt dicunt glo. interlinearis, & ordinaria. Hinc si Lyrano credit ibidē benedictiones & pleraq; id genus vulgariū sermone fiebant: qui cur ab antiquo illo instituto desciuerimus, eo loco manifestat. Ab hac pterea sentētia nimiū abesse Hieronym⁹ videt, q lib. de regula monachorū. c. de cōtēplatione, orōne, & lectione, ait. Nūquid verborū multitudine flecti deus vt homo pōt? Non enim verbis, sed corde orādus est deus. Lōge tñ secus est velut eiusdē Hieronymi cōtextus docet. Melior est enim, ait, 7 psalmorū decātatio, cū puritate, serenitate, & spiritus hilaritate, q̄ totius psalterii modulatio, cū cordis anxietate & tristitia. Qui itaque corde po- G
tius q̄ ore orationi intēdēdū dicit, linguę officiū nō exclusit. Sicq; Augustini sentētia accipiat, qui psal. 3 ait, Voce mea ad dominū clamaui: nō corporis voce, quę cū strepitu verberati aeris pmit, sed voce cordis q̄ hominibus silet, deo aūt, sicut clamor sonat. qua voce Susanna exaudita est, & de qua ipse domin⁹ pręcepit, vt in cubiculis clausis. i. vt in secretis cordis sine strepitu oretur. Vel dici pōt, ꝙ nil verbis opus est, vt deo preces nostrę innotescāt q cordis nostri secretiora nouit, sicut Ethnici & gētiles existimāt: qui se à deo tūc exaudiri credūt, cū verborū multitudine & frequētia ipm exorauerint. Quos ideirco arguit saluator Matth.6, dicēs, Orātes nolite multū loqui sicut Ethnici faciūt. Putāt enim ꝙ in multiloquio suo exaudiātur. Nolite ergo assimilari eis, scit enim pater vester quid opus sit vobis anteq̄ petatis. Hoc ergo fine phibet deus verborū multitudinē effundi. Vbi Hieronym⁹, Cōsurgit hoc loco qdā hęresis, puersum quoq; phōrū dogma dicētiū, si nouit deus quid oremus, & anteq̄ petam⁹ scit quibus indigeamus, frustra scienti loqmur. Quibus respondēdū est, nos nō narratores esse, sed oratores seu rogatores. Aliud enim est narrare ignorāti, aliud sciētē rogare. In illo indiciū est, hic vero obsequiū. ibi fideliter indicamus, hic misericorditer obsecramus, vt dei grā digni inueniamur. Cui cōsentit Aug. lib. 2 de sermone dñi in monte, dicēs, quia verbis paucis tñ nos docuit dñs orare: Quęri pōt cur vel his verbis paucis opus sit ad eū q scit omnia anteq̄ fiant, & nouit quid nobis sit necesse anteq̄ petamus. Primo hic respondetur non verbis nos agere debere apud deū, vt impetremus quod volumus, sed rebus quas animo gerimus & intentione cogitationis cum dilectione pura & simplici affectu. Sed res ipsas nos docuisse dominū nostrū petere, qui- H
bus memoriæ mandatis, earum rerum orationis tempore recordaremur.

Beneficētiæ autē & cōmunionis nolite obliuisci, talibus enim hostiis promeretur deus ¶Hic eos hortatur, vt pauperū memores sint, & eorū inopię subleuandę occurrant inquiēs beneficētię & cōmunionis. i. liberalitatis & eleemosynarū erga pauperes nolite obliuisci: talibus eñi hostiis pmereť deus, grārū vcз actionib⁹ & beneficētię in pauperes, regnū dei adipiscitur Matth. 25. Venite benedicti patris mei pcipite regnū qđ vobis paratū est à constitutione mūdi. Esuriui, & dedistis mihi māducare &c. Sed cur hęc Paulus illis pcipiat, de qb⁹ supra c.10 dictū est, Rapinā bonorū vestrorū cū gaudio suscepistis. Vtiq; vel quatenus ditiores effecti pręcepti huius reminiscātur. Vel qui viribus & robore præstarēt, vt Eph.4 scribitur, laborarent operādo manibus suis qđ bonū est, vt habeāt vnde tribuāt necessaria necessitatē patiēti. In hūc antē modū Theophylactū intelligendū duxi dicentē, Vbinam gentium sunt qui paupertatem excusant, & nil quidpiam impertiuntur? Intelligant vel summa inopia laborantibus & bonis omnibus expoliatis Paulum suadere ne aliis benefacere obliuiscantur, & eleemosynam stipemque indigentibus tribuant. Nusquam igitur mihi arrisit quorundam sententia, qui sat esse dicunt, si mutuo pauperibus occurramus, eleemosynam vero nequaq̄ præcipi, sed consuli. Quibus Paulus hoc loco reluctatur, necnon Rom. 15. vbi textus est expressior. Probauerunt enim, ait, Macedonia & Achaia collationem aliquā in pauperes facere, qui sunt in Hierusalem. Placuit enim eis, & debitores sunt eorum. Si debitores, non igitur consilii, sed præcepti erit, pauperibus eleemosynam porrigere.

A Præterea mutuum eô dictú est, vt ex meo tuú fiat .l.2.ff. Si certum pe. Sed vbi quem dominus extremæ paupertati adegit, iure naturali proximi bona illius effecta sunt, cap. Exiit qui seminat, de verború significa.lib.6. Nihil igitur hoc casu in eum transferret, cum extremę indigens quod suum est, cósequeretur. Item cum in peccatorum redemptionem eleemosyna fiat, Daniel.4, Peccata tua eleemosynis redime. Quis sapiens quod prius in pauperes erogauit, repetet? quasi malit peccatorum vinculis obstringi. Idcirco non abs re Saluator Luc.14 dicit, Cum facis conuiuium voca pauperes, debiles, cęcos, & claudos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur autem in resurrectione iustorú, non hic ergo expectanda retributio. Quē locú Ambr.lib.2 Officiorú, cap.25 exponens, ait, His enim fauemus frequentius à quibus referédæ vicē speramus gratiæ: sed eo magis infirmo & inopi nos studere cóuenit, quia pro eo qui non habet, remunerationē speramus à domino Iesu qui sub specie conuiuii generalis virtutis edidit formam, vt iis potius nostra conferamus beneficia, qui nobis non possunt referre. dicens, ad cóuiuium non diuites, sed pauperes inuitandos. Diuites enim rogantur, vt ipsi nobis reddant. Pauperes vero cú acceperint, remuneratorem nobis faciunt dominú, qui se pro paupere obligandú obtulit. Huc similiter accedit quod idem lib.2 de pœni.cap.9 ait, Sunt qui opes suas tumultuario mentis impulsu non iudicio perpetuo, vbi ecclesiæ contulerint, postea reuocádas putant. Quibus nec prima merces rata est, quia videlicet tumultuario mētis impulsu: nec secúda, quia prima iudiciú nó habet, & secunda habuit sacrilegiú.

B Item ius esset penes eum qui bona ecclesiæ inopia laboranti contulit, vbi ad pinguiorem deueniret fortunam, eadem repetere. Quod tamē damnatú est in Concilio Constantien. sessione vltima. ¶ Hoc loco occurrit id quod Gene.41 dicitur, Crescebat autem fames in omni terra, aperuit Ioseph horrea & vendidit AEgyptiis: quos tamen fames oppresserat, velut ibidem dicitur. Videtur ergo liberalitatem nó necessario exercendam famc addictis, quibus aut mutuo aut vēditione subueniri potest. Capite quoq; 47 habetur, ꝙ dum fame deperirent ipsos & possessiones eorú in seruitutem regiá redegerit. Hæc obiectio facile diluitur, cú Aegyptiis pecuniæ & possessiones essent, quibus eorum inedia subleuari poterat, qui nondú in extremá paupertatem inciderant, vt ait Ambro. difficultatem hanc pertractans.lib.2. Officio. c.16. Maluit Ioseph frumenta vēdere, q̄ dare esuriētibus: quia si paucis donasset, pluribus defuisset: eam liberalitatem probans, quæ abundaret omnibus. Patefecit horrea vt omnes subsidium emerēt, ne gratis accipiendo cultus terrarú relinquerent: quoniá qui alieno vtitur, suú negligit. Maturo itaq; cósilio, summaq; prudētia vsus est Ioseph, cui tandē dictú est, Salus omniú nostrú tu es. Gene.47. ¶ Hic insuper ex Hieronymo perdiscendú est, ꝙ liberalitatis huius in pauperes dispensandę ratio habēda sit. qui epistola ad Furiam de viduitate seruanda, & epistola ad Hedibiam, quæstione, 1, inquit, Christianos & credentes pauperes incredulis pręferamus: & inter ipsos Christianos sit multa diuersitas, vtrú peccator, an sanctus sit. Vnde Apostolus passim in omnes misericordiam probás, infert, Maxime in domesticos fidei. Domesticus autē fidei est, qui eadē tibi religione cóiungitur. Quem à cósortio fraternitatis peccata non separant. Et inter credentes ii qui nobis sanguine cóiuncti sunt. 1. ad Timotheum, 5. qui suorum maxime

C domesticorum curam nó habet, infideli crudelior est, & fidem negauit. Hæc autem diffusius pertractátur in c. non satis. & quatuor sequētibus, 86. dist. Quorú verba desumpta sunt ex Ambr. lib.2. Officiorú c.15. & sequenti. & 21. necnon ex dictis eiusdem, Luc.18. Ad idem est Aug. Epistola 199.

Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio faciant, & non gemētes: hoc enim non expedit vobis. ¶ Hic textus, vt aiunt Chrysost. & Theophyl. superioribus hæret, quibus dictum est, Mementote præpositorum vestrorú qui vobis locuti sunt verbum &c. Ex quibus intulit, Obedite præpositis vestris, episcopis videlicet & aliis vobis præfectis subiacete, quorum iussa nemo, nisi animæ suę periculo prætergreditur. Rom.13, omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non enim potestas est, nisi à deo: quę à deo sunt, ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati dei ordinationi resistit. Qui autē resistút, ipsi sibi dánationē acquirút. ¶ Sed est ne omni ꝓposito obsequēdú? Ita quidē ait Chrysost. homil.34, in hác epistolá. Vel si nequior sit ille & improbus, modo non fidē obturbet, quicq̄ cótra deú pręcipiendo. Cui consentiút Theophylactus, & glos. ord. hoc loco: quibus suffragatur, id.1. Petri 2, Serui subiecti estote in omni timore dominis: nó tantú bonis & modestis, sed etiam discholis. Et Matth.23, Super cathedram Moysi sederút scribę & pharisæi: quę dicút facite, secúdú eorú opera nolite facere. Hæc autem accipiēda sunt, nisi in cú censura ecclesiastica nominatim fulminaretur.

D Tunc enim eius iudiciú deuitandú esset, c. post cessionē. extra de probationibus. Tametsi is iurisdictione denudatus nó sit, vt nónulli sentiunt, sed suspensus tátú, vt studiose intuenti. c. pastoralis. §. finali. extra de appellationibus cóspertú habet. At sup quibus illi obtēperandú est? nimirú siue id qđ diuino iure ꝓceptú est, siue aliud quicq̄ indifferēs, cuius obseruatio paci & tranquillitati ecclesiasticę conferat, vel ad bonos mores obseruádos ꝓcipiat. Actuú quippe 15, scribit, Visum est spiritui sancto, & nobis, nihil imponere vobis oneris q̄ hęc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulacrorú, sanguine, & suffocato. Quæ tñ à deo minime ꝓcipiebant, cú lex vetus, q̄ hęc obseruáda demádauerat, reuocata esset. Ná etiá in cócilio Niceno, actione 1, definitú est, Ne qs seipm abscindēs sacris ordinibus initiet. & Actióe 4, ordinationi epi saltē, vt minimú tres epos interesse. Et pleraq; huiuscemodi aliis cóciliis statuta, quorũ scriptura sacra nó meminit. A qbus aút ecclesię ꝓpositis deferēdú & obsequádú sit, certe id omnib' ꝓbatú est, vt cú sup peccato, vel re spirituali agit, oēs vel clerici, vel laici eorú iurisdictioni teneátur obnoxii: velut ī 1. Corin.5, cóstat, vbi publicú fornicariú anathemate Paulus percussit. Qui indiscriminatim & clericis, & laicis loquens 2 ad Thessal.3, aiebat, Audiuim' quosdá inter vos ambulare inquiete nihil operátes, sed curiose agētes. His aút qui hmói sunt denúciamus & obsecramus, vt cú silētio operátes suú panē máducēt. ꝙ si quis nó obedierit verbo nostro, húc ꝑ epistolá notate. Matthęi quoq; 18, dicit, Si peccauerit in te frater tuus

corripe eum inter te & ipsum solum. q si te non audierit, dic ecclesiæ. Fratris autem nomine Christia- E
nus omnis censendus est. Est & ab omnibus receptum crimina ab ecclesiæ præsulibus vltore gladio non
vindicanda. Omnia nãq; crimina quę vindicari vult deus, ait Origenes Rom. 13, Non per antistites, &
principes ecclesiarum, sed per mundi iudices voluit vindicari. In Concilio quoq; Toletano vndecimo,
actione 6 dicitur, His à quibus domini sacramẽta tractanda sunt, iudicium sanguinis tractare non licet.
Idem habetur in cap. His à quibus, 23. q. 8. & cap. 1 eadem. q. & causa. vbi locus ille Matth. 26, Conuer-
te gladium tuũ in vaginam, in hunc modum enucleatur. Perinde ac si aperte Petro dicatur, hactenus tibi
tuisq; prædecessoribus inimicos dei gladio corporali licuit persequi. Deinceps in exemplũ patiẽtiæ gla-
dium tuũ, & tibi hactenus cõcessum in vaginam cõuerte: & spiritualẽ tantùm gladiũ, quod est verbũ dei,
in maleficos exerce. At vbi sup re ciuili quęstio versatur: q̃q̃ id penes nõnullos cõtrouersum esse agnoue
rim: nihilo secius potest laicus coram iudice ecclesiastico certis causis in ius vocari. in primis vbi ex in-
iusta rei detentione animæ dispendiũ immineret, vt in cap. Nouit. extra de iudiciis. Potest & laicus rei ec
clesiasticæ inuasor aut iniquus possessor coram eodem conueniri, cap. Si laicum, & sequen. extra de foro
competenti. Aut vbi legitima consuetudine id à clericis pręscriptum esset, aut priuilegio impensum cap.
Laicus, extra de foro competenti. Et in cap. Graue, extra de senten. excom. Alias causas descripsit glo. in
summa 11, q. 1. ¶Sed quorum ista, dicet quispiã, quæ longe lateq; à Paulo abesse videntur? Qui 2 ad Ti
moth. 2 ait, Nemo militans deo, secularibus negociis se implicet. Vbi Theophyl. Negocia cum dicit, va-
rias animi perturbatiões molestiasq; designat: ab hisq;, vt declinemus hortatur. Perinde ac si dicat, Quid
te molestioribus rebus & negociis implicas? militię dũtaxat vaca: hoc pacto Christo gesseris morem, qui F
te ad id militiæ genus elegit. Sane ille virtuti incumbit, nec à Christi militia desciuit, qui subditorum pa-
ci quieti & vtilitati intendit. Cuiusmodi est qui discordiis sedandis litibusq; dirimendis studet. Hic enim
labor indefessus, & pia illa solicitudo intelligi potest, cui Paulus impensius adhęsit, 2 Corinth. 11 dicẽs,
Præter illa quæ extrinsecus sunt instãtia mea quotidiana, & solicitudo omniũ ecclesiarum. Hic vero ne-
gotiis secularibus, teste glo. ordin. eo loco afficitur, cuius animus habendæ pecuniæ curis & anxietatibus
agitur. Quòd si adhuc insistas, producens qđ 2 Cor. 6 scribitur, Secularia igitur iudicia si habueritis, cõ
temptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicãdum. Glo. ordin. terrenas causas examinãt, qui
exterarum rerum sapientiam perceperunt. Qui autem spiritalibus donis dotati sunt, terrenis non debent
negociis implicari: vt dum non coguntur inferiora bona disponere, valeant bonis superioribus deserui-
re. Consultius quidem duxi his qui in sortem domini acciti sunt, sacrarum literarum studiis, rebusque
diuinis vacare, q̃ temporalium rerum tumultuariis quæstionibus irretiri. Cui tamen rei nullo præcepto
addicti sunt. Ideirco glo. ibidem subintulit, Cauendũ tamen est, vt hi qui donis spiritalibus eminent, ne-
quaquam proximorũ infirmantium negocia funditus deserant. Sed vel hæc quibus dignum est tractãda
committant, vel per se gerant. Cui accedit August. lib. vnico de opere monachali cap. 29, dicens, Sapien
tes igitur qui in locis consistebant fideles & sancti, non qui hac atq; illac propter euangelium discurre-
bant, talium negociorum examinatores esse voluit. A quibus excusare nos non possumus, & si velimus.
Christum enim testem inuoco, quoniã mallem per singulos dies certis horis aliquid manibus operari, G
& cæteras horas liberas habere ad orandum, vel aliquid agendũ de diuinis literis, q̃ tumultuosas perple
xitates causarum pati de negociis secularibus, vel iudicando dirimendis, vel interueniendo præscinden-
dis. Qui rursus seculares causas frequentius pertractasse fatetur, conclusione 24 in psalmum 118. Super
qua re similiter egit, epistola 147 ad Proculum episcopum, & sermo. 24 de verbis apostoli. His insu-
per nihil officit qđ in canonib' apostolorũ, Canone 7 scribitur, Episcopus aut presbyter, aut diaconus,
nequaq̃ seculares causas assumat, sin autem deiiciatur. De illis nempe loquitur, qui his assidui essent, lu-
cro non proximorum vtilitati affixi: quiq; ob id eorum officiã negligentius peragerẽt. August. enim id
raro, & vbi proximi vtilitas expostulabat id se egisse dicto psalmo 118 fatetur. Subinde quid ita pręfectis
obsequendum sit insinuat dicens, [Ipsi enim peruigilant quasi rationẽ reddituri pro animabus vestris]
Vbi Chrysost. & Theophylactus, Intelligãt qui aliorum sunt duces, & cęteris pręsunt, quia quemadmo
dum necesse est, vt populus obsequentem se præbeat, & præsidibus ipsis morigerũ: ita & sacerdotẽ opor-
ter, vt aliorum animas curet, & populi saluti inuigilet, vt qui rationem sit pro populi facinoribus reddi-
turus. Hinc beatus Petrus præcepti huius non immemor aiebat, Pascite eũ qui in vobis est gregẽ, 1 Petr.
5. Paulus quoque Act. 20, Attendite vobis & vniuerso gregi in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos
regere ecclesiam dei. Alioqui sanguinem de manibus eorum requiret dominus, vt Ezechielis 3 dicitur.
Quod Augustinus prolixius discutit, sermone 49 de verbis domini. Demum non vna Apostolus ra- H
tione contentus, alteram adiecit, dicens, Obedite præpositis vestris &c. [Vt cum gaudio hoc faciãt] id
est quatenus ipsi ex hac vestra facili obsequentia hilariores effecti, hunc laborem tolerantius desumãt, &
non gementes sint seu tristes, ob contumaciam & peruicaciam vestram. Quod Paulo aliquando conti-
gerat, vt Romanorum 9 testatur. Veritatem dicam, ait, in Christo Iesu, testimonium perhibente mihi cõ
scientia mea in spiritu sancto, quoniam tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo, ob eos vi
delicet qui nihili Christi euangelium aut salutem suam ęstimabãt. ¶Hic autem clausis quod aiunt ocu
lis prætereundum non est quod Chrysostomus & Theophylactus dixere. Aduerte, aiunt, quemadmodũ
haudquaquã aliter sinat qui aliis pręsunt, nisi per lachrymas in se vlcisci iniurias. Quippe quorum leni-
tatem & tolerantiam vult culpa vacare. At disciplinis ipsis pertinax illa & incastigata inobedientia sup-
plicii piram succendit, vt qui seueriorem in se deum iudicem concitant. De his sane id accipiendum est
quorum correptio illis vel proximis nihil emolumenti allatura esset. Huiuscemodi autem in sua mali-
tia obfirmatos dei districtius iudicium manet. Frustra nempe niti, & nihil aliud quàm odium quære-
re, extremæ dementiæ est, ait Hieronymus in procemio super Esdram. Cuius rei nos admonuit Sapiẽs,

A Prouerbiorum 9, dicens, Noli arguere derisorem, ne forsan oderit te. Vbi vero disciplina in desperatio-
nem non veniret, aut proximi vtilitas id suaderet, tunc sermone censorio & iustitiæ seueritate opus esset:
vt Pauli docemur exemplo ad Galat. 3 inquientis, O insensati Galatæ, quis vos fascinauit veritati nõ obe-
dire, ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est? & rursus cap. 4, Vellem autem apud vos esse mo
do, & mutare vocem meam, vt vos soliro videlicet seuerior ipse corriperem. & 1 Corinth. 4, Quid vultis
in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? 2 quoque ad Timot. 3, Quemadmodum
autem Iamnes & Mambres restiterunt Moysi, ita & ii resistunt veritati: homines corrupti mente, reprobi
circa fidem. Quo loco verbis obiurgatoriis eos persequitur. nonunquam autem & seuera animaduersio-
ne, vt patet 2 ad Tessal. vltimo, & 1 Corinth. 5. Hæc tamen correptio charitate non liuore aut odio fiat, vt
ait August. cuius verba habentur in cap. Et qui emendat, 45 dist. & in epistola 154 ad Publicolam, cuius
verba recensentur in cap. de occidendis 23 quæst. 5. vbi locum illum Matth. 5 explicans, Dico autem vo-
bis non resistere malo, ait, Dictum est autem ne resistamus malo, vt nos vindicta non delectet: quæ alieno
malo animum pascit: non vt correptionem hominum negligamus. Cur vero subiectorum contumaciam
dissuaserit manifestat, inquiẽs, Non enim id expedit vobis, præpositis vestris gemitum & mœstitiam affer
re, quibus cedat in contemptum, vobis autem in salutis dispendium: pœnas demum acerrimas luituris, vt
Rom. 13 scribitur. Hieronymus autem ad Titum 1 ita legit, Hoc enim vtile est vobis. Sed tunc hæc senten
tia pertinet ad id quod dictum est. Obedite præpositis vestris, hoc enim expedit, & vobis vtile est. Melior
B quippe est obedientia quàm victima, 1 Reg. 15. Ideo hanc præcipuo studio Paulus obseruandam voluit, ad
Titum 3 dicens, Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne bonũ pa-
ratos esse. Vtraque autem lectura probe habet: sed prior vsitatior est.

Orate pro nobis. Confidimus enim quia bonam conscientiam habemus in omnibus bene volentes conuersari. ¶Quoniam ad contristatos, ait Chrysost. Paulus
scribebat, & eos qui eum inuisum habebant, vt eorum beneuolentiam captet, eorum preces expostulat, di-
cens, [Orate pro nobis,] Quo loco eorum supercilium decutit, & mentis elationem percutit, qui subdi-
torum preces negligunt. Idipsum egit Paulus Rom. 15, Obsecro vos fratres per dominum Iesum Christũ,
& per charitatem spiritus sancti, vt adiuuetis me in orationibus vestris. Verum cum Paulus certior & secu
rus esset super sua salute Rom. 8, Certus sum quia neque mors neque vita &c. quid illi precum suffragio
opus erat? Multum equidem, cum electionem dei nullus adultæ ætatis nisi bonis actionibus nanciscatur.
2 Petri 1, Quapropter fratres magis satagite. vt per bona opera certam vocationem vestram faciatis: hæc
enim facientes non peccabitis aliquando. sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum
regnum domini & saluatoris Iesu Christi. Et 1 Corint. 9, Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic
pugno, non quasi aerem verberans: sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. ieiuniis videlicet &
abstinẽtiis, ne forte cum aliis prædicauero ipse reprobus efficiar. Vbi Ambrosius, Ratam ergo spem suæ
prædicationis affirmat, quãdo gestis id se prosequi quod docet ostendit. Suo itaque exemplo, ne plus ver
C bis quàm operibus intendamus commonefacit. Subinde obiectum sibi crimen diluens, qui falso à nonnul
lis criminabatur, quòd Iudæis aduersaretur, legem pristinam destituendam docens, arguit se nullius scele-
ris conscium, nec cuiquam offendiculo fuisse, quia [Bonam conscientiam, inquit, habemus,] hoc est, volũ
tatem puriorem & nitidam [In omnibus] tam Iudæis quàm gentibus. Quibus prani quippiam non con-
sului, nec malum aliquod attuli, nec hos improbaui. [Bene volentes conuersari,] nullique officere studen
tes, nec dissidii seminaria producere. Quæ ideirco dicit quòd à lege defecisse argueretur, vt Act. 21 scribi
tur, Audierunt de te Iudæi quia discessionem doceas à Moyse, docens eos non debere circuncidere filios
suos: neque secundum consuetudinem ingredi in templum: super quo quarta apostolorum synodus & no
uissima, cuius scriptura meminit, collecta est: illiusque deliberatione Paulus vt quorundam odium compe
sceret, neve legem velut idololatriam detestari & execrari videretur, ascendit in templum, & semetipsum
purificauit. Hoc nimirum exemplo, ait Theophylactus, aperte insinuans, quòd licet superuacaneam red-
ditam esse legem Christo adueniente asseuerasset, non tamen vt legi infensus hæc dixerat, sed legis po-
tius inducebat plenitudinem, & quæ illa præfigurasset finem in Christo præstantioris testamenti media-
tore adepta edocebat. supra cap. 7, Reprobatio fit prioris mandati propter eius infirmitatem & inutilita-
tem, nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio vero melioris spei fit per quã proximamus ad deũ.
Sed vnde quæso Paulo tanta fiducia & bonæ conscientiæ confidentia? Cum Iob 9 dicatur, Et si iustus
& simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Et Eccle. 9, Sunt iusti & sapientes, & opera eorum in
D manu domini: nescit homo an amore an odio dignus sit. Id certe reuelatione didicerat, vt testatur Rom.
8, & 1 Corint. 9. Sed cur de seipso loquens 1 Corinth. 4 ait, Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iusti-
ficatus. Hæc vtique ad minora & peccata leuia pertinent, 1 Iohan. 2, Si dixerimus quia peccatum non ha-
bemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.

Amplius autem deprecor vos hoc facere, quo celerius restituar vobis. Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium, in sanguine testamenti æterni dominum nostrum Iesum Christum, aptet vos in omni bono, vt faciatis voluntatem eius: faciens in vobis quod placet coram se per Iesum Christum, cui est gloria in secula seculorum, Amen. ¶Hic ve-
hementiorem suum in eos affectum patefacit, inquiens, [Amplius autem deprecor vos hoc facere,] &
omni prorsus studio, totaque mẽte deum interpellare, [Quò celerius restituar vobis] vt mihi liceat libe-

rius vobis conuersari:quos visendi Paulo cupiditas incesserat, vt ipse multis curis oppressus, consola- E
tione afficeretur: vel potius vt ii ipsi sua præsentia obfirmarentur in fide. Quemadmodum & Romanis scribens dicit, Obsecrans si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos, vt aliquid vobis impartiar gratiæ spiritalis ad confirmandos vos, id est consolari in vobis, per eam quæ inuicem est fidem vestram ac meam. Ne aotem ingratitudinis insimuletur, vices rependens orditur & ipse pro his deprecari, [Deus aotem, ait, pacis] auctor videlicet, primę Corinthiorũ decimoquarto, Nõ enim est deus dissẽsionis, sed pacis. & Iohan. t3, In hoc cognoscetis qoia discipuli mei estis si pacem habueritis inuicem. Quo loco occulte & apposite quidem Iudæos taxat, perinde ac diceret secundum Chrysostomum, Cum deus auctor sit pacis, nolite leui occasione & falso rumusculo assenerare nos legẽ velut iniqoã damnare, nec à meipso diuelli, si supernæ pacis compotes effici contenditis. qui Corinthiis scribens aiebat, Pacem habete, & deus pacis & dilectionia erit vobiscum, 2 Corinth. 13. Dicit itaq; Deus autem pacis [Qui educit à mortuis pastorem magnom ouium,] Christum cælis excelsiorem, & omnibus creaturis eminentiorem supra cap. 7, Talis enim decebat vt nobis esset pontifex sanctus, innocẽs, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus. Et pastorum caput, t Petri 5, Com apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcessibilem coronam. Pastorem quoque [In sanguine testamẽti æterni,] quia mortem obiit, & sanguinem suum fudit, vt nobis traderet testamentum non aliquando dissoloendum, sed sempiternum futurum, cui non aliud succederet. Vel pastor in sanguine testamẽti dicitur, quia teste glosa interlineari ob sanguinem effusum, pontificis munere functus est: qui semetipsum salutis F
nostræ causa obtulit. Dicitur autem testamentum nostrum hoc nouom, æternom, vt à veteri distet, quod nouo cessit, sopra cap. 8. Dicendo autem nouum, veterauit prius: quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est. Reliquas veteris & noui instrumenti differentias pertractat Augustinus lib. quæstionum super Genesim, quæstione 3t. & quæstionum super Exodum, quæst. t66. & lib. quæstionum super Numeros, quæst. 33. Quid autem illis precetur apertius explicat, inquiẽs, Deus autem pacis [Aptet vos in omni bono.] id est aptos & idoneos efficiat, vt probetis quæ sit volũtas dei bona, beneplacẽs & perfecta, Rom. 12, Qui enim finem rebus, ille idem ipsis initium contulit, operatur enim in nobis velle & perficere pro bona voluntate ad Philip. 2 & cap. t, Qui cœpit in vobis bonum opos, perficiet vsq; in diem Christi. Aptet etiam vos [Vt faciatis voluntatem eius,] quod recte cœpistis decentius perficientes. & quæ à deo præcepta sunt totis viribus obseruantes. Christi exemplo, qui Iohan. 4 dicit, Meus est cibus vt faciam voluntatem eius qui misit me. Et rursus, Descendi de cælo non vt faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me patris. Quem locum Chrysostomus homilia quadragesimaquarta in Iohannem edisserens ait, Non veni aliud facere quàm patris voluntatem: neque ego aliud sentio, cum vna sit patris & filii voluntas. [Faciat etiam deus qood placet coram se,] vt viribus vobis collatis, id quod rectius est peragatis. & ad finem vsque optima quæque stodia vestra deducat [Per Iesom Christum dominom nostrum,] salotis nostrę auctorem & mediatorem. Vnus enim deus est, vnus mediator dei & hominum homo Christus Iesus, 1 ad Timot. 2. [Cui est gloria in secula seculorum.] id est, in perpetuas æternitatea, autore Hieronymo ad G
Galatas t. [Amen.] quod latine dicere possumus, fideliter, seu ita fiat, vt testatur Hieronymos ibidẽ. Hic contra Pelagium dimicat Apostolus, qoi virtutis initium hominis duntaxat esse: consummationem vero dei, solus asseuerabat. cum teste Paulo aptet nos deus vt faciamus volontatem eius. Contra quem similiter pugnant loci illi nũc inducti, ad Philip. t, & sequenti capite. Illud etiam Isaię 26, Omnia opera nostra operatus es in nobis. Quibua accedit illud Iohan. t5, Sine me nihil potestis facere. Multo plura in hũc scripsit Hieronymus, qui libellos tres in ipsum edidit. Et August. lib. sex hypognosticon cõtra Pelagianos.

Rogo autem vos fratres vt sufferatis verbum solatii. Etenim perpaucis scripsi vobis, ¶Quo studio, quo vehementi affectu hanc scripserit epistolam indicat, [Rogo aotẽ vos fratres, ait, vt sufferatis verbum solatii] & consolationis seu adhortationis ad tolerantiam, non autem admonitionis, ait Theophylactus. Idcirco me adhortantẽ sufferatis tolerantius. Tom etiam qodd [Perpaucis scripsi vobis.] nempe licet prolixior foret epistola, patua tamen eorum comparatione quæ proferre animo gestiebat. Idem qooque dicit Ephe. 3, Sicut scripsi vobis in modico, sicut potestis & legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi. Non igitur iniquo aut molesto animo hæc ferẽda erant.

Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum: cum quo si celerius venerit, videbo vos. ¶Hic Timothei meminit, qui & Iudæis foret cæteris acceptior, & Paulo necessitudine coniunctior. [Cognoscite, ait, fratrem nostrum Timotheom,] hoc est, serena fronte & be- H
neuole suscipite, in honore quoque habetote, [Dimissum] autẽ dicit, vel à vinculis quibus prius fuerat detentus, vel ab Athenis, vt Theophylacto placet, vbi antea fuerat, vt Act. t7. habetur. Aut certe qui matre Iudæa natus erat, Act. 16. ob id in amicitiam Iudæorũ venerat. Et idcirco dimissus à Paulo dicitur, vt hanc epistolã ad eos perferet. quod & cõtextus indicat. [Cũ ipso, ait Paulus, si citius venerit, videbo vos.] quod fac erat vt Iudæi in Pauli amicitiam redirent, quos visere in animom indoxerat. Si enim volntas prompta est secũdum id quod habet, accepta est. 2. Corinth. 8. Et etiam teste Theophylacto, fieri poterat vt ab vrbe in Iudęam concederet. Com constet hunc fuisse dimissum vt primom fuit à Nerone comprehensos, 2. ad Timoth. 4. In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerũt: dominus autem mihi astitit, & confortaoit me, vt per me prædicatio impleretur, & liberatos sum de ore leonis, id est Neronis, ait glo. interlinearis. Coi Ambrosius & Chrysostomus ibidem consentiunt. Hinc conijcere licet velut in præfatione huius epistolæ annotaoimus hanc epistolam licet ordine omnium nouissimam, priorem tamen ea fuisse quæ ad Timotheum scripta est. Illa quandoquidem breui se ab hac vita excessurum fa-

A tetur. Ego enim iam delibor, ait, & tempus meæ resolutionis instat, 2 ad Timot. 4. Hic vero pollicetur
sese quandoque Iudæos visurum.

Salutate omnes præpositos vestros, & omnes sanctos. Salutant vos de Italia fratres: gratia omnibus vobis, Amen. ¶Postremo epistolam hanc iuxta mo-
rem consuetum salutatione conclusit, inquiens, [Salutate omnes præpositos vestros] seu episcopos, [Et
omnes sanctos] baptismi lauacro sanctificatos. 1 Corinth. 6, Sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomi-
ne domini nostri Iesu Christi. Ex quo perspicuum est, sicut apud gentiles ita apud Iudæos plures episco
pos fuisse, diœcesum quoque partitionem ab ipsis apostolorum temporibus initium sumpsisse: non enim
omnes vni ecclesiæ, sed singuli singulis præficiebantur. vt testatur Hieronymus epistola ad Rusticum mo
nachum, cuius verba recensentur in cap. in apibus, 7 quæst. 1. In apibus, inquit, princeps vnus, & grues
vnam sequuntur, ordine iterato: ita singuli ecclesiarum episcopi, singuli archiepiscopi, singuli archidia-
coni, & omnis ordo ecclesiasticus suis rectoribus nititur. Cui accedit Concilium Carthaginense 3,
actione 46, bisque suffragatur illud Pauli ad Titum 1, Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt
corrigas, & constituas per ciuitates singulas presbyteros. glosa interlinearis, episcopos. Quemadmodũ &
Titus Cretensibus, & Timotheus Ephesiis præfecti fuere. vt de Timotheo 1 ad Timoth. 1 scribitur, Ro-
gaui te vt remaneres Ephesi. glos. & regimen ecclesiæ subires, cum irem in Macedoniam. Non tamen in-
ficior temporis progressu, ob credentium frequentiorem numerum, diuisioni illi alias accessisse, vt ex Cõ
B cilio Carthaginensi 2 & 3 constat. quorum verba referuntur in cap. Felix, & sequenti. & cap. Præcipimus
16, quæst. 1. Demum quatenus absentes fraterno nomine, & scriptis impartita salutatione, illis cõiunctio-
res efficeret, adiecit, [Salutãt vos de Italia fratres.] vbi Theophylactus, Adeo vos charitate complector,
vt non solum ipse saluos vos iubeam, sed etiam alios induxerim de Italia, & ex tanta locorum intercape-
dine, vt vos colant, obseruent, & salutem impartiantur. Ex quibus arguit glosa interlinearis, idque iure
optimo hanc ab vrbe conscriptam epistolam, & his annumerandam quas Paulum Romæ scripsisse testa
tus est Hieronymus in epistola ad Philemonem. Nouissime vbi Iudæos charitate & salutandi officio co
pulauit, comprecatur eis pro sua consuetudine dei gratiam. [Gratia] enim, ait, [Cum omnibus vobis] sit,
quæ arra & pignus est hæreditatis supernæ, Rom. 6. Cum itaque illis bona precetur, optetque, non iniu-
riis aut inuidentia ipsum hos persequi liquet. neque enim comprecationis id obtinet locum, sed instru-
ctionis & doctrinæ. Et vt ex abundanti ostendat eos istiusmodi gratia vitam ducere non indignam se
velle, adiecit, [Amen.] perinde ac diceret, ita fiat, opto, vt gratiæ dei participes tandem ipso perfruami-
ni. quod deus maximus optimus nobis omnibus impartiatur.

PARISIIS
EXCVDEBAT IOANNES LODOICVS IMPENSIS
HONESTI BIBLIOPOLAE PONCETI LE PREVX.
M D XXXVII.